nes per totam vitam illius causa toleratos, ipse esset ejus litis judex, libenter se condemnaturum animum eo nomine, quod corporis partes alias per negligentiam perdiderit, quasdam per ebriositatem dissolverit, alias corruperit ac distraxerit per luxuriem, » tanquam invalido instrumento immoderate abusum culpans. (2) At contra Theophrastus, « animum, dixit, magno pretio in corpore habitare, qui brevis temporis graves pendat mercedes, ægritudines, metus, libidines, obtrectationes, quibus in corpore quum agitetur et commisceatur, ipsum longe justius litem intendere corpori, quum mutilationis, propter ea quæ oblitus est, tum de illata vi, quia constrictus tenetur, tum denique contumeliæ, quod male audit ac vituperatur corporis culpa, quippe hujus vitiorum, ipsi alienorum, crimina sustinens. »

III. Certandum igitur pro veritate. Pulchrum enim est certamen, ac disputatio sane utilis animo. Valebit quippe ad eum liberandum vel crimine, si apparuerit affectiones non ab ipso proficisci; vel ipsis affectionibus, si hæ ex ipso nasci videantur : ut aut suam culpam caveat, aut alienæ vituperium ne ferat.

IV. Oportebat quidem eos philosophos qui se decernendi comprehendendique patronos ferunt, si minus aliis de rebus, certe de affectionum efficacia inter se consentire et congruere. Nunc, multus eorum est dissensus. (2) Alii enim affectiones ad unam omnes in animum conferunt : veluti Strato physicus, statuens non solum libidines, sed et ægritudines, nec metus et invidias duntaxat atque obtrectationes, sed et labores, dolores, cruciatus, omnemque omnino sensum in animo consistere, et animi esse quidquid hujusmodi sit : neque enim pede nos dolere quum offenderimus, neque capite quum id confregerimus, nec digito quum amputatur : omnia sensus esse expertia, excepta principe animi parte, ad quam quum ictus corporis celeriter propagatur, ejus ictus in animo sensum vocamus dolorem. (3) Atque ut vocem in ipsis auribus sonantem, extra eas esse putamus, quia intervallum illud quod ab initio soni ad animi principem partem pertinet, ipsi sensui annumeramus : similiter dolorem vulneris putamus ibi esse ubi initium cepit, non ibi ubi sensum accepit; nimirum quia animus eo trahitur, a quo affectus est. (4) Igitur aliqua corporis parte ubi offendimus, continuo supercilia contrahimus, quoniam animus celerrime sensum in icta parte reddit, et nonnunquam spiritum retinemus et intercludimus; et quando artus fasciis constringuntur, manu vehementer comprimimus, resistentes progressui mali nobis illati, et ictum cohibentes in partibus sensu carentibus, ne ad cogitantem principemque animi pertingat atque ita dolor fiat. Hæc Strato igitur præter alia, ut consentaneum erat, multa ejusmodi.

V. Nonnulli vero palam et opinionem et ratiocinationem in corpus detrahunt, nullam omnino causæ partem animo relinquentes, sed corporis mutatione, qualitate, facultate, talia effici statuentes. (2) Nam illum De Inferis libellum, cujus ea est ratio ac disputatio ut ostendatur animum non esse per se, sed essentiæ adesse ac veluti qualitatem inhæ-

γος, οἱ μὲν οὐδ' εἶναι τὸ παράπαν Ἡρακλείδου νομίζουσιν, οἱ δὲ πρὸς ἀντιπαρεξαγωγὴν [συν]τετάχθαι τῶν εἰρημένων ἑτέροις περὶ οὐσίας ψυχῆς· ὅτῳ [δὴ] γεγραμμένον ἄντικρυς ἀναιρεῖ τὴν οὐσίαν αὐτῆς, ὡς τοῦ σώματος ἔχοντος ἐν αὑτῷ τὰς εἰρημένας δυνάμεις πάσας. (3) Οἳ δὲ ὥσπερ διὰ μέσου τῷ λόγῳ ἐπεχείρησαν ἀφορίζειν [τὰ] τῆς ψυχῆς ἴδια πάθη καὶ τὰ τοῦ σώματος, ἐν κοινῷ καὶ πλάτος οὐκ ἔχοντι τόπῳ φερόμενοι συνεζύθησαν.

VI. Ὁ γε τοι Ποσειδώνιος τὰ μὲν εἶναι ψυχικὰ, τὰ δὲ σωματικά· καὶ τὰ μὲν οὐ ψυχῆς περὶ ψυχὴν δὲ [σωματικὰ * * ψυχικὰ μὲν] ἁπλῶς τὰ ἐν κρίσεσι καὶ ὑπολήψεσιν, οἷον ἐπιθυμίας λέγων, φόβους, ὀργάς· σωματικὰ δὲ ἁπλῶς πυρετοὺς, περιψύξεις, πυκνώσεις, ἀραιώσεις· περὶ ψυχὴν δὲ σωματικὰ, ληθάργους, μελαγχολίας, δῆγμοὺς, φαντασίας, διαχύσεις· ἀνάπαλιν δὲ περὶ σῶμα ψυχικὰ, τρόμους, καὶ ὠχριάσεις, καὶ μεταβολὰς τοῦ εἴδους κατὰ φόβον ἢ λύπην. (2) Διόδοτος πάλιν ἴδια μέν τινα τοῦ λογικοῦ φησὶ τῆς ψυχῆς πάθη, ἴδια δὲ τοῦ συμφυοῦς καὶ ἀλόγου εἶναι, βιπταζόμενος ἐπὶ πάντα καὶ ψηλαφῶντι προσοικεῖος τὰς διαφοράς. Ὅπου γὰρ ἐπὶ τῶν ἀγγείων ἔργον ἐστὶ διακρῖναι πότε τῇ περὶ αὐτὰ κακίᾳ τὸ ἐγκεχυμένον διέφθαρκε, καὶ πάλιν πότε τῶν ὑγρῶν νοσησάντων διαΣέβρωται (κέκρυπται)· ἦπού γε τῆς ψυχῆς ἀναμεμιγμένης εἰς τὸ σῶμα καὶ κατὰ σύγκρασιν ἑνωτικὴν συμπεφυκυίας ἄπορόν ἐστιν ἐκκαθᾶραι τὴν διαφοράν. (3) Ὅρους ψυχῆς καὶ σώματος ἐπιζητεῖς, οὓς ἡ φύσις ἀνεῖλεν, ἐκ δυοῖν μίαν γενέσθαι σοφιζομένη; καὶ τῷ λόγῳ παρενδῦναι ἀρχόμενος διαστέλλεις κοινωνίαν οὐδενὶ λυτὴν οὐδὲ χωριστὴν ἢ μόνῳ τῷ θανάτῳ; ἐκεῖνος δὲ τὰ πρὸς ἄλληλα [συνδεθέντα δια]κόψας ἢ ἀποκρίνας θάτερον, ἐξελέγξει τὴν ἑκατέρου φύσιν ὅσον εἶχεν ἀλλότριον· μέχρι δὲ τούτου τὸ συγκεκραμένον ἡ κοινωνία δείκνυσιν, ἀρνουμένη ἐκ δυοῖν εἶναι, καὶ ἀποκρύπτουσα τὰς ἀμφοῖν εἰς κοινὸν ἀρχὰς, καὶ ἀναπιμπλᾶσα θατέρου θάτερον, ὡς μήτε ψυχῆς εἶναι πάθος ὃ σώματος οὐ καθάπτεται, μήτε σώματος μεταβολὴν ἢ διὰ ψυχῆς οὐ κεχώρηκε. (4) Κινδυνεύομεν ὅμοιόν τι ποιεῖν τῇ περὶ τοῦ Ὥρου ὑπ' Αἰγυπτίων μυθολογουμένῃ διανομῇ, δικάσαντος τινὸς τῶν παλαιοτέρων θεῶν, ἐπεὶ τῷ πατρὶ τιμωρῶν ἀπέκτεινε τὴν μητέρα, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ καὶ τὸν μυελὸν καταλιπεῖν, περιελεῖν δὲ τὴν πιμελὴν καὶ τὰς σάρκας, ὡς τούτων ἐν τῇ μητρὶ τὴν σύστασιν λαβόντων, ἐκείνων δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς [κατὰ] τὴν γένεσιν ῥυέντων αὐτῷ. (5) Καθάπερ γὰρ οὗτοι τῶν σπερμάτων [τὴν] ἄνωθεν [καὶ] κατὰ φύσιν κρᾶσιν ἀχώριστον ἐπιχειροῦντες διαιρεῖν, ἄχρι λόγου μυθώδους καὶ ἀπίστου προέρχονται, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡμεῖς σώματος καὶ ψυχῆς εὐθὺς ἐν πρώτῃ καταβολῇ συγχυθέντων πάθη διαλαβεῖν καὶ χωρίσαι ζητοῦντες, ἀκριβοῦς σφόδρα λόγου καθάπερ ὀργάνου λεπτοῦ πρὸς τὴν διαίρεσιν δεόμεθα.

VII. Ταύτην ἀπογνόντες φιλόσοφοι φασὶ μήτε σώ-

rere; hunc igitur libellum alii omnino Heraclidis esse negant, alii ab eo scriptum putant non ex sua sententia, sed ut contrarias rationes opponeret aliorum de animi essentia disputationibus : a quocumque demum scriptus, animi essentiam penitus tollit, quasi corpus omnes illas modo dictas facultates ipsum in se habeat. (3) Qui vero quasi per medium ratiocinando conati sunt separare animi et corporis affectiones et suas utrique proprias adjungere, hi in communi ac latitudinis spatiique experte loco vecti se ipsi conturbarunt.

VI. At Posidonius alias animo, alias corpori tribuit affectiones : alias porro facit non animi, sed corporis ad animum pertinentes : *alias rursus non corporis, sed animi ad corpus pertinentes. Et animo quidem* simpliciter tribuit eas quæ continentur judiciis et opinionibus, veluti libidines, metus, iras : corpori simpliciter, febres, perfrictiones, condensationes, rarefactiones : corporis ad animum pertinentes facit veternos, furores, morsus, imaginationes, diffusiones : rursus animi ad corpus pertinentes, tremores, pallores, mutationes vultus habitusque in metu vel ægritudine. (2) Diodotus rursus, alias ait esse affectiones partis rationalis animi proprias, alias irrationalis et concretæ : is quidem in omnem partem se agitans, et quasi manu differentias contrectare studens. Nam quum de vasis difficile sit discernere, quando suo ipsa vitio infusum humorem corruperint, et quando humoris vitio ipsa corrupta peresaque sint; profecto de animo, qui corpori immixtus mutua copulatione et quasi subactione in unum cum eo coaluit et concrevit, hanc differentiam perpurgare (ut appareat quid utriusque proprium sit) imperviæ res est difficultatis. (3) Animi corporisque fines quæris, quos natura sustulit, illud molita ut ex duobus unum faceret? et disserendi ratione aggrederis te insinuare in eam compagem, eamque discernere communionem, quam excepta morte, nemini solvere aut separare fas sit? Mors demum duas illas naturas vel discernens vel discindens, utramque convincet quantum ab altera habuerit alieni. Nunc adhuc utramque concretam ostendit communio, negans eam e duabus constare, abscondens ambarum nexum in communi principio, et alteram altera replens atque afficiens; ut neque animi sit ulla affectio, quin corpus tangat : neque corporis, quin animum pervadat. (4) Et videmur simile quid facere illi in Ægyptiorum fabulis proditæ distributioni Hori : qui quum in patris ultionem interfecisset matrem, judicio alicujus antiquiorum deorum condemnatus dicitur ut sanguinem ac medullam retineret, adipe et carnibus privaretur; tanquam hæc in matre ortum habuissent, illorum ei origo a patre fluxisset. (5) Prouti enim isti seminum inde a primis naturæ initiis commixtorum inseparabilem conjunctionem separare conati ad fabulosam et incredibilem rationem progrediuntur : eodem nos modo, corporis animique a prima statim origine confusorum affectiones secernere ac distinguere studentes, ad hanc distinctionem ratione quadam valde accurata, veluti subtili instrumento, opus habemus.

VII. Hujus rationis adipiscendæ spe abjecta, quidam

ματος εἶναί τι μήτε ψυχῆς ἴδιον πάθος, ἀλλὰ τοῦ κοινοῦ· τὸν γὰρ ἄνθρωπον ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι καὶ φοβεῖσθαι, τὸν ἄνθρωπον, οὐχὶ τὴν ψυχήν· ὥσπερ γε πάλιν οὐ τὸ σῶμα βάλλειν καὶ ὀρχεῖσθαι καὶ περιπατεῖν, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον ἀμφοτέροις χρώμενον, ὥσπερ ἐξ ἀμφοῖν συνέστηκε. Καὶ οὐκ ἂν θαυμάσαιμι [εἰ] τούτοις μάλιστά πως τὸ ἀληθὲς συμφέρεται. (2) Κρίσις γὰρ ἡ λύπη κακοῦ τινος αὐτῷ παρόντος ἐφ' οὗ συστέλλεσθαι καθήκει, καὶ ὁ φόβος κακοῦ μέλλοντος ἀφ' οὗ φεύγειν καθήκει καὶ ἀναχωρεῖν· ὥστε τὸν λυπούμενον αὐτὸν αὑτῷ λέγειν, ὅτι μοι κακόν ἐστι· καὶ τὸν φοβούμενον ὁμοίως, ὅτι μοι κακὸν ἔσται· ἐγὼ δὲ οὐκ εἰμὶ ἡ ψυχὴ, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος· καὶ τὸ κακὸν οὐκ ἐστὶ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τοῦ ἀνθρώπου, πενία, νόσος, ἀδοξία, θάνατος. Διὸ τήν τε λύπην καὶ τὸν φόβον ἀναγκαῖον εἶναι πάθη τοῦ ἀνθρώπου καὶ οὐχὶ τῆς ψυχῆς. (1) Καὶ γὰρ ἄλλως ὁρμὴ μὲν πρός [τι] πλεονάζουσα τὸ πάθος, τῷ ἀλόγῳ [τὸ] σφοδρὸν ἔχουσα καὶ ἀπειθές· ὁρμᾷ δὲ τὸ ζῷον, οὐχ ἡ ψυχὴ, πρὸς τὸ κείρασθαι, πρὸς τὸ ὁπλίσασθαι, πρὸς τὸ λούσασθαι [καὶ] κατακλιθῆναι· ταῦτα γάρ ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ πρακτὰ, τῇ ψυχῇ δὲ ἀσύμπτωτα· οἷς καὶ πιθανὸν ὁρμᾶν τὸν ἄνθρωπον, οὐχὶ τὴν ψυχήν· εἰ δ' ὁρμᾶν, καὶ ὀρέγεσθαι· οὐκοῦν καὶ ἀλόγως ὀρέγεσθαι, τοῦτ' ἐστιν [ἐπιθυμεῖν]· εἰ δὲ ἐπιθυμεῖν, καὶ ἥδεσθαι· εἰ δὲ ἥδεσθαι, καὶ λυπεῖσθαι, καὶ φοβεῖσθαι· ταῦτα γὰρ ἐκείνοις ἐξ ἀνάγκης ἕπεσθαι συμβέβηκεν· ὥστε μηδὲν εἶναι ψυχῆς ἴδιον, ἀλλὰ καὶ χαίρειν καὶ ἄχθεσθαι καὶ ὀρέγεσθαι καὶ φοβεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον.

VIII. Ταῦτα δέ ἐστιν οὐ λυόντων τὴν ἀπορίαν, ἀλλ' ἀποδιδρασκόντων· καὶ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα φαίη τις εἶναι τοῦ ἀνθρώπου ταῦτα πάθη, μένει τὸ ἀπορεῖν τίνι καὶ κατὰ τί ταῦτα πάσχει, πότερον κατὰ τὴν ψυχὴν ἢ κατὰ τὸ σῶμα· καὶ ὀρχεῖται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ ταῖς χερσί· καὶ λακτίζει ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ τοῖς σκέλεσι· καὶ βλέπει κατὰ τὴν ὄψιν· καὶ ἀκούει κατὰ τὰ ὠτά· καὶ ὅλως τὸ μὲν ἔργον ἐστὶ κοινὸν τοῦ ἐκ τῶν πάντων συνεστῶτος, τὴν δ' αἰτίαν τῆς συμπράξεως ἔχει τὸ μέρος ᾧ προσχρώμενος ἐνεργεῖ ἄνθρωπος.

(2) Ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυάϊκος πολέμοιο,

φησὶν Ἀχιλλεὺς,

χεῖρες ἐμαὶ διέπουσιν·

οὐκ ἀποστερῶν ἑαυτὸν τῶν πολεμικῶν ἔργων, ὅτι ταῖς χερσὶν ἐπέγραψε τὴν αἰτίαν· ἀλλὰ δῆλον ὅτι ταῖς μὲν χερσὶ κατειργάζετο τοὺς πολεμίους καὶ τῷ ξίφει, αὐτὸς μέντοι ἦν ὁ διεργαζόμενος· καὶ ὁ λέγων,

Δεινὸς κολαστὴς πέλεκυς αὐχένος τομεύς,

οὐ τὸ κολάζον εἴρηκεν, ἀλλ' ᾧ κολάζουσιν. (3) Οὕτως οὖν ὁ τὴν [λύπην καὶ τὴν] ἐπιθυμίαν ἐπιζητῶν, πότερον τοῦ σώματός ἐστιν ἢ τῆς ψυχῆς, οὐκ ἀγνοεῖ ὅτι τὸ λυπούμενον καὶ ἐπιθυμοῦν ἄνθρωπός ἐστι, πότερον [δὲ] τῇ ψυχῇ προσχρώμενος ἢ τῷ σώματι καὶ [εἰ] κατὰ τὸ σῶμα τοῦτο πάσχει, διηπόρηκεν· ὥστε τὰς προφάσεις ἐάσαν-

philosophi aiunt, neque corporis neque animi ullam esse propriam affectionem, sed communis et ex ambobus junctæ naturæ; hominem enim affici voluptate, ægritudine, metu: hominem, non animum, prouti rursus non corpus jacere, saltare, ambulare, sed hominem utroque utentem, uti ex utroque constat. Atque haud mirer si his, qui ita statuunt, maxime quodammodo cum veritate conveniat. (2) Nam ægritudo est judicium de malo præsente in quo contrahi deceat: metus, judicium de malo veniente a quo fugere ac recedere deceat; ita ut is qui ægritudine afficiatur, ipse sibi dicat *hoc mihi malum est:* et metuens similiter, *hoc mihi malum erit: ego vero non sum animus, sed homo: et malum non est animi, sed hominis, paupertas, morbus, infamia, mors.* Itaque necesse est, ut ægritudo et metus sint affectiones hominis, non animi. (3) Nam et ceteroquin affectio ad aliquid est impetus nimius, propter rationis vacuitatem vehementiam habens et inobsequentiam: atqui impetu movetur animal, non animus, ad se tondendum, armandum, lavandum, decumbendum: hæc enim homini sunt facienda, in animum non cadunt; et his faciendis hominem impetum concipere probabile est, non animum: porro, si impetum concipit, etiam appetere; igitur et contra rationem appetere, id est cupere: si cupit, etiam lætari; si lætatur, item et ægritudine et metu affici: nam hæc illis necessario sunt consequentia. Hinc efficitur, nullam esse propriam animi affectionem, sed hominem et gaudere, et ægre ferre, et appetere, et metuere.

VIII. At ista ratio non est solventium difficultatem, sed eam fugientium. Nam si vel maxime quis affirmet has esse hominis affectiones, manet tamen illa dubitatio, qua sui parte et quatenus illis affectionibus afficiatur, utrum animo an corpore. Et saltat homo, at manibus: et calcitrat, at pedibus: et videt visu, et audit auribus. Et omnino opus quidem est commune omnium eorum ex quibus totum constat; sed causam conjunctæ actionis sustinet ea pars qua utens homo agit.

(2) Sed enim pars maxima belli,

inquit Achilles,

Hujus opus dextræ, manuum labor ille mearum est,

non ipse sibi detrahens laudem communionemque bellicorum facinorum, dum causam manibus adscribit; sed nimirum manibus et gladio conficiebat hostes, at conficiens ipse erat. Et vero alius qui ait,

Vindex atrox securis cervicem amputans,

non significat id quod punit, sed id quo punitur. (3) Sic igitur is qui quærit de libidine et ægritudine, animine sit an corporis, haud ignorat id quod ægritudinem et libidinem concipiat, esse hominem: sed illud quærit ac dubitat, utrum animo an corpore utens homo illas affectiones concipiat. Itaque omissis aliorum exceptionibus, quibus ratio non redditur,

τες ἀψώμεθα τοῦ λόγου καὶ κατὰ τὴν ζήτησιν ἤδη [γενώμεθα]

IX. Ὅσοι τοίνυν τὴν ψυχὴν οὐκ ἄφθαρτον οὐδὲ ἀθάνατον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπαθῆ πειρῶνται διαφυλάττειν, ῥώμην τινὰ τῇ ἀπαθείᾳ τὴν ἀφθαρσίαν προβαλλόμενοι, καὶ τὸ πάσχον ἀμωσγέπως ἤδη φθορᾶς ἀναδέχεσθαι πεῖραν οἰόμενοι, τὰ δὲ πάθη πάντα καὶ τὰς ἀσθενείας ὥσπερ ἐκ ῥίζης τῆς σαρκὸς ἀναβλαστάνειν ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, τῶν διαφορῶν πρῶτον ἕξονται τῶν περὶ τὰ σώματα φαινομένων κατὰ χρόνους καὶ φύσεις καὶ μεταβολάς· (2) οἷον εὐθὺς ἐν νέοις ἀκμάζει τὸ ἐπιθυμητικὸν, ἐν πρεσβύταις τὸ περίλυπον· τοῖς μὲν γὰρ αἷμά τε θερμὸν ἐγκέκραται, καὶ πνεῦμα ῥαγδαῖον ἐπὶ τὰς ὁρέξεις παρέστηκε, καὶ τὸ σῶμα τοῖς ὀργάνοις καθαροῖς καὶ ἀκραιφνέσιν ἐμμελὲς ἀεὶ καὶ πολυσφάδαστον ἀνακινεῖ [καὶ] ἀναρριπίζει τὰς ἐπιθυμίας ὥσπερ ἐξ ὕλης νεαρᾶς ἀναπτομένας περιφορᾷ αἵματος, ἐξ ὧν μεταβαλλόμενον ἐπὶ πολλὰ ταῖς ὁρμαῖς τὸν νέον [ὁρῶμεν]. (3) Ὁ πρέσβυς, τοῦ τε θερμοῦ προλιπόντος ἤδη, ᾧ τὸ ἐπιθυμητ[ικὸν] ἀνεζωπυρεῖτο, καὶ τῷ πνεύματι χαλῶν, καὶ κατατετριμμένος τῷ σώματι, περὶ τὰς ἡδονὰς ἀμβλὺς, ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ δυσκίνητος ***

sed eluditur, jam disputationem ipsam aggrediamur et in quæstionem nos convertamus.

IX. Jam qui animum, non modo a corruptione et morte, sed etiam ab affectionibus liberam servare student, dum vacuitati affectionum tamquam firmamentum præstruunt incolumitatem et vacuitatem a corruptione, ac putant id quod afficiatur jam quodammodo corruptionis tentationem suscepisse, omnesque affectiones et infirmitates ex carne veluti radice in hominem procrescere : hi igitur primum eas diversitates proferent, quæ in corporibus apparent per ætatum naturarumque mutationes : (2) veluti in juvenibus viget libido, in senibus ægrimonia : illis enim et sanguis calidus immixtus est, et plenus impetu spiritus adjutor appetitionum comitatur, et corpus integris sincerisque instrumentis aptum et concinnum, ideoque ferax imaginationum continuo suscitat cupiditates, veluti ex recenti accensas materia per motum sanguinis; unde juvenem, mutato sæpe impetu, ex aliis in alias res converti videmus. (3) At senex, deficiente calore quo cupiditas exsuscitatur, relaxato spiritu, corpore etiam attrito, quum est hebes ad voluptates, tum friget ad cupiditates ***

II.

ΕΙ ΜΕΡΟΣ ΤΟ ΠΑΘΗΤΙΚΟΝ ΤΗΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΨΥΧΗΣ Η ΔΥΝΑΜΙΣ.

ΛΟΓΟΣ ΙΗ.

I. Περὶ τῆς παθητικῆς καὶ ἀλόγου ζωῆς, πότερα μέρος ἐστὶ τῆς ἀνθρώπου ψυχῆς ἡ δύναμις, ἐπισκεπτέον· ἐοίκασι γὰρ τῶν ἀρχαίων οἱ μὲν οὕτως οἱ δὲ ἐκείνως ἀποφηνάμενοι περὶ αὐτῆς. Ἄξιον οὖν καὶ ἡμᾶς ἀπορήσαντας καὶ ἐπὶ ζήτησιν τραπομένους ταύτῃ δοξάσαι, ἥπερ ἂν καὶ ζητοῦσι φανεῖται πιθανώτερον.

II. Ὅσοι μὲν οὖν μέρος ἀποδιδόασιν αὐτὴν, δόξαιεν ἂν οὐκ εἶναι λέγειν ἔμψυχα τὰ ἄλογα τῶν ζῴων, οὐδὲ ψυχὴν ἔχοντα, ἀλλά τι μόριον ψυχῆς· εἴ γε τοῖς ἀλόγοις ἡ παθητικὴ μέν ἐστιν, ἡ λογικὴ δὲ οὐδαμῶς. (2) Ὅσοι δ' αὖ δύναμιν, πρῶτον μὲν ἄτοπον ὅτι τῷ τόπῳ διαχωρίζουσιν αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἀντιδιαιρουμένης αὐτῇ δυνάμεως τῆς λογικῆς· οὐ γὰρ διαιροῦνται ἀπ' ἀλλήλων αἱ δυνάμεις ὅσαι τοῦ αὐτοῦ τυγχάνουσιν οὖσαι· ἔπειτα καὶ συνυπάρχειν ποιοῦσι τἀναντία κατὰ ταὐτό. (3) Αἱ γὰρ δυνάμεις τοιαῦται ὥστε ἑκάστην, κἂν ὁπόσαι οὖν ὦσι, περὶ ὅλον θεωρεῖσθαι τὸ ὑποκείμενον· τὸ δὲ λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον οὐχ οὕτω περὶ ψυχήν· ἀπωτέμνεσθαι γὰρ δοκεῖ τῆς ὅλης καὶ ποιεῖν αὐτὴν τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο· καὶ τοῦτ' εἰκότως· ἐναντία γάρ· τὰ δ' ἐναντία καθ' ἓν καὶ τὸ αὐτὸ συνυπάρχειν [ἀδύνατον νομίζεται. (4) Ἀλλὰ τοῦτο ἐπισκεπτέον εἰ ἔστιν] ἀληθές. Οὐθὲν γὰρ ἴσως κωλύει

II.

QUOD IN ANIMO HUMANO AFFECTIBUS SUBJECTUM, PARSNE SIT EJUS AN FACULTAS.

DISPUTATIO XVIII.

I. De vita affectibus subjecta et rationis experte utrum pars sit animi humani an facultas, quærendum est. Nam antiquorum alii hoc, alii illud de ea videntur statuisse. Operæ igitur pretium est, ut et nos hujus argumenti dubitatione ac quæstione suscepta, ita de eo statuamus prouti nobis quæstione peracta verisimilius visum fuerit.

II. Jam qui illam quam dicimus vitam affectibus subjectam rationisque expertem statuunt esse partem animi, videantur hi simul statuere animalia bruta rationisque expertia, non esse animata, neque animum, sed particulam quandam animi habere; siquidem in brutis animalibus animus affectibus subjectus inest, at animus ratione præditus nullo modo inest. (2) Rursus qui illam, de qua quærimus, vitam faciunt facultatem, hi primo quidem hoc absurdum faciunt, quod eam loco separant ab altera ejusdem divisionis huic opposita vita, nimirum ea quæ prædita est ratione : non enim loco distinguuntur facultates quæ ejusdem rei sunt. Deinde faciunt contraria simul in eadem re inesse. (3) Nam facultatum ea est natura, ut unaquæque facultas tota quantacumque est in toto spectetur subjecto. At non hoc modo in animo insunt duo illa quæ rationis compos aut expers (id est rationale seu irrationale) vocantur : videntur enim quasi desecari a toto animo, isque per utrumque eorum alius ac diversus fieri : idque haud temere : sunt enim contraria : contraria autem ut simul in una eademque re insint, rerum naturæ repugnans habetur. (4) Hoc tamen an semper verum sit, considerandum est. Fortasse enim nil impedit quominus contraria simul insint in re eo quo dixi-

καὶ τἀναντία συνυπάρξαι τὸν εἰρημένον τρόπον, ἐὰν δυνάμεις ὦσι καὶ μὴ ἐνέργειαι λαμβάνωνται· λογίζεσθαι μὲν γὰρ καὶ ἀλογιστεῖν, ἢ ὑγιάζειν καὶ κακοῦν [ἅμα] ἅμφω ἀδύνατον. Ἡ μέντοι δύναμις τοῦ [ὑγιάζειν καὶ τοῦ] κακοῦν ἅμα περὶ τὸ αὐτὸ, [καὶ] ἡ [τοῦ λογίζεσθαι καὶ τοῦ] ἀλογιστεῖν περὶ τὴν ψυχὴν ἅμα· οὐ μέντοι καὶ αἱ κατὰ ταύτας ἐνέργειαι. (4) Καὶ πλείω δὴ τὸ αὐτὸ δύνασθαι οὐθὲν κωλύει, οἷον τὸ ἀληθεύειν τόν τε ἐπιστήμονα καὶ τὸν διαλεκτικόν· οὕτω δὴ καὶ ἀλογιστεῖν τήν τε τῶν ἀλόγων ζώων ψυχὴν καὶ τὴν ἀνθρώπου· ἀλλὰ τὴν μὲν τῶν ἀλόγων ἐν τῷ εἶναι αὐτῆς τὸ ἀλογιστεῖν ἔχειν, διὸ καὶ ἀεὶ ἀλογιστεῖ, καὶ οὐχ ὁτὲ μὲν τοῦτο ὁτὲ δὲ τὸ ἐναντίον· τὴν δὲ τοῦ ἀνθρώπου τὸ μὲν ἀλογιστεῖν οὐκ ἐν τῷ εἶναι ἔχειν αὐτῆς· οὐ γὰρ ἂν καὶ ἐλογίζετο· τὸ δύνασθαι μέντοι ἀλογιστεῖν καὶ τὸ δύνασθαι λογίζεσθαι· ἐνεργεῖ δὲ κατ' ἄμφω· κατὰ λόγον μὲν ὁπηνίκα βλέψῃ πρὸς τὴν ἑαυτῆς οὐσίαν, αὕτη ἔστιν ὁ ἐν αὐτῇ νοῦς· κατὰ δὲ τὴν ἀλογίαν ὁπόταν νεύσῃ πρὸς τὰ ἔξω αὐτῆς, ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ αἰσθητά. (5) Ἄλλο οὖν τὸ ἐν ἀνθρώπῳ ἄλογον, καὶ ἄλλο τὸ ἐν τοῖς ζώοις· τὸ μὲν γὰρ ἐν τούτοις ψυχὴ, τὸ δὲ ἐν ἀνθρώπῳ δύναμις· καὶ τοῦτ' ἂν εἴη τῆς τοῦ λογίζεσθαι δυνάμεως ἀχώριστον. Ὀρθῶς ἄρα καὶ Ἀριστοτέλης τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν δύναμιν συναποκαλῶν, ὅτι ποτὲ μὲν λογίζεται, ποτὲ δ' οὔ.

III. Ὅταν οὖν μὴ λογίζηται, ἄλλο τι ἢ ἀλογιστεῖ; Ἆρ' οὖν ἡ κατὰ τὸ λογίζεσθαι δύναμις καὶ αὐτὸ [τὸ] λογίζεσθαι, ψυχῆς ἐστι, καὶ ἐν χάρτῃ, χάρτης δ' οὔ; Ἀλλ' εἰ τοῦτο, ἑτέρα ἔσται αὐτῆς οὐσία παρὰ τὸ ἔργον καὶ τὴν πρὸς τοῦτο δύναμιν· καὶ ἕξει τὸ ὑποκείμενον περὶ ὃ θεωρηθήσεται ἡ δύναμις αὐτῆς· (2) καὶ ἔσται τὸ ὄνομα τοῦτο, ψυχὴ, τὸ ὑποκείμενον μετὰ τῶν περὶ αὐτὸ θεωρουμένων δυνάμεων· καὶ ζωὴν ἕξει οὐ διὰ πάσης ἑαυτῆς· κατὰ γὰρ τὸ ὑποκείμενον ἄζωος ἔσται, τάχα δὲ καὶ παντάπασιν· οὐδεμία γὰρ αὐτῆς ἐν τῇ φύσει ἐνέργεια ζωτικὴ, ἀλλὰ πάντα δύναμις. Δυνάμει οὖν ἔσται ζῶσα.

IV. Ἡ τὸ δυνάμει τὸ καθ' ἕξιν ῥητέον, ἵνα πῶς μὲν ἔχῃ ζωὴν, πῶς δὲ οὐκ ἔχῃ· δύο γὰρ ζωαί, ἡ μὲν ὡς ἕξις, ἡ δὲ ὡς τὸ ἐνεργεῖν· καὶ ἡ μὲν ὡς ἕξις ψυχὴ, ἡ δὲ ὡς τὸ ἐνεργοῦν ὁ νοῦς. (2) Εἰ οὖν ἡ ὡς ἕξις ζωὴ ἡ ψυχὴ, ἁπλῆ ἂν εἴη χωρὶς ὑποκειμένου· τοιοῦτον γάρ τι τὴν ψυχὴν ὑπολαμβάνομεν, ὃ τὴν ζωὴν ἔχει σύμφυτον καὶ οὐ παρ' ἄλλου, ἀλλὰ παρ' αὐτῆς· σωμάτων γὰρ τὸ παρ' ἄλλου τὴν ζωὴν μεταλαγχάνειν. (3) Εἰ δὲ ἦν τι σύνθετον ἡ ψυχὴ, ἐξ ὑποκειμένου καὶ εἴδους συγκειμένη, οὐκ ἂν ἔσχε παρ' αὐτῆς ἀλλὰ παρ' ἄλλου τὴν ζωήν· παρὰ γὰρ τοῦ εἴδους· ὥσπερ καὶ τῷ πυρὶ τὸ θερμῷ εἶναι παρὰ τῆς θερμότητος, καὶ οὐ παρὰ τῆς ὕλης· ἔπειτα κἂν σῶμα ἦν, τὸ γὰρ ἐξ ὑποκειμένου καὶ εἴδους σῶμα.

V. Δύναμις οὖν ζωτικὴ ἡ ψυχὴ, δύναμις δὲ ἡ ὡς ἕξις. Διὰ τοῦτο καὶ ἐλευθέρα καὶ πρὸς τὰς ἐνεργείας ἀκώλυτος· ἔχουσα γὰρ ζωὴν, μᾶλλον δὲ οὖσα ζωὴ,

mus modo, id est in una eademque re; si quidem hæc contraria sint facultates, neque accipiantur tanquam actus. Nam ratiocinari ejusque contrarium, quod *irrationaliter cogitare* appellamus, item sanare et lædere, ambo simul in eadem re inesse nequeunt: at facultas tamen lædendi et sanandi, ratiocinandi et irrationaliter cogitandi, simul in animo inesse possunt: at non item actus, qui ex his facultatibus proficiscuntur diversis diversi, simul in animo inesse possunt. (5) Et vero nil impedit quominus plura idem possint (id est quominus eadem facultas in diversis insit subjectis): veluti facultas vere statuendi, in dialectico et in perito: sic etiam facultas irrationaliter cogitandi insit in animo cum hominis tum animalium ratione carentium; sed animalium ratione carentium animus in sua ipse natura et, ut ita dicam, essentia habeat illud irrationaliter cogitare, nec sine eo esse possit; unde fit ut semper irrationaliter cogitet, nec alio tempore ita, alio contra: animus autem hominis non in sua ipse essentia habeat illud irrationaliter cogitare; alioqui non etiam ratiocinaretur: at vero in sua ipse essentia habeat posse irrationaliter cogitare et posse ratiocinari. Agit autem secundum utrumque: secundum rationem, quando suam ipse naturam essentiamque intuetur, quæ est mens in ipso habitans: secundum absentiam rationis, quando ad res externas, id est sensibiles, despicit. (6) Igitur irrationale aliud est in homine, aliud in animalibus: nam irrationale in his est ipse animus; at idem est in homine facultas, idemque inseparabile est a facultate ratiocinandi. Recte igitur fecit Aristoteles, dum animum hominis appellavit facultatem, quippe quod animus nonnunquam ratiocinetur, nonnunquam non item.

III. Quando igitur non ratiocinatur animus, quid aliud nisi irrationaliter cogitat? An ergo facultas ratiocinandi et ipsum ratiocinari sunt animi, id est in animo nec ipse animus, et veluti in charta, non ipsa charta? Hoc si ita se habet, diversa erit animi essentia ab actione et agendi facultate: et animus habebit subjectum, in quo ipsius facultas spectetur: (2) et nomen animi significabit subjectum conjunctum cum facultatibus in subjecto spectatis: et animus vitam habebit non per se ipsum totum; nam secundum subjectum quidem vita carebit: et fortasse non modo secundum subjectum, sed penitus et omnino vita carebit; nulla enim erit in eju natura actio vitæ effectrix, nil nisi facultas. Ergo facultate erit vivens.

IX. An vero illud quod nominamus *facultate*, potius nominandum *habitu;* ut animus vitam quodammodo habeat, quodammodo non habeat: duæ enim sunt vitæ, altera tanquam habitus, altera tanquam agens: quarum illa, tanquam habitus nominata, est animus, hæc tanquam agens dicta, est mens. (2) Quodsi ergo animus est vita tanquam habitus, simplex profecto sit et sine subjecto; tale enim quid animum intelligimus, quod vitam habeat innatam, nec aliunde; sed a se ipso: corporum enim hoc est vitam accipere communicatam ab alio. (3) At si animus compositum quid esset, constans subjecto et specie, vitam non a se ipse, sed ab alio haberet, nimirum a specie: prouti etiam igni ut sit calidus, venit a calore, non a materia. Præterea etiam corpus esset; nam quod e subjecto et specie constat, est corpus.

V. Itaque animus est facultas vitæ effectrix, facultas autem secundum habitum. Propterea etiam liber est et ad actiones omni impedimento solutus: nam quum habeat vi-

κινεῖται καθ' ἑαυτὴν ὁπότε βούλεται. (2) Τοῦτο δὲ περὶ τῆς ἔξω σωμάτων ψυχῆς ὑπολητπτέον· ἡ γὰρ κρατηθεῖσα σώματι καὶ τοῖς ἐκ τούτου πάθεσιν, ἀπόλλυσι τὸ ἐλεύθερον, καὶ οὐχ ὁπότε βούλεται κινεῖσθαι ἐᾶται, ἀλλὰ δεδουλωμένη πέπαυται τῆς ἐνεργείας· καὶ εἴ τις ἐπὶ ψυχῆς ὄλεθρος εἴη, οὗτος ἂν εἴη· οἷον γὰρ ἀπόλλυται σβεννυμένης ἐν αὐτῇ τῆς κατὰ νοῦν ἐνεργείας. (3) Ἃ δὲ δοκεῖ ἐνέργειαν ἀποστρέφειν, ταῦτα παθήματα ἂν εἴη μᾶλλον, οὐκ ἐνεργήματα· καὶ οὐκ αὐτῆς ταῦτα, ἀλλὰ τοῦ ζῴου· κατ' αὐτὴν μέντοι. Τὸ γὰρ λογίζεσθαι καὶ θεωρεῖν μόνον αὐτῆς· καὶ τοῦθ' ἡ κυρίως ἐνέργεια· τὰ δὲ παρὰ τοῦτο τοῦ ζῴου πάντα, καὶ πάθη μᾶλλον, οὐκ ἐνέργειαι.

VI. Ἀλλὰ πῶς, εἰ κατ' αὐτὴν εὖ πάσχει τὰ ζῷα, οὐκ αὐτὴ παθητή; πάσχειν γὰρ κατὰ τὴν παθητικὴν εὔλογον ψυχήν, ὥσπερ καὶ ὑφαίνειν κατὰ τὴν ὑφαντικήν. Ἢ τοῦτο μὲν ἀληθὲς καὶ διδόναι χρή, ἀπορητέον δὲ περὶ τῆς καλουμένης παθητικῆς καὶ περὶ τοῦ πάσχειν ὅλως, πῶς γίνεται, πότερα τῷ μὴ ἐνεργεῖν τὴν ψυχὴν κατὰ λόγον, ἢ ἄλλως. (2) Ἐπεὶ γὰρ τὸ μὴ ἐνεργεῖν οὐθέν ἐστι πάθος ἐπαινετὸν, φαίνεται δὲ ἅπαντα ὁπόσα μετρεῖται ὑπὸ τοῦ λόγου, χρήσιμα ὄντα· ἀρεταὶ γὰρ αὐτὰ καλοῦμεν πολιτικὰς, καὶ ἐπαινοῦμεν τὸν ἔχοντα αὐτάς· μετρεῖσθαι δὲ οὐκ ἂν ἠδύνατο μὴ ἐφορῶντος αὐτὰ νοῦ, καὶ ἐνδιδόντος αὐτοῖς ἀφ' αὑτοῦ μέτρον καὶ ὅρον· τοῦτο δὲ οὐθὲν ἄλλ' ἢ ἐνεργοῦντος περὶ αὐτά· ἐνεργεῖ τε οὖν ἅμα ὁ λόγος καὶ πάσχει τὸ ζῷον, καὶ τῷ αὐτῷ καὶ λογιζόμεθα ἅμα καὶ πάσχομεν· ἓν γὰρ εἶδος ἔχει· δυνάμεις δὲ ἦσαν πλείους ἥ τε τοῦ ἐνεργεῖν καὶ μὴ, μᾶλλον δὲ μία δύναμις· τὸ γὰρ μὴ ἐνεργεῖν ἀδυναμίας ἂν εἴη, καθ' ὃ καὶ ἀλογιστεῖν ἐλέγετο τὸ ζῷον.

VII. Ἀλλὰ τῇ γε ὑποθέσει ταύτῃ φαίνεται πλείω τὰ ἑπόμενα ἄτοπα, καὶ ἄλλως ἀποδοῦναι τὰ πάθη τοῖς ἀνθρώποις οὐκ εὔπορον. Ἐπισκεπτέον δ' ἔτι, πῶς ἔφαμεν ἐνεργεῖν τε ἅμα τὸν λόγον καὶ [πάσχειν τὸ ζῷον, καὶ] εἶναι τὰ πάθη περὶ τὸ συναμφότερον. (2) Φαίνεται γὰρ οὐχ ἅμα ταῦτα γινόμενα ἄμφω· μεινάσης μὲν ἀργῆς τῆς διανοίας ἐπεισελθόντα τὰ πάθη περὶ τὸ συναμφότερον· γινομένων δὲ τῶν παθῶν παρελθὼν αὖθις ὁ λόγος καὶ διακοσμήσας αὐτά. (3) Τίς οὖν ἡ καλουμένη παθητικὴ ψυχή; ἡ αὐτὴ ἥπερ καὶ λογιστική. Πάθος γάρ τι αὐτῆς τὸ μὴ ἀπαύστως ἐνεργεῖν· καὶ παθητικὴ, ἔτι θεωρεῖν ἀεί τε καὶ συνεχῶς ἀδύνατος. Ὅταν οὖν μὴ θεωρῇ, πρὸς τὸ σῶμα ἐπέστραπται καὶ ἀπόστροφός ἐστι [τοῦ νοῦ]· τοῦ νοῦ δὲ οὖσα ἀπόστροφος ἀνοηταίνειν εἰκότως λέγοιτ' ἂν, καὶ οὐθὲν ὑγιὲς βλέπειν οὐδὲ κρίνειν ὀρθῶς, ἀλλὰ δοξάζει τά τε μὴ ἀγαθὰ [ὡς ὄντα ἀγαθὰ] καὶ τοὐναντίον, ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης δόξης καὶ κρίσεως ἀποτελεῖσθαι τὰ πάθη περὶ τὸ σύνθετον, σύνθετον δὲ ἔκ τε τοῦ σώματος καὶ τῆς ἐν αὐτῷ ζωῆς, ἣν ἐνδίδωσιν ἡ ψυχή. Ἐνδίδωσι γὰρ ἅπασα δύναμίς τινα ἀφ' αὑτῆς ἀπόρροιαν τῷ ***

tam, potius vero ipse sit vita, movetur per se ipse quandocumque vult. (2) Sed hoc ita accipiendum est de animo extra corpus degente. Nam qui corpore ejusque affectionibus continetur, libertatem amittit, nec quandocumque vult moveri sinitur, sed in servitutem redactus cessat ab actione: et si quis est animi interitus, hic profecto sit: nam interit fere animus, quando mentis actio in eo exstinguitur. (3) Quæ autem animum ab agendo avertere videntur, hæ passiones potius quam actiones sint: nec ipsius animi sunt, sed animalis, attamen secundum ipsum, ad eumque pertinent. Nam animi solum est ratiocinari et contemplari: et in his posita est ea quæ proprie dicitur actio. Quæ vero præterea sunt, omnia sunt animalis, et passiones magis quam actiones.

VI. Atqui, si per has affectiones, quas modo passiones vocavimus, suaviter afficiuntur animalia iisque bene fit; quomodo non fieri necesse est, ut ipse animus affectionibus sit subjectus et ut ita dicam passivus? Verisimile enim est eum pati secundum animum affectionibus subjectum ac passivum: haud secus atque texere, secundum animum textorium, id est texendi vi præditum. An illud quidem, quod diximus animum esse affectionibus subjectum et passivum, verum et concedendum est: quærendum autem de passivo animo, et omnino de eo quod pati vocamus, quomodo fiat, utrum ita si animus non agat secundum rationem, an aliter? (2) Quandoquidem enim non agere nulla est affectio laudabilis, omnes autem affectiones, quibus ratio mensuram adjungit, videntur utiles; nam eas vocamus virtutes civiles, et iis præditum laudamus; neque vero mensura iis adjungi posset affectionibus, nisi eas inspiceret ratio, addereteque iis a se ipsa mensuram ac modum, id est, nisi ratio in iis ageret: hæc igitur quum ita sint, consequitur ut simul et ratio agat et animal patiatur, et eodem ratiocinemur ac patiamur. Una est enim specie, sed plures sunt facultates ac diversæ, agendi ac patiendi facultas. Immo potius unica est facultas agendi; quippe non agere ab imbecillitate et facultatis absentia proficiscitur: et propter hoc ipsum non agere, animal dicebatur rationis actione vacare.

VII. Sed hac posita explicatione, plura tamen videntur absurda consequi, et ceteroquin difficile esse ad ostendendum quomodo hominibus affectus tribuendi sint. Igitur amplius inquirendum, cujusmodi illud sit quod diximus, simul et rationem agere et animal pati, et affectus in ambobus esse. (2) Hæc enim ambo non simul fieri videntur; sed quiescente et ab actione vacante mentis ratione ingruunt affectus, id est passiones, in utrumque; et excitatis jam affectibus supervenit ratio eosque in ordinem cogit. (3) Quis igitur est affectibus subjectus ac passivus animus? Idem qui ratiocinativus. Hujus enim passio quædam est, non sine intermissione agere: et passivus est, quia semper et continuo se in contemplatione continere nequit. Jam vero a contemplatione vacans, convertitur ad corpus, avertitur a mente: a mente autem aversus, recte dicatur amentia laborare, nil sani videre, nec bene judicare, mala pro bonis, et contra, habere et opinari; atque ex isto judicio et opinione effici affectus in composito, composito autem ex corpore et, quæ in eo est, vita, quam ei immittit animus. Omnis enim facultas quædam a se defluvia immittit ei ***

III.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ Α.

Ἀντύλλῳ δὲ τούτῳ καὶ αὐτοὶ παρῆμεν ἅμα Σωσιτέλει καὶ Ἡρακλέωνι διηγουμένῳ. Νοσῶν γὰρ ἔναγχος ἀδώτως ἔχειν ἐδόκει τοῖς ἰατροῖς· ἀνενεχθεὶς δὲ μικρὸν ἔκ τινος οὐ βεβαίου καταφορᾶς, ἄλλο μὲν οὐδὲν οὔτ' ἔπραξεν οὔτ' εἶπε παρακινητικὸν, ἔλεγε δὲ τεθνάναι, καὶ πάλιν ἀφεῖσθαι, καὶ μὴ τεθνήξεσθαι τοπαράπαν ὑπὸ τῆς ἀρρωστίας ἐκείνης, ἀλλὰ καὶ κακῶς ἀκηκοέναι τοὺς ἀγαγόντας αὐτὸν ὑπὸ τοῦ κυρίου· πεμφθέντας γὰρ ἐπὶ Νικανδᾶν, αὐτὸν ἥκειν ἀντ' ἐκείνου κομίζοντας. (2) Ὁ δὲ Νικανδᾶς ἦν σκυτοτόμος, ἄλλως δὲ τῶν ἐν παλαίστραις γεγονότων, καὶ πολλοῖς συνήθης καὶ γνώριμος. Ὅθεν οἱ νεανίσκοι προσιόντες ἔσκωπτον αὐτὸν ὡς ἀποδεδρακότα καὶ διεφθαρκότα τοὺς ἐκεῖθεν ὑπηρέτας· αὐτὸς μέντοι δῆλος ἦν εὐθὺς ὑποθραττόμενος καὶ δυσχεραίνων· τέλος δὲ πυρετοῦ προσπεσόντος, ἐξαίφνης ἀπέθανε τριταῖος. Οὗτος δὲ ἀνεβίω καὶ περίεστιν, εὖγε ποιῶν, ἡμῖν ξένων ἐπιεικέστατος.

III.

DE ANIMA. LIBRO I.

[*Euseb. Præp. Ev.* XI, 36, *p.* 563, C.] Antyllo autem huic et nos adfuimus, quum ea narraret Sositeli et Heracleoni. Is nuper quum ægrotans jam a medicis extra salutis spem haberetur, ex quadam haud gravi dormitatione ad se rediens, nihil sane, quod minus sanæ mentis esset, vel fecit vel dixit : at narravit mortuum se fuisse et iterum in vitam dimissum, neque omnino moriturum hoc quidem morbo : quin eos qui ipsum e vita abduxissent, a Domino reprehensos esse, quod ad Nicandam missi, ipsum loco illius adduxissent. (2) Erat autem Nicandas sutor coriarius, ceterum eorum unus qui palæstras frequentarent, multisque vulgo familiaris ac notus. Igitur adolescentes ad eum accedentes jocis hominem ac dicteriis petebant, quasi aufugisset et missos ab inferis apparitores corrupisset. Ad hæc ille conturbari palam atque ægrius ferre : tandem repentina febri correptus, intra tertium diem sublatus est. At hic noster Antyllus vitæ redditus, etiam nunc superest; recte quidem ille ac merito; quippe qui sit hospitum nostrorum jucundissimus.

IV.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ Α.

Χείλων ὁ παλαιὸς ἀκούσας τινὸς λέγοντος, μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν, ἠρώτησεν, εἰ καὶ μηδένα φίλον ἔχει· νομίζων ἐξ ἀνάγκης ἑπακολουθεῖν καὶ συνεμπλέκεσθαι φιλίας καὶ ἀπεχθείας.

IV.

DE ANIMA. LIBRO I.

[*Gellius* I, 3.] Chilon ille antiquus audiens quendam dicentem se neminem habere inimicum, interrogavit eum, an ne amicum quidem haberet : existimans necessario se invicem consequi et attrahere amicitias et inimicitias.

V.

EX EODEM LIBRO.

[*Gellius* XV, 10.] Plutarchus in librorum, quos περὶ ψυχῆς inscripsit, primo, quum de morbis dissereret in animos hominum incidentibus, « Virgines », dixit, « Milesii nominis, « fere quot tum in ea civitate erant, repente sine ulla evi- « denti causa voluntatem cepisse obeundæ mortis, ac deinde « plurimas vitam suspendio amisisse. Id quum accideret in dies « crebrius, neque animis earum mori perseverantium medi- « cina adhiberi quiret, decrevisse Milesios, ut virgines, quæ « corporibus suspensis demortuæ forent, (ut) eæ omnes nudæ « cum eodem laqueo, quo essent prævinctæ, efferrentur : post « id decretum virgines voluntariam mortem non petisse, pu- « dore solo deterritas tam inhonesti funeris. »

VI.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ.

1. Ταῦτα τοῦ Τίμωνος εἰπόντος, ὑπολαβὼν ὁ Πατροκλέας, Ὁ μὲν λόγος, εἶπεν, οὐχ ἧττον ἰσχυρὸς ἢ παλαιὸς, ἔχει δ' ὅμως ἀπορίας. Εἰ γὰρ ἡ δόξα τῆς ἀφθαρσίας παμπάλαιός ἐστι, πῶς αὖ πάλιν τὸ τοῦ θανάτου δέος [φαμὲν] πάντων πρεσβύτατον εἶναι τῶν φόβων, εἰ μὴ νὴ Δία καὶ πάντας ἡμῖν τοῦτο τοὺς

VI.

EX OPERE DE ANIMA.

[*Stob. Flor.* CXX, 28.] I. His a Timone dictis Patrocles respondens, Sermo quidem tuus, inquit, non minus probabilis est quam antiquus; sed est quod dubitetur. Nam si immortalitatis opinio pervetusta est, quomodo fit ut mortis metus antiquissimus sit inter omnes timores? nisi potius omnes alios metus iste nobis metus ingeneravit. Non enim

ἄλλους ἐγγεγέννηκεν; οὐ γὰρ νεαρὸν οὐδὲ πρόσφατόν ἐστι τὸ κλαίεσθαι τὸν τεθνηκότα, καὶ ταῦτα δὴ τὰ θρηνώδη καὶ δύσφημα τῶν ὀνομάτων ἐπιλέγεσθαι, τὸν ἄθλιον, καὶ τὸν οἰκτρόν.

II. Ἀλλ' οὕτω μέν, ἔφη ὁ Τίμων, λογιζόμενοι καὶ τὰ ἄφθαρτα δοξάζουσιν ἴσα νοεῖσθαι φθειρομένοις. Ὅτι μὲν οὖν τὸ μετηλλαχέναι καὶ μεθίστασθαι καὶ οἴχεσθαι τὸν τεθνηκότα δυσχεροῦς οὐδενὸς ἁπλῶς, ἀμείψεως δέ τινος ἢ μεταβολῆς ὑπόνοιαν δίδωσιν, οὐκ ἄδηλόν ἐστι· ποῖ δὲ αὕτη γίγνεται τοῖς μεταλλάττουσιν ἡ μεταβολή, καὶ πότερον εἰς χεῖρον ἢ βέλτιον, ἐκ τῶν ἄλλων ὀνομάτων σκοπῶμεν. (2) Αὐτὸ τοίνυν τὸ τοῦ θανάτου πρῶτον, οὐχ ὑπὸ γῆν ἔοικεν οὐδὲ κάτω μηνῦσαι χωροῦν τὸ μετηλλαχὸς, ἀλλ' ἄνω φερόμενον καὶ θέον· οἳ δὴ καὶ λόγον ἔχει καθάπερ ἐκ καμπῆς τινος ἀνείσης οἷον ἐξάττειν καὶ ἀναθεῖν τὴν ψυχὴν ἀποπνέοντος τοῦ σώματος, ἀναπνέουσαν αὐτὴν καὶ ἀναψύχουσαν. (3) Ὅρα δὲ τὸ ἀντικείμενον θανάτῳ, τὴν γένεσιν, ὡς τοὐναντίον δηλοῖ ῥοπήν τινα κάτω καὶ νεῦσιν ἐπὶ γῆν, ἐκείνου τοῦ περὶ τὴν τελευτὴν πάλιν ἀναθέοντος· ᾗ καὶ γενέθλιον τὴν ἡμέραν καλοῦσιν, ὡς ἄθλων καὶ πόνων ἀρχὴν γενομένην. (4) Μᾶλλον δ' ἴσως ἀφ' ἑτέρας τὸ αὐτὸ συζυγίας κατοψόμεθα καὶ σαφέστερον. Ἀπολύεσθαι γὰρ τὸν ἀποθνήσκοντα, καὶ τὴν τελευτὴν ἀπόλυσιν καλοῦσιν, ἅτε δεσμοῦ τοῦ σώματος· τοῦτο γὰρ δέμας ὀνομάζουσιν, ὡς δεδεμένης ὑπ' αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα παρὰ φύσιν· οὐδὲν γὰρ ἐν ᾧ πέφυκεν εἶναι κατέχεται βίᾳ, καὶ τὸ δεδέσθαι τήν τε βίαν ταύτην παραγαγόντες, ὠνόμασαν βίον· ὥσπερ, οἶμαι, τὴν ἑσπέραν Ὅμηρος ἕσπερον. Ὅθεν ἀντίφωνον τοῦ βίου ὄνομα γέγονε, τὸ ἀναπαύεσθαι τὸν θνήσκοντα, μεγάλης καὶ παρὰ φύσιν ἀνάγκης ἀπαλλαττόμενον. (5) Οὕτω κατὰ τὴν εἰς τὸ ὅλον μεταβολὴν καὶ κατακόσμησιν ὀλωλέναι τὴν ψυχὴν λέγομεν ἐκεῖ γενομένην· ἐνταῦθα δὲ ἀγνοεῖ, πλὴν ὅταν ἐν τῷ τελευτᾶν ἤδη γένηται· τότε δὲ πάσχει πάθος οἷον οἱ τελεταῖς μεγάλαις κατοργιαζόμενοι. Διὸ καὶ τὸ ῥῆμα τῷ ῥήματι καὶ τὸ ἔργον τῷ ἔργῳ τοῦ τελευτᾶν καὶ τελεῖσθαι προσέοικε. (6) Πλάναι τὰ πρῶτα καὶ περιδρομαὶ κοπώδεις, καὶ διὰ σκότους τινὲς ὕποπτοι πορεῖαι καὶ ἀτέλεστοι· εἶτα πρὸ τοῦ τέλους αὐτοῦ τὰ δεινὰ πάντα, φρίκη καὶ τρόμος καὶ ἱδρὼς καὶ θάμβος· ἐκ δὲ τούτου, φῶς τι θαυμάσιον ἀπήντησεν, ἢ τόποι καθαροὶ καὶ λειμῶνες ἐδέξαντο, φωνὰς καὶ χορείας καὶ σεμνότητας ἀκουσμάτων ἱερῶν καὶ φαντασμάτων ἁγίων ἔχοντες· (7) ἐν αἷς ὁ παντελὴς ἤδη καὶ μεμυημένος ἐλεύθερος γεγονὼς, καὶ ἄφετος περιὼν, ἐστεφανωμένος ὀργιάζει, καὶ σύνεστιν ὁσίοις καὶ καθαροῖς ἀνδράσι, τὸν ἀμύητον ἐνταῦθα τῶν ζώντων ἀκάθαρτον ἐφορῶν ὄχλον ἐν βορβόρῳ πολλῷ καὶ δμίχλῃ πατούμενον ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ συνελαυνόμενον, φόβῳ δὲ θανάτου τοῖς κακοῖς, ἀπιστίᾳ τῶν ἐκεῖ ἀγαθῶν, ἐμμένοντα. Ἐπεὶ τό γε παρὰ φύσιν τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ συμπλοκὴν εἶναι καὶ σύνερξιν, ἐκεῖθεν ἂν συνίδοις.

III. Πόθεν; ἔφη ὁ Πατροκλέης. — Ὅτι τῶν περὶ

novum nec recens est lugere mortuum, et lugubria ista inauspicataque nomina proferre, *O miserum*, *O infelicem!*

II. Tum Timon, Quodsi hoc modo, aiebat, contemplari libuerit, etiam incorruptibilia statuunt paria cogitari corruptibilibus. Etenim hæc vocabula, quibus hominem defunctum *discedere*, *migrare* vel *obiisse* dicimus, nihil simpliciter grave, sed mutationem solum aut transitum significare, non est obscurum. Quorsum autem ista mutatio e vita migrantibus, deterioremne in statum an meliorem contingat, ex aliis quæ sunt nominibus consideremus. (2) Primum igitur videtur ipsum θανάτου nomen hominem e vita migrantem non ad locum aliquem sub terra referre, sed extollere sursum, ἄνω θέον. Sic enim probabile est, animam veluti e metæ flexu dimissam tanquam exsilire et sursum excurrere, exspirante corpore ipsam respirantem et recreatam. (3) Deinde morti oppositum, τὴν γένεσιν, contemplare quomodo contrarium quid indicet, nempe inclinationem quandam deorsum et νεῦσιν ἐπὶ γῆν, *nutationem in terram*, illius partis quæ morte sursum evolat: unde *genethlium* (*natalitium*) diem vocant, tanquam initium γενομένην ἄθλων, *principium laborum et certaminum*. (4) Sed potius ab altero nominum pari et manifestius hoc idem perspiciemus. Morientem enim solvi dicunt, et mortem vocant solutionem, quippe quia vinculum est corpus, quod δέμας nominant, tanquam anima ab eo hoc in loco præter naturam δεδεμένη, id est *ligata*. Nihil enim ubi naturaliter versari solet, vi aut vinculis ibi retineri opus habet. Hinc et vocabulo a *vi* deducto *vitam* nominarunt βίον velut βίαν: sicut, opinor, ἑσπέραν Homerus ἕσπερον vocat. Quamobrem contrario violentiæ sensu defunctum *quiescere* vulgo dicunt, ut qui ab ingenti et præter naturam necessitate liberatus sit. (5) Ita ὀλωλέναι *periisse*, animam dicimus, ubi mutata est ad ὅλου, id est *universi*, ordinem reversa; quod in corpore vivens fore nescit, antequam in eo sit ut moriatur. Mortis autem affectum subire simile est initiationi in magnis aliquibus sacris. Quocirca ut ipsa vocabula, sic etiam res inter se consimiles sunt, τελευτᾶν *mori*, τελεταί *sacra*, et τελεῖσθαι *initiari*. (6) Primum errores nos occupant, et discursus fatigantes, ac veluti per tenebras itinera suspecta et infinita fiunt: dein ante ipsum finem nihil non terribile supervenit, horror, tremor, sudor ac stupor. Tum vero mirabilis quædam lux occurrit, aut loci puri et amœna prata nos excipiunt, in quibus voces choreæ et venerabiles de rebus et apparitionibus sacris narrationes resonant. (7) Illic homo jam perfectus, initiatus, sui juris factus et liber, coronatus obambulans, sacra celebrat: et conversatur viris sanctis purisque; profanam in terra et impuram turbam inspiciens, quæ in cœno multo et caligine a se ipsa conculcatur et compellitur, mortis autem metu et dubitatione de meliore defunctorum statu in terrestribus malis permanet. Nam animam præter naturam corpori jungi et coerceri in eo, hinc intelliges.

III. Unde? inquit Patrocles. — Ex eo quod somnus affe-

ἡμᾶς παθῶν ὁ ὕπνος ἡδιστόν ἐστι. Πρῶτα μὲν γὰρ αἴσθησιν ἀλγηδόνος πᾶσι σβέννυσι διὰ τὴν ἡδονὴν πολλῷ τῷ οἰκείῳ κεραννυμένην· ἔπειτα τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν κρατεῖ, κἂν ὦσι σφοδρόταται. (2) Καὶ γὰρ πρὸς ἡδονὴν οἱ φιλοσώματοι δυσανασχετοῦσιν, ἐπιόντος αὐτοῖς τοῦ καθεύδειν, καὶ περιβολὰς ἐρωμένων προΐενται καταδαρθάνοντες. Καὶ τί δεῖ ταῦτα λέγειν; ὅπου καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ μανθάνειν καὶ διαλέγεσθαι καὶ φιλοσοφεῖν ἡδονὴν καταλαμβάνων ὁ ὕπνος ἀποκλείει τῆς ψυχῆς, ὥσπερ ἀπὸ ῥεύματος λείου καὶ βαθέος ὑποφερομένης. (3) Ἡδονὴ δὲ δὴ πᾶσα μὲν ἴσως οὐσίαν ἔχει καὶ φύσιν ἀλγηδόνος ἀπαλλαγήν, αὕτη δὲ καὶ παντάπασιν. Οὐδενὸς γὰρ ἔξωθεν οἷον ἐπιτερποῦς καὶ κινητικοῦ προσιόντος, ἡδόμεθα καταδαρθάνοντες· ἀλλ' ἐπίπονόν τινα καὶ κοπώδη καὶ σκληρὰν ἔοικεν ἐξαιρῶν ὕπνος διάθεσιν ἡδιστον εἶναι· αὕτη δ' ἐστὶν οὐχ ἑτέρα τῆς πρὸς τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν συνδεούσης. Χωρίζεται γὰρ ἡ ψυχὴ ἐν τῷ καθεύδειν ἀνατρέχουσα καὶ συλλεγομένη πρὸς ἑαυτὴν ἐκ τοῦ διατετάσθαι πρὸς τὸ σῶμα καὶ διεσπάρθαι ταῖς αἰσθήσεσι. (4) Καίτοι λέγουσί τινες ὡς καταμίγνυσι μᾶλλον ὁ ὕπνος πρὸς τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν, οὐκ ὀρθῶς λέγοντες· ἀντιμαρτυρεῖ γὰρ τῇ ἀναισθησίᾳ καὶ ψυχρότητι καὶ βάρει καὶ ὠχρότητι τὸ σῶμα κατηγοροῦν τῆς ψυχῆς ἐκλειψιν μὲν ὅταν τελευτήσῃ, μετάστασιν δὲ ὅταν καθεύδῃ. (5) Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τὴν ἡδονὴν ποιοῦν, ἀπόλυσις καὶ ἀνάπαυλα τῆς ψυχῆς, ὥσπερ ἄχθος κατατιθεμένης, καὶ πάλιν ἀναλαμβανούσης καὶ ὑποδυομένης. Φεύγειν γὰρ ἔοικε κομιδῇ τὸ σῶμα θνήσκουσα, δραπετεύειν δὲ καταδαρθάνουσα. (6) Διὸ θνήσκουσι μὲν ἔνιοι μετὰ πόνων, καθεύδουσι δὲ μεθ' ἡδονῆς ἅπαντες· ὅπου μὲν γὰρ ἀπορρήγνυται παντάπασιν ὁ δεσμὸς, ὅπου δὲ ἐνδίδωσι καὶ χαλᾶται καὶ γίγνεται μαλακώτερος, οἷον ἱμμάτων ἀφιεμένων τῶν αἰσθήσεων παραλυομένων καὶ προϊεμένων τὴν περὶ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἔντασιν.

IV. Εἶτα πῶς, εἶπεν ὁ Πατροκλέας, οὐ δυσφοροῦμεν οὐδὲ ἀλγοῦμεν ἐγρηγορότες; — Πῶς δὲ, ἔφη ὁ Τίμων, κειρομένων μὲν αἰσθάνεται κουφότητος ἡ κεφαλὴ καὶ ῥᾳστώνης, κομώντων δὲ βαρύτητος αἴσθησιν οὐ πάνυ παρεῖχεν; καὶ λυθέντες μὲν ἐκ δεσμῶν ἥδονται, δεδεμένοι δὲ οὐκ ἀλγοῦσι· καὶ φῶς ἐπεισενεχθὲν ἐξαίφνης συμποσίῳ θάρρυνον καὶ κρότον ὑφ' ἡδονῆς ἐποίησε, πρότερον δὲ τὸ ἀλαμπὲς ἐδόκει μὴ ἐνοχλεῖν μηδὲ λυπεῖν τὴν ὄψιν. (2) Ἓν γὰρ αἴτιον, ὦ φίλε, τούτων ἁπάντων, ὅτι τῷ παρὰ φύσιν τὸ κατὰ μικρὸν σύνηθες καὶ σύντροφον ἐποίει τὴν αἴσθησιν, ὥστε μὴ πάνυ δυσχεραίνειν πάσχουσαν, ἀπαλλαγείσης δὲ καὶ μεταβαλούσης εἰς τὴν φύσιν [**]. Φαίνεται γὰρ εὐθὺς τῷ οἰκείῳ τὸ ἀλλότριον, καὶ τῷ ἡδομένῳ τὸ λυποῦν ὅτι παρῆν καὶ βαρῦνον. (3) Οὕτω δὴ καὶ τὴν ψυχὴν τῇ πρὸς τὰ θνητὰ πάθη καὶ μέρη καὶ ὄργανα κοινωνίᾳ τὸ παρὰ φύσιν καὶ ἀλλότριον οὐ πάνυ δοκεῖ πιέζειν ὑπὸ μακρᾶς συνηθείας· αἰσθάνεται δὲ ῥᾳστώνης καὶ κουφότητος μεθ' ἡδονῆς ἀφιεμένη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἐνεργειῶν·

ctuum nostrorum suavissimus est. Primum enim doloris sensum exstinguit propter voluptatem pergratam nobis et familiarem; deinde alias cupiditates superat, etsi vehementissimæ fuerint. (2) Etenim ingruente somno etiam ii qui maxime corporis voluptatibus dediti sunt, earum titillationes aversantur, et amantium complexus sopore dimittunt. Sed quid opus est talia recensere? quum et illam voluptatem quam disciplina, colloquium et philosophia pariunt, somnus occupans ab anima ceu flumine quodam leni et profundo subducta excludat. (3) Ceterum omnis forte voluptatis natura in liberatione a dolore consistit; hæc vero præ ceteris peculiari omnino modo. Quum enim nihil foris jucundum et movens animum superveniat, oblectamur tamen in somnis: nempe laboriosum quendam, durum et fatigantem somnus affectum nobis adimendo suavissimus est. Est autem affectus ille non alius quam qui corpori animam adstringit. Separatur enim a corpore inter dormiendum, recurrens et se colligens ad se ipsam, quum antea per corpus distenta et in sensus sparsa fuisset. (4) Ceterum non me latet aliquos contrarium asserere, quod somnus animam corpori magis immisceat, perperam statuentes. Convincuntur enim ex insensilitate, frigiditate, gravitate et pallore, quibus affectum corpus vel defectum animæ in morte, vel mutationem loci in somno testatur. (5) Et hoc est quod voluptatem excitat, requies, inquam, et otium animæ, tanquam onus deponentis, postea tollentis rursum et subeuntis. Moriens enim omnino effugere videtur corpus, sopita vero fugitiva fieri. (6) Quamobrem aliqui cum dolore moriuntur; omnes autem cum voluptate dormiunt. Illic enim vinculum omnino abrumpitur, hic vero remissius tantum, laxius et mollius fit, sensibus, velutí funibus, laxatis, ac remittentibus animæ intentionem in corpore.

IV. Quomodo igitur, Patrocles aiebat, non ægre afficimur, neque dolemus vigilantes? — Quin tu mihi dic, Timon inquit, quomodo caput tonsum levitatem et facilitatem percipit, comatum antem gravitatis sensum non vehementer exhibet? et qui vinculis soluti sunt gaudeant, vincti vero non doleant? et lumen illatum subito in convivium, clamorem applausumque præ gaudio excitet, prius autem obscuritas non molesta nec tristifica videbatur oculis? (2) Nempe istorum omnium unica causa reddi debet, quod res præter naturam paulatim consuetudine et familiaritate sua ita afficit sensum, ut patiens aliquid non admodum ægre ferat; ubi vero deinde priori affectu liberatus et naturæ restitutus fuerit, *maxime gaudeat et oblectetur*. Statim enim, re nobis commoda et propria fruentes, alienum et grave ac molestum adfuisse sentimus. (3) Sic etiam anima eo quod præter naturam et alienum est, per communionem ad mortales affectus et partes et sensus non admodum premi videtur propter longam consuetudinem: jucundam vero levitatem et quietem cum voluptate persentiscit, quum jam

ἐκείναις γὰρ ἐνοχλεῖται, καὶ περὶ ἐκείνας ἐκπονεῖται, καὶ ἀπ' ἐκείνων σχολῆς δεῖται καὶ ἀναπαύσεως· ἃ δὲ αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἐνεργεῖ κατὰ φύσιν, τὸ σκοπεῖν ἀεί τι καὶ λογίζεσθαι καὶ μνημονεύειν καὶ θεωρεῖν, πρὸς ταῦτα ἄτρυτός ἐστι καὶ ἀκόρεστος. (4) Καὶ γὰρ ὁ κόρος κόπος ἐν ἡδοναῖς ἔοικεν εἶναι, τῷ μετὰ σώματός τι τὴν ψυχὴν πάσχειν. Ἐπεὶ πρός γε τὰς αὐτῆς ἡδονὰς οὐκ ἀπαγορεύει, συμπεπλεγμένη δὲ, ὥσπερ εἴρηται, τῷ σώματι ταυτὰ τῷ Ὀδυσσεῖ πέπονθεν. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος τῷ ἐρινεῷ προσφὺς εἶχετο, καὶ περιέπτυσσεν οὐ ποθῶν οὐδὲ ἀγαπῶν ἐκεῖνον, ἀλλὰ δεδιὼς ὑποκειμένην τὴν Χάρυβδιν· οὕτως ἔοικεν ἡ ψυχὴ ἔχεσθαι καὶ περιπεπλέχθαι [τῷ σώματι] δι' εὔνοιαν οὐδεμίαν αὐτοῦ καὶ χάριν, ἀλλ' ὀρρωδοῦσα τοῦ θανάτου τὴν ἀδηλότητα.

(5) Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι,

κατὰ τὸν σοφὸν Ἡσίοδον, οὐ σαρκίνοις τισὶ δεσμοῖς πρὸς τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν κατατείναντες, ἀλλ' ἕνα δεσμὸν αὐτῇ καὶ μίαν φυλακὴν μηχανησάμενοι καὶ περιβαλόντες, τὴν ἀδηλότητα καὶ ἀπιστίαν τῶν μετὰ τὴν τελευτήν· ἐπεὶ τήν γε πεισθεῖσαν ὅσα ἀνθρώπους περιμένει τελευτήσαντας, καθ' Ἡράκλειτον, οὐδὲν ἂν κατάσχοι.

VII.

ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ.

ΕΚ ΤΩΝ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ.

I. Ὅτι οὐ τὸ ἐπιστητὸν αἴτιον τῆς ἐπιστήμης, ὡς Ἀρκεσίλαος· οὕτω γὰρ καὶ ἀνεπιστημοσύνη τῆς ἐπιστήμης αἰτία φανεῖται.

II. Ὅτι οὐχ ἡ ψυχὴ τρέπει ἑαυτὴν εἰς τὴν τῶν πραγμάτων κατάληψιν καὶ ἀπάτην κατὰ τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς. Πῶς γὰρ αἰτία ἑαυτῇ γνώσεως ἡ ψυχὴ, μήπω αὐτὰς ἔχουσα ἀρχήν;

III. Ὅτι μόνῳ τῷ Πλάτωνι ῥᾷστον ἀποδοῦναι τὸν λόγον, εἰς λήθην καὶ ἀνάμνησιν ἀναφέροντι τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἄγνοιαν.

IV. Ὅτι ἔνεισι μὲν αἱ ἐπιστῆμαι, κρύπτονται δὲ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπεισοδίων, ὁμοίως τῇ ὑπὸ Δημαράτου πεμφθείσῃ δέλτῳ.

V. Ὅτι καὶ τὸ ζητεῖν καὶ τὸ εὑρίσκειν δηλοῖ τὴν ἀνάμνησιν· οὔτε γὰρ ζητήσειεν ἄν τις οὗ ἐστιν ἀνεννόητος, οὔτε ἀνεύροι διά γε ζητήσεως· λέγεται γὰρ εὑρίσκειν καὶ ὁ κατὰ περίπτωσιν.

VI. Ὅτι ἀπόρου ὄντος εἰ οἷόν τε ζητεῖν καὶ εὑρίσκειν, ὡς ἐν Μένωνι προβέβληται· οὔτε γὰρ ἃ ἴσμεν, μάταιον γάρ· οὔτε ἃ μὴ ἴσμεν, κἂν γὰρ περιπέσωμεν αὐτοῖς, ἀγνοοῦμεν, ὡς τοῖς τυχοῦσι. Οἱ μὲν γὰρ Περιπατητικοὶ τὸν δυνάμει νοῦν ἐπενόησαν· ἡμεῖς δὲ ἠποροῦμεν ἀπὸ τοῦ ἐνεργείᾳ εἰδέναι καὶ μὴ εἰδέναι. Ἔστω γὰρ εἶναι τὸν δυνάμει νοῦν, ἀλλ' ἔτι ἀπορία ἡ

soluta est corporeis actionibus. Ab istis enim turbatur, circa eas laborat, egetque otio et quiete ab ipsis. Ea vero quæ per se agit secundum naturam, ut semper aliquid considerare, reputare, meminisse, et contemplari, nullam ipsi lassitudinem neque satietatem pariunt. (4) Etenim satietas, lassitudo circa voluptates, oborta esse videtur, quum anima simul cum corpore afficitur. Quippe propriis atque suis voluptatibus nunquam defatigatur anima; dum vero copulata est corpori, ut diximus, tale quid ei accidit, quale Ulyssi. Nam, ut ille ad caprificum hærebat, eumque amplectebatur, non desiderio ejus nec amore, sed metu subjacentis Charybdis: sic anima corpori inhærere videtur, idque amplecti non ob gratiam aut benevolentiam ejus, sed mortis incertitudinem pertimescens.

(5) Habent enim dii vitam mortalibus absconditam,

ut sapiens Hesiodus canit. Itaque non carneis quibusdam vinculis animam corpori adstrictam reddiderunt, sed unicum ei vinculum unamque custodiam moliti sunt, incertam dubiamque illorum, quæ post mortem secutura sunt, opinionem inferentes. Nam si anima liquido cognosceret quæ defunctos homines manerent, secundum Heraclitum, nulla vi retineretur in vita.

VII.

DE ANIMA.

EX SCRIPTIS CHÆRONENSIS EXCERPTA.

I. Id quod sciri potest non est causa scientiæ, ut voluit Arcesilaus. Ita enim etiam inscientia videatur esse causa scientiæ.

II. Anima non se ipsa mutat in rerum comprehensionem et errorem, ut volunt Stoici. Quomodo enim anima sibi ipsa sit causa cognitionis, quando cognitiones adhuc omnino nullas habet?

III. Soli Platoni facile est *harum quæstionum* rationes reddere; quippe qui cognitionem et ignorantiam ad reminiscentiam et oblivionem refert.

IV. Insunt quidem in anima *ab initio* scientiæ: sed absconduntur et latent sub reliquis scientiis adventitiis, similiter atque epistola illa Demarati.

V. Illud quærere et invenire etiam confirmat sententiam Platonis de reminiscentia. Neque enim quæsiverit aliquis id cujus omnino nullam habet notionem, neque quærendo invenerit. Dicitur vero etiam invenire is qui *non quærens* casu in aliquid incidit.

VI. Difficile omnino est statuere an aliquid quæri et inveniri possit, ut in *Platonis* Menone quæritur. Neque enim quærimus et invenimus ea quæ scimus: vanus quippe et inutilis iste sit labor: neque ea quæ non scimus; quippe quæ ignorabimus etiamsi in ea inciderimus, ut fortuita quæque. Peripatetici quidem excogitaverunt illum in facultate positum intellectum. Nos vero dubitationem ducebamus ab ea quæ in actione et facto posita est cognitione et ignorantia. Fac enim, esse illum nec inaniter fingi intellectum in facultate positum; eadem manet dubi-

αὐτή· πῶς γὰρ οὗτος νοεῖ; ἢ γὰρ ἃ οἶδεν ἢ ἃ οὐκ οἶδεν. Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Στοᾶς τὰς φυσικὰς ἐννοίας αἰτιῶνται· εἰ μὲν δὴ δυνάμει, τὸ αὐτὸ ἐροῦμεν· εἰ δὲ ἐνεργείᾳ, διὰ τί ζητοῦμεν ἃ ἴσμεν; εἰ δὲ ἀπὸ τούτων ἄλλα ἀγνοούμενα, πῶς ἅπερ οὐκ ἴσμεν; Οἱ δ' Ἐπικούρειοι τὰς προλήψεις· ἃς εἰ μὲν διηρθρωμένας φασὶ, περιττὴ ἡ ζήτησις· εἰ δὲ ἀδιαρθρώτους, πῶς ἄλλο τι παρὰ τὰς προλήψεις ἐπιζητοῦμεν, ὅ γε οὐδὲ προειλήφαμεν;

VII. Ὅτι καὶ ἡ ἀλήθεια τὸ ὄνομα δηλοῖ λήθης ἐκβολὴν εἶναι τὴν ἐπιστήμην, ὅ ἐστιν ἀνάμνησις· ὅτι καὶ οἱ μητέρα τῶν Μουσῶν τὴν Μνημοσύνην εἰπόντες, αὐτὸ τοῦτο ἐνδείκνυνται· αἱ μὲν γὰρ Μοῦσαι τὸ ζητεῖν παρέχονται, ἡ δὲ Μνημοσύνη τὸ εὑρίσκειν.

VIII. Ὅτι καὶ οἱ πολλοὶ τὸ ἀγνοεῖν ἐπιλελῆσθαι λέγοντες, τῷ αὐτῷ μαρτυροῦσι· λανθάνειν γὰρ ἡμᾶς φαμὲν ἅπερ ἀγνοοῦμεν, καὶ λαθραῖα πράγματα καλοῦμεν τὰ ἀγνοούμενα.

IX. Ὅτι καὶ πρὸ βιοτῆς ἀναμνήσεις ἱστοροῦνται, οἷα καὶ ἡ τοῦ Μύρωνος.

X. Ὅτι καὶ ὅσοι γαλῆν φοβοῦνται ἢ σαυρὸν ἢ χελώνην, οὓς εἰδέναι αὐτός· καὶ ὅτι Βερίου ἀδελφιδοῦς ἄρκτους θηρῶν καὶ λέοντας, ὅμως ἀλεκτρυόνα οὐδὲ ἰδεῖν ἠδύνατο· φαρμακοπώλην δέ τινα εἰδέναι, ὑπὸ μὲν δρακόντων καὶ ἀσπίδων μηδὲν πάσχειν, μύωπα δὲ φεύγειν μέχρι βοῆς καὶ ἐκστάσεως. Θεμίσων δὲ ὁ ἰατρὸς τὰ μὲν ἄλλα πάθη πάντα μετεχειρίζετο, τὸν δὲ ὑδροφόβαν εἴ τις ὠνόμασε μόνον, ἐταράττετο καὶ ὅμοια ἔπασχε τοῖς ὑπ' αὐτοῦ κατεχομένοις· ὧν αἰτίαν εἶναι τὴν ἀνάμνησιν τῆς προπαθείας.

XI. Ὅτι αἱ τῶν προπαθειῶν σφοδρότεραι τυποῦσι τὰς μνήμας εἰς δύο γενέσεις· οἷον τὸ Πολεμάρχου, καὶ τῶν ἐν Κορίνθῳ ὑπὸ τῷ μεγάλῳ σεισμῷ, καὶ τὸ ἐν Ἀμόργῳ τοῦ Δημητρίου ἐγγεγραμμένον τῷ τάφῳ.

XII. Ὅτι ὅμοια πάσχουσι καὶ οἱ ποταμοὺς μᾶλλον ἢ θάλατταν δεδοικότες, καὶ οἱ πρὸς τὰ ὕψη ταραττόμενοι.

XIII. Ὅτι τὰ νεογενῆ παιδία ἀμειδῆ ἐστι καὶ ἄγριον βλέπει μέχρι τριῶν σχεδὸν ἑβδομάδων, ὑπνώττοντα τὸν πλείω χρόνον· ἀλλ' ὅμως ποτὲ καθ' ὕπνους καὶ πολλάκις γελᾷ καὶ διαχεῖται. Τίνα οὖν τρόπον ἄλλον τοῦτο συμβαίνει, ἢ τῆς ψυχῆς τότε ἀπὸ τῆς δίνης τοῦ ζῴου ἀναφερούσης, καὶ κατὰ τὰς ἑαυτῆς προπαθείας κινουμένης;

XIV. Ὅτι καὶ αἱ πρὸς τάδε ἢ τάδε εὐφυΐαι τοῦτον ἀποβαίνουσι τὸν τρόπον.

XV. Ὅτι τὸ μὲν λέγειν οὕτω πεφυκέναι, παχύ τε καὶ ἰδιωτικὸν καὶ ἀρκοῦν πρὸς πᾶσαν ἀπόκρισιν. Ἀλλὰ οἷον τὸ πεφυκέναι ζητητέον ὅμως· ἄλλο γὰρ ἄλλου, ὡς τῆς λογικῆς ψυχῆς τὸ ἀπὸ τῶν προεγνωσμένων τὰ παρόντα ἀναγνωρίζειν.

XVI. Ὅτι ἴσωθεν ἐκφέρομεν τὰς τῶν ζητημάτων ἐπιστήμας, δηλοῖ τὸ πρὸς τὴν εὕρεσιν συντεινομένους εἴσω βλέπειν.

tatio: quomodo enim iste intellectus cogitat? quippe cogitabit vel ea quæ scit, vel ea quæ non scit. At Stoici notitias naturales inducunt, ab iisque hujus quæstionis solutionem repetunt. Quæ si item in facultate sunt positæ, idem dicemus, quod adversus Peripateticos: sin in actione et facto; quare quærimus ea quæ novimus? Si vero ex illis notitiis alia ignota quærimus; quomodo quæramus ea quæ non novimus? Epicurei anticipationes afferunt. Quas si perfectas suisque partibus accurate et articulatim conformatas dicunt, supervacaneum est eas quærere: sin contra, rudes et incboatas; quomodo præter anticipationes aliud quidquam, quod neque anticipavimus, quærimus?

VII. Nomen ἀλήθεια, *veritas*, prodit scientiam esse expulsionem λήθης, *oblivionis*, quæ eadem est reminiscentia. Et qui matrem Musarum fecerunt Mnemosynen, idem significant; nam Musæ sunt quærendi effectrices, Mnemosyne inveniendi.

VIII. Accedit etiam testis consuetudo vulgi, qui *ignorare*, ἀγνοεῖν, vocat, *oblitum esse*, ἐπιλελῆσθαι. Dicimus enim nos *latere* ea quæ ignoramus: et *latentes* res appellamus ignoratas.

IX. Reminiscentiæ quædam in historiis feruntur rerum ante hanc vitam cognitarum: cujusmodi fuit etiam Myronis reminiscentia.

X. Item qui vel felem, vel lacertam, vel testudinem timent: quos se ipse nosse fatetur Plutarchus. Berii ex fratre nepos ursos et leones venari solitus, gallum tamen gallinaceum ne aspicere quidem poterat. Pharmacopolam item sibi notum memorat non affici a draconibus et aspidibus, muscas tamen myopes dictas ad clamorem et consternationem usque fugere. Themiso medicus, qui alios omnes tractabat morbos, si quis nominaret tantummodo hydrophobiam, perturbabatur atque eodem afficiebatur modo quo ii solent qui illo ipso morbo laborant. Atque horum affectuum causam esse, ait, reminiscentiam eorundem affectuum in priori vita animis illatorum, quasi præpassionem.

XI. Vehementiores præpassiones imprimunt memoriæ quandam formam ad duas generationes spectantem: cujusmodi fuit illud Polemarchi negotium; eorumque qui in magno illo terræ motu fuerunt Corinthi; item inscriptum sepulchro Demetrii in Amorgo.

XII. Similis quoque est affectus eorum qui fluvios magis quam mare timent, et qui ad altitudines conturbantur.

XIII. Infantes recens nati nec rident, et ferum habent vultum atque obtutum, usque ad trium fere hebdomadum tempus, dormientes majore temporis spatio: attamen interdum per somnum rident et vultu diffunduntur. Quomodo autem id fieri possit, nisi quod anima tunc *recens demissa in animale corpus*, ex fundo et vortice animalis emergit, ac per suas prioris vitæ notiones atque anticipationes movetur?

XIV. Eodem modo exsistunt naturales ad quædam studia artificiaque facilitates.

XV. Ita simpliciter dicere has nobis facilitates innatas natura esse, crassum sane quoddam est et rude, et ad quamlibet responsionem æque accommodari potest. Sed tamen quærendum, quale illud sit quod dicimus a natura aliquem ad aliquid factum esse. Nimirum, ut alia res aliam habet facultatem, ita rationalis anima eam habet facultatem, qua ex antea cognitis præsentia recognoscat.

XVI. Nos quæstionum scientias intrinsecus efferre, hinc etiam apparet, quod intendentes nos ad inventionem, introrsum tuemur et oculos quasi in nos ipsos convertimus.

XVII. Ὅτι καὶ ἡ εὐφροσύνη [ἡ] ἐπὶ τοῖς εὑρήμασι δηλοῖ τὸν ἀναγνωρισμὸν τῆς ὅτι μάλιστα οἰκείας ἡμῖν ἀληθείας ἐν τῷ μέσῳ χρόνῳ οἷον ἀπολομένης.

XVIII. Ὅτι Βίων ἠπόρει περὶ τοῦ ψεύδους, εἰ καὶ αὐτὸ κατ' ἀνάμνησιν, ὡς τὸ ἐναντίον γε, ἢ οὔ· καὶ τί ἡ ἀλογία. Ἢ ῥητέον ὡς καὶ τοῦτο γίνεται κατὰ τὸ εἴδωλον τοῦ ἀληθοῦς· τὸ δὲ εἴδωλον εἶναι τοῦτο, ὅπερ ἀληθὲς οὐκ ἄν τις νομίσειεν, εἰ μή πῃ εἰδείη τὸ ἀληθές.

XIX. Ὅτι Στράτων ἠπόρει, εἰ ἔστιν ἀνάμνησις, πῶς ἄνευ ἀποδείξεων οὐ γιγνόμεθα ἐπιστήμονες· πῶς δὲ οὐδεὶς αὐλητὴς ἢ κιθαριστὴς γέγονεν ἄνευ μελέτης. Ἢ μάλιστα μὲν γεγόνασί τινες αὐτοδίδακτοι· Ἡράκλειτος, ὁ Αἰγύπτιος γεωργὸς, Φήμιος ὁ Ὁμήρου, Ἀγάθαρχος ὁ γραφεύς· εἶτα καὶ αἱ ψυχαὶ πολλῷ τῷ κάρῳ κατεχόμεναι τῆς γενέσεως, πολλῆς πρὸς ἀνάμνησιν δέονται τῆς μοχλείας· διὸ καὶ τῶν αἰσθητῶν χρήζουσιν.

XX. Ὅτι, ὡς ἡ φαντασία ἀφ' ἑνός τινος ὀνόματος ὅλου ἀναμιμνήσκεται βίου, οἷον τοῦ Ἀλκιβιάδου· οὕτω καὶ ἡ λογικὴ μνήμη ἀπὸ τῆς τυχούσης ἀφορμῆς προσεξευρίσκει πλείονα.

XXI. Ὅτι ἔοικεν ἡ πρὸς τὸ σῶμα σύνδεσις ἐπιληψίᾳ· καὶ γὰρ ἐν ἐκείνῃ ὀψέ ποτε ἀναφέρουσιν αἱ ψυχαὶ [ἐς] τὰ καθεστῶτα.

XXII. Ὅτι εἰ μὲν ἀεὶ πρὸς τὰ πρόσθεν διὰ ἀνάμνησιν αἱ μαθήσεις, ἐπ' ἄπειρόν εἰσιν αἱ ψυχαὶ ἐπὶ τὰ πρόσω, λείπει δὲ καὶ τὸ ἐπὶ θάτερον μέρος· διόπερ οὔπω ἀθάνατοι. Εἰ δὲ ἀπὸ χρόνου γενομένη μετὰ τῆς ἐπιστήμης γέγονε, πῶς ἀποβάλλει αὐτὴν εὐθέως κατ' οὐσίαν; (Οὕτω γὰρ κάλλιον ἐπιλύσασθαι, ἤπερ ὡς ὁ ἐξηγητής· εἰς γὰρ ποικιλίαν ἐξηνέχθη πολλήν.)

XXIII. Ὅτι σαφῶς ὁ Κέβης οὐ τοῦ αὐτοῦ συμπεράσματος ἐπάγει ἄλλην ἐπιχείρησιν, ἀλλὰ τὸ ἀντίστροφον ἐννοεῖ τε καὶ τὸν Σωκράτην ὑπομιμνήσκει, δεδεῖχθῆναι δυνάμενον τῷ πρὸ τοῦ σώματος εἶναι τὴν ψυχήν· καὶ ταύτῃ οὖν λέγει τὴν ψυχὴν ἀθάνατόν τι εἶναι, εἰ προϋπάρχει χωριστή.

XXIV. Ὅτι τῶν ἄλλων οἰομένων τὴν ψυχὴν καὶ συγγίγνεσθαι τῷ σώματι καὶ συμφθείρεσθαι, τοῦτο μὲν ἀνασκευάζει ὁ πρῶτος λόγος, ἐκεῖνο δὲ ὁ δεύτερος.

XXV. Ὅτι ἡ μαιευτικὴ ἐρώτησις, πρόκλησις οὖσα τῆς κυουμένης ἐπιστήμης, ἀναγκαίως δείκνυσιν αὐτὴν προϋπάρχουσαν· ὡς ἔργῳ δείκνυσι καὶ ὁ Σωκράτης ἐν τῷ Μένωνι.

XXVI. Ὅτι ἔστι τὰ εἴδη, παρενδείκνυταί πως ὑποτιθέμενος αὐτὰ [τῇ] συναποδείξει. Εἰ γὰρ πολλὰ τὰ ἴσα, ἀφ' ἑνὸς ἂν εἴη τοῖς πολλοῖς τὸ αὐτό· καὶ δῆλον ὅτι ἓν τοῦτο ἐν οὐδενὶ τῶν καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς τὰ πολλὰ ἴσα· πρὸ αὐτῶν ἄρα, εἴπερ ταῦτα ἀπ' αὐτοῦ· διὸ καὶ ἕτερα αὐτοῦ εἴρηται. Εἶτα δευτέραν ἐνδείκνυται ἀπόδειξιν, τὰ ἐν ὕλῃ ἴσα παραχραινόμενα λέγων τῇ οἰκείᾳ στερήσει, τὰ δὲ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ ἀκραιφνῆ· πάντως δὲ ὅτι τὰ τέλεια τῶν μὴ τελείων πρεσβύτερα.

XXVII. Ὅτι ποτὲ μὲν ἴσον, ποτὲ δὲ αὐτὰ ἴσα

XVII. Lætitia etiam orta ex inventione significat agnitionem veritatis nobis maxime cognatæ et veluti domesticæ, sed in medio illo tempore quasi perditæ.

XVIII. Bion quærebat de errore, an et ipse exsisteret per reminiscentiam, ut ejus contrarium, vera cognitio; necne; et quid esset aberratio a ratione. An dicendum, etiam hæc exsistere per simulacrum veri: simulacri autem eam esse naturam, ut id nemo pro vero accipiat, nisi quodammodo noscat verum.

XIX. Straton quærebat, quomodo, si sit reminiscentia, non sine demonstrationibus scientiam adipiscamur; quomodo item nemo aut tibicen aut fidicen exsistat sine exercitatione. An omnino quidam exstitere per se ipsi docti, qui αὐτοδίδακτοι dicuntur: veluti Heraclitus; Ægyptius agricola; Phemius ille apud Homerum; Agatharchus pictor. Porro etiam animæ multo generationis veterno oppressæ, multa ad reminiscentiam opus habent quasi vectium molitione; igitur rebus indigent sensibilibus.

XX. Imaginatio ut ex uno nomine totam reminiscitur vitam, veluti Alcibiadis: ita etiam rationalis memoria ex levi initio et occasione plura adinvenit.

XXI. Animæ ad corpus adstructio cum eoque conjunctio similis est morbo comitiali: nam et in hoc morbo, sero tandem animæ ad sanitatem et statum emergunt.

XXII. Disciplinæ si semper progrediuntur per reminiscentiam, sequitur ut animæ in infinitum procedant in anteriorem partem, desit autem huic infinitati altera pars *quæ est retro et ab initio;* atque idcirco animæ nondum sint immortales. Sin vero anima tempore quodam esse incepit ac simul nata est cum scientia, quomodo eam statim amittit re ipsa et essentia? *Ita enim potius hanc quæstionem solvere decet quam ut Interpres fecit, qui in magnam varietatem digressus est.*

XXIII. Cebes manifesto ejusdem conclusionis non aliam demonstrationem inducit, sed reciprocationem animadvertit, ac Socratem monet, ostendi posse eo quod anima ante corpus exstet: atque hac ratione dicit animam esse immortale quoddam, siquidem et ante corpus ab eo seorsum sit.

XXIV. Quum alii putent, animam simul nasci et interire cum corpore; hoc prior confutat ratio, illud altera.

XXV. Obstetricia interrogatio, quum sit provocatio scientiæ quam anima parturit, necessario ostendit animam ante corpus fuisse: ut re ipsa Socrates etiam ostendit in Menone.

XXVI. Ideas esse, obiter quodammodo ostendit, supponens et pro concessis eas sumens per communem demonstrationem. Si enim multa sunt æqualia, ex uno quodam idem attributum in compluribus æqualibus insit; apparet autem hoc unum non inesse totum in ullo singularium, e quorum numero sunt multa illa æqualia. Ergo unum illud æquale, prius fuit quam hæc multa; siquidem hæc ab illo exsistunt; atque ideo ab eo diversa dicebantur. Deinde aliam ostendit demonstrationem, ubi dicit, æqualia quæ in materia versentur per suam ipsa privationem atteri et contaminari; at æqualia quæ sola per se, extra materiam, sint, pura sinceraque esse: prorsus vero, quia perfecta imperfectis sunt antiquiora.

XXVII. Modo *æquale*, modo *ipsa æqualia* dicit: sive

λέγει· ἢ εἰς τοὺς πολλοὺς ἀποβλέπων νόας, ὧν ἐν ἑκάστῳ τὸ αὐτὸ ἴσον· ἢ τὸ μὲν ἓν τῷ νῷ ἀποδοτέον, τὸ δὲ πεπληθυσμένον τῇ ψυχῇ· ἐν ταύτῃ γὰρ καὶ τὸ ἓν πολλὰ διὰ τὴν ἐν αὐτῇ πρὸς ἑαυτὴν ὑπόδασιν.

XXVIII. Ὅτι κατ' οὐσίαν εἰκὼν οὖσα συμπάσχει τῷ οἰκείῳ παραδείγματι, καὶ ὀρέγεται αὐτοῦ ὡς αἰτίου· ὅπου γε καὶ αἱ τεχνηταὶ εἰκόνες κατὰ τὴν ἄψυχον ἀφομοίωσιν ὅμως ἐλλάμπονται ὑπὸ θεῶν.

XXIX. Πῶς οὐ δυνατὸν ἐννοῆσαι (μὴ) διὰ τῶν αἰσθητῶν τὰ νοητὰ (ἢ) τάς γε πλείστας τῶν ψυχῶν;

XXX. Ὅτι ἡ μὲν ὀρέγεται (ἀπ') αὐτῶν, ἡ δὲ ἐνδεῖ, ἐκτὸς αὐτῶν.

XXXI. Ὅτι τὸ ὅ ἐστι, δηλοῖ μὲν καὶ τὸ ὄντως ὄν, δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἀπηλλαγμένον τῶν ἐν τῇ γενέσει περιφυομένων. Εἰ τὰ ἐπιστητὰ πρὸ τῶν αἰσθητῶν, ἀνάγκη καὶ τὰς ἐπιστήμας πρὸ τῶν αἰσθήσεων· ὥστε καὶ τοὺς ἐπισταμένους πρὸ τῶν αἰσθανομένων· ὥστε καὶ ἕκαστος ἐπιστάμενος πρὸ αἰσθανομένου αὐτὸς ἑαυτοῦ· εὐθὺς δὲ γεννηθέντες αἰσθανόμεθα· πρὸ τοῦ γενηθῆναι ἄρα ἐπιστάμεθα. Διό φησιν ἐξ ὑποθέσεως εἶναι ταῦτα.

XXXII. Ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει ἡ σφοδροτάτη μεταβολή ἐστιν· αὕτη δὲ ἐκπλήσσει τὴν μνήμην, καὶ ταράττουσα λήθην ἐμποιεῖ· τότε ἄρα οὐκ ἂν ἐλάβομεν ἐπιστήμην· πρότερον ἄρα τοῦ σώματος· ἤτοι δὲ προσεχῶς, ὡς ἐπὶ τῶν νεοτελῶν (ἢ) τῶν ἐκ φιλοσοφίας, ἢ καὶ ἐκ προγενεστέρων ἔτι βίων.

XXXIII. Ὅτι ὡς πρὸς τὸν δεύτερον λόγον ἀποδὼν ὁ Σιμμίας οὐκ ἀποδεικνύναι φησὶν αὐτὸν, τὸ (δὲ) ἐπιδιαμένειν ἐν ᾅδου· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνον, τὸ πρὸ τῆς γενέσεως. Διόπερ ὁ Σωκράτης ἐκ τῶν δύο λόγων συνάγει τὴν μίαν ὅλην ἀπόδειξιν.

XXXIV. Ὅτι ὁ παῖς ἐν μὲν τῷ λόγῳ παρὰ φύσιν ἀπαίδευτος· ἐν δὲ τῷ ἀλόγῳ κατὰ φύσιν τὴν ἑαυτοῦ· ἐν δὲ τῷ σώματι καθ' ἡλικίαν.

Ἐκ τῶν τοῦ Χαιρωνέως Πλουτάρχου.

I. Εἰ ἀφ' ἑτέρου ἕτερον ἐννοοῦμεν; οὐκ ἂν εἰ μὴ προέγνωστο. Τὸ ἐπιχείρημα Πλατωνικόν.

II. Εἰ προστίθεμεν τὸ ἐλλεῖπον τοῖς αἰσθητοῖς. Καὶ αὐτὸ Πλατωνικόν.

III. Εἰ παῖδες εὐμαθέστεροι, ὡς ἐγγίους τῆς προβιοτῆς, ἐν ᾗ ἡ μνήμη ἐσώζετο. Ἐπιπόλαιος ὁ λόγος.

IV. Εἰ ἄλλοι πρὸς ἄλλο μάθημα ἐπιτηδειότεροι.

V. Εἰ πολλοὶ αὐτοδίδακτοι ὅλων τεχνῶν.

VI. Εἰ πολλὰ παιδία ὑπνώττοντα γελᾷ, ὕπαρ δὲ οὔπω· πολλὰ δὲ καὶ ὕπαρ ἐφθέγξατο, ἄλλως οὔπω φθεγγόμενα.

VII. Εἰ ἔνιοι καὶ ἀνδρεῖοι ὄντες ὅμως φοβοῦνται φαῦλα ἄττα, οἷον γαλῆν ἢ ἀλεκτρυόνα, ἀπ' οὐδεμιᾶς φανερᾶς αἰτίας.

VIII. Εἰ μή ἐστιν ἄλλως εὑρίσκειν· οὔτε γὰρ ἃ ἴσμεν ζητήσειεν ἄν τις· οὔτε ἃ μηδαμῶς ἴσμεν πρότερον, ἀλλ' οὐδ' ἂν εὕροιμεν ἃ μὴ ἴσμεν.

ad multas ac plerasque *mentes* respiciens, quarum in unaquaque est *ipsum æquale :* sive quod singularis numerus *menti* tribuendus est, pluralis autem *animæ ;* nam in anima unum fit multa, propter ipsius ad se ipsam (suasque partes) descensionem.

XXVIII. Anima quum per suam essentiam sit imago (*Dei*), ita afficitur ut ipsius exemplar, idque appetit ut causam; quandoquidem etiam arte factæ imagines secundum inanimatam assimilationem, tamen a diis illustrantur.

XXIX. Quomodo fieri nequit ut ex sensibilibus intelligant intelligibilia certe plurimas animarum ?

XXX. Anima alia illa appetit : alia iis caret, extra constituta.

XXXI. *Id quod est,* significat et *revera ens,* et *id quod liberatum est iis rebus quæ ipsi per generationem accreverunt.* Si ea quæ sciri possunt, ante sensibilia iisque priora sunt; necesse est ut etiam scientiæ fuerint ante sensus; ita ut etiam scientes sint priores quam sentientes, et unusquisque ipse prius fuerit sciens quam sentiens. Sed sentimus simul ac nati sumus; ergo sciebamus anteaquam nasceremur. Quare dixit hoc esse ex suppositione.

XXXII. In prima generatione mutatio fit vehementissima : hæc excutit memoriam, eamque turbans animæ infert oblivionem. Illo igitur tempore scientiam accipere non potuimus. Ergo eam accepimus anteaquam nasceremur in corpore : idque vel proxime, ut fit in iis qui recens philosophia initiantur; vel ex prioribus etiam retinuimus eam vitis.

XXXIII. Quod Simmias dixit Socratem non demonstrasse, significavit alteram rationem, cujus hæc erat sententia : *Animas superesse apud inferos :* neque enim priorem significavit rationem, cujus erat argumentum, *Animas ante nativitatem fuisse.* Itaque Socrates ex duabus illis rationibus colligit unam ac totam demonstrationem.

XXXIV. Puer est indoctus et rudis, in ratione, præter suam ipse naturam : in genere irrationali, secundum suam naturam : in corpore, secundum ætatem.

EX SCRIPTIS CHÆRONENSIS PLUTARCHI.

I. An ex alio aliud cognoscamus? Non utique nisi id nobis antea cognitum sit. *Demonstratio est Platonica.*

II. An sensibilibus id quod iis deest, adjungamus? *Et hæc Platonica est.*

III. An pueri facilius discant, ut propiores priori vitæ, cujus memoria superest? *Levis ratio.*

IV. An alii aliis ad percipiendas disciplinas plus a natura habeant facilitatis?

V. An multi sine magistri institutione totas artes didicerint?

VI. An multi infantes dormitantes rideant, non item vigilantes : multi etiam vigilantes vocem ediderint, qui alias nondum vocem edidissent.

VII. An quidam quamvis animo fortes, tamen timeant vilia quædam animalia, veluti felem aut gallum gallinaceum : nulla quidem cognita de causa ?

VIII. An aliter invenire nil possit? Neque enim quærimus ea quæ scimus : neque ea quæ antea omnino non novimus : neque adeo invenire possumus quæ non scimus.

IX. Εἰ ἡ ἀλήθεια κατὰ ἀφαίρεσιν τῆς λήθης ἔντευξις τοῦ ὄντος ἐστί. Λογικὴ ἡ ἐπιχείρησις.

X. Εἰ ἡ μήτηρ τῶν Μουσῶν Μνημοσύνη, ὡς ἡ ἀδιάρθρωτος μνήμη τῶν ζητήσεων αἰτία.

XI. Εἰ ἅπερ ἀδύνατον γινώσκειν, μηδὲ ζητοῦμεν. Ἀλλὰ τὸ ἐπιχείρημα πάλιν ἀπὸ τῆς εὑρέσεως.

XII. Εἰ τοῦ ὄντος ἡ εὕρεσις πάντως, ὅτι καὶ θεωρημάτων· ποῦ οὖν ὄντων; ἢ ὅῆλον ὅτι ἐν ψυχῇ.

IX. An veritas, privatione oblivionis, sit adeptio entis? *Logica demonstratio.*

X. An mater Musarum sit Mnemosyne? prouti rudis et inchoata memoria, causa est quærendi.

XI. An ea quæ cognosci nequeunt, ne quæramus quidem? *Hæc alia est demonstratio, item ab inveniendo ducta.*

XII. An inventio sit ejus quod est? immo est etiam præceptorum: quæ ubinam sint? nimirum in anima.

VIII.

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΩΜΑΤΕΩΝ.

I. Θάλητα πρῶτον πάντων φασὶν ἀρχὴν τῶν ὅλων ὑποστήσασθαι τὸ ὕδωρ· ἐξ αὐτοῦ γὰρ εἶναι τὰ πάντα καὶ εἰς αὐτὸ χωρεῖν.

II. Μεθ' ὃν Ἀναξίμανδρον, Θάλητος ἑταῖρον γενόμενον, τὸ ἄπειρον φάναι τὴν πᾶσαν αἰτίαν ἔχειν τῆς τοῦ παντὸς γενέσεώς τε καὶ φθορᾶς· ἐξ οὗ δή φησι τούς τε οὐρανοὺς ἀποκεκρίσθαι, καὶ καθόλου τοὺς ἅπαντας ἀπείρους ὄντας κόσμους. Ἀπεφήνατο δὲ τὴν φθορὰν γίνεσθαι, καὶ πολὺ πρότερον τὴν γένεσιν, ἐξ ἀπείρου αἰῶνος ἀνακυκλουμένων πάντων αὐτῶν. (2) Ὑπάρχειν δέ φησι τῷ μὲν σχήματι τὴν γῆν κυλινδροειδῆ, ἔχειν δὲ τοσοῦτον βάθος ὅσον ἂν εἴη τρίτον πρὸς τὸ πλάτος. Φησὶ δὲ τὸ ἐκ τοῦ ἀϊδίου γόνιμον θερμοῦ τε καὶ ψυχροῦ κατὰ τὴν γένεσιν τοῦδε τοῦ κόσμου ἀποκριθῆναι, καί τινα ἐκ τούτου φλογὸς σφαῖραν περιφυῆναι τῷ περὶ τὴν γῆν ἀέρι, ὡς τῷ δένδρῳ φλοιόν, ἧστινος ἀπορραγείσης καὶ εἰς τινας ἀποκλεισθείσης κύκλους, ὑποστῆναι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας. (3) Ἔτι φησὶν ὅτι κατ' ἀρχὰς ἐξ ἀλλοειδῶν ζώων ὁ ἄνθρωπος ἐγεννήθη, ἐκ τοῦ τὰ μὲν ἄλλα ζῷα δι' ἑαυτῶν ταχὺ νέμεσθαι, μόνον δὲ τὸν ἄνθρωπον πολυχρονίου δεῖσθαι τιθηνήσεως· διὸ καὶ κατ' ἀρχὰς οὐκ ἂν ποτε τοιοῦτον ὄντα διασωθῆναι. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ἀναξίμανδρος.

III. Ἀναξιμένην δέ φασι τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν τὸν ἀέρα εἰπεῖν, καὶ τοῦτον εἶναι τῷ μὲν γένει ἄπειρον, ταῖς δὲ περὶ αὐτὸν ποιότησιν ὡρισμένον· γεννᾶσθαί τε πάντα κατά τινα πύκνωσιν τούτου καὶ πάλιν ἀραίωσιν. (2) Τήν γε μὴν κίνησιν ἐξ αἰῶνος ὑπάρχειν· πιλουμένου δὲ τοῦ ἀέρος, πρώτην γεγενῆσθαι λέγειν τὴν γῆν, πλατεῖαν μάλα· διὸ καὶ κατὰ λόγον αὐτὴν ἐποχεῖσθαι τῷ ἀέρι· καὶ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἔχειν ἐκ γῆς. (3) Ἀποφαίνεται γοῦν τὸν ἥλιον γῆν, διὰ δὲ τὴν ὀξεῖαν κίνησιν καὶ μάλ' εἰκότως θερμοτάτην, καῦσιν λαβεῖν.

IV. Ξενοφάνης δὲ ὁ Κολοφώνιος, ἰδίαν τινὰ ὁδὸν πεπορευμένος καὶ παρηλλαχυῖαν πάντας τοὺς προειρημένους, οὔτε γένεσιν οὔτε φθορὰν ἀπολείπει, ἀλλ' εἶναι λέγει τὸ πᾶν ἀεὶ ὅμοιον· εἰ γὰρ γίγνοιτο τοῦτο, φησίν, ἀναγκαῖον πρὸ τούτου μὴ εἶναι· τὸ μὴ ὂν δὲ οὐκ ἂν γένοιτο, οὐδ' ἂν τὸ μὴ ὂν ποιήσαι τι, οὔτε ὑπὸ τοῦ μὴ

VIII.

EX STROMATEORUM OPERE.

I. [*Ex Euseb. Præp. ev.* I, 8, *p.* 22.] Thaletem ferunt primum fuisse qui statueret, rerum principium esse aquam, quod ex ea et prodiissent omnia, et in eandem omnia redirent.

II. Hunc secutus Anaximander ejus familiaris dixit, Infinitum continere omnem causam universi ejusque ortus et interitus: ex quo nimirum et cœlestes orbes et omnino mundos omnes, eosque infinitos, secretos exstitisse: interitum fieri, et multo ante hunc generationem, quum omnes mundi ab infinito ævo revolverentur. (2) Terram figura cylindri esse, altitudine ea quæ habeat latitudinis tertiam partem. Vim ac naturam ab omni ævo calidi frigidique genitricem, sub hujus mundi ortum secretam fuisse, ex qua quendam flammæ globum circumfusum esse aeri nostram terram ambienti, tanquam arbori corticem: rupto flammæ globo et in circulos quosdam incluso, exstitisse solem, lunam et stellas. (3) Hominem ab initio ex diversi generis animalibus procreatum; nam cetera animantia mox per se ipsa pastum petere, hominem vero longi temporis nutricis cura et opera opus habere: quare, si ab initio ita, ut nunc, natus esset, nullo modo eum servari potuisse. Hæc Anaximander.

III. Anaximenem produnt statuisse, aerem omnium esse rerum principium, eumque genere infinitum, qualitatibus definitum esse: ex hoc omnia gigni quadam condensatione ac rursus rarefactione: (2) motum ab omni ævo semper fuisse: coacto in se aere, primum natam esse terram, eamque valde latam; igitur non sine ratione in aere eam vehi: solem, lunam et reliqua astra principium ortus sui ex terra habere: (3) solem terrenæ esse materiæ, sed per incitatum motum ob eamque causam fervidissimum, flammam concepisse.

IV. Xenophanes vero Colophonius singularem quandam ac diversam a prioribus omnibus ingressus viam, nec ortum, nec interitum relinquit; sui enim semper simile esse universum: quippe, si quid fieret, necesse fore ut ante non fuerit: at id quod non est, nec fieri posse nec aliquid

ὄντος γένοιτ' ἄν τι. (2) Ἀποφαίνεται δὲ καὶ τὰς αἰσθήσεις ψευδεῖς, καὶ καθόλου σὺν αὐταῖς καὶ αὐτὸν τὸν λόγον διαβάλλει. Ἀποφαίνεται δὲ καὶ τῷ χρόνῳ καταφερομένην συνεχῶς καὶ κατ' ὀλίγον τὴν γῆν εἰς τὴν θάλασσαν χωρεῖν. Φησὶ δὲ καὶ τὸν ἥλιον ἐκ μικρῶν καὶ πλειόνων πυριδίων ἐθροίζεσθαι. (3) Ἀποφαίνεται δὲ καὶ περὶ θεῶν, ὡς οὐδεμιᾶς ἡγεμονίας ἐν αὐτοῖς οὔσης· οὐ γὰρ ὅσιον δεσπόζεσθαί τινα τῶν θεῶν· ἐπιδεῖσθαί τε μηδενὸς αὐτῶν μηδένα μηδ' ὅλως, ἀκούειν δὲ καὶ ὁρᾶν καθόλου, καὶ μὴ κατὰ μέρος. (4) Ἀποφαίνεται δὲ καὶ τὴν γῆν ἄπειρον εἶναι, καὶ κατὰ πᾶν μέρος μὴ περιέχεσθαι ὑπ' ἀέρος· γίνεσθαι δὲ ἅπαντα ἐκ γῆς. Τὸν δὲ ἥλιόν φησι καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα ἐκ τῶν νεφῶν γίνεσθαι.

V. Παρμενίδης δ' ὁ Ἐλεάτης, ἑταῖρος Ξενοφάνους, ἅμα μὲν καὶ τῶν τούτου δοξῶν ἀντεποιήσατο, ἅμα δὲ καὶ τὴν ἐναντίαν ἐνεχείρησε στάσιν· ἀΐδιον μὲν γὰρ τὸ πᾶν καὶ ἀκίνητον ἀποφαίνεται (καὶ) κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν· εἶναι γὰρ αὐτὸ

Μοῦνον, μουνογενές τε καὶ ἀτρεμὲς, ἠδ' ἀγένητον·

γένεσιν δὲ τῶν καθ' ὑπόληψιν ψευδῆ δοκούντων εἶναι· (2) καὶ τὰς αἰσθήσεις ἐκβάλλει ἐκ τῆς ἀληθείας· φησὶ δὲ ὅτι, εἴ τι παρὰ τὸ ὂν ὑπάρχει, τοῦτο οὐκ ἔστιν ὄν, τὸ δὲ μὴ ὂν ἐν τοῖς ὅλοις οὐκ ἔστιν. Οὕτως οὖν τὸ ὂν ἀγένητον ἀπολείπει. Λέγει δὲ τὴν γῆν τοῦ πυκνοῦ καταρρυέντος ἀέρος γεγονέναι.

VI. Ζήνων δ' ὁ Ἐλεάτης ἴδιον μὲν οὐδὲν ἐξέθετο, διηπόρησε δὲ περὶ τούτων ἐπὶ πλεῖον.

VII. Δημόκριτος δ' ὁ Ἀβδηρίτης ὑπεστήσατο τὸ πᾶν ἄπειρον, διὰ τὸ μηδαμῶς ὑπό τινος αὐτὸ δεδημιουργῆσθαι· ἔτι δὲ καὶ ἀμετάβλητον αὐτὸ λέγει· καὶ καθόλου, οἷον πᾶν ἐστι, ῥητῶς ἐκτίθεται, μηδεμίαν ἀρχὴν ἔχειν τὰς αἰτίας τῶν νῦν γιγνομένων, ἄνωθεν δὲ ὅλως ἐξ ἀπείρου χρόνου προκατέχεσθαι τῇ ἀνάγκῃ πάνθ' ἁπλῶς τὰ γεγονότα καὶ ἐόντα καὶ ἐσόμενα. (2) Ἡλίου δὲ καὶ σελήνης γένεσίν φησι· κατ' ἰδίαν φέρεσθαι ταῦτα μηδέπω τὸ παράπαν ἔχοντα θερμὴν φύσιν, μηδὲ μὴν καθόλου λαμπροτάτην, τοὐναντίον δ' ἐξωμοιωμένην τῇ περὶ τὴν γῆν φύσει· γεγονέναι γὰρ ἑκάτερον τούτων πρότερον ἔτι κατ' ἰδίαν ὑποβολήν τινα κόσμου, ὕστερον δὲ μεγεθοποιουμένου τοῦ περὶ τὸν ἥλιον κύκλου, ἐναπολῃφθῆναι ἐν αὐτῷ τὸ πῦρ.

VIII. Ἐπίκουρος Νεοκλέους Ἀθηναῖος τὸν περὶ θεῶν τῦφον πειρᾶται καταστέλλειν· ἀλλὰ καὶ οὐδέν, φησὶ, γίγνεται ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, ὅτι τὸ πᾶν ἀεὶ τοιοῦτον ἦν, καὶ ἔσται τοιοῦτον· ὅτι οὐδὲν ξένον ἐν τῷ παντὶ ἀποτελεῖται παρὰ τὸν ἤδη γεγενημένον χρόνον ἄπειρον· ὅτι πᾶν ἐστι σῶμα, καὶ οὐ μόνον ἀμετάβλητον, ἀλλὰ καὶ ἄπειρον· ὅτι τέλος τῶν ἀγαθῶν ἡδονή.

IX. Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος τέλος ἀγαθῶν τὴν ἡδονὴν, κακῶν δὲ τὴν ἀλγηδόνα· τὴν δὲ ἄλλην φυσιολογίαν περιγράφει, μόνον ὠφέλιμον εἶναι λέγων τὸ ζητεῖν

Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.

efficere nec oriri inde aliquid. (2) Sensus fallaces esse statuit, cum iisdemque in omnibus rebus ipsam etiam reprehendit rationem. Terram progressu temporis continenter deorsum ferri ac paulatim in mare labi. Solem ex parvis et pluribus igniculis congregari. (3) Quinetiam de diis ita disputat, nullum ut inter eos principatum esse existimet: quod nefas omnino sit, deorum quemquam alterius ferre dominatum: eorum neminem omnino ulla re indigere: eosdem audire ac videre, idque non sigillatim, sed universe. (4) Terram infinitam esse, nec undique secundum omnes partes aere contineri: e terra omnia oriri, solem vero et reliqua sidera e nubibus.

V. Parmenides Eleates, familiaris Xenophanis, partim hujus opiniones secutus est, partim contrariam quandam instituit factionem. Statuit enim, hoc universum motu carere et sempiternum esse, idque secundum rerum veritatem: quippe quod sit

unigenum, solumque, quietum nec generatum,

generationem vero esse quoddam ex eorum genere quæ per falsam opinionem apparerent. (2) Sensus a veritatis communione excludit. Ait etiam, si quid præter id quod est, exstet, id non esse id quod est: jam vero, id quod non est, in universo non esse: atque hac ratione concludit, id quod est non esse generatum. Terram vero dicit ex denso aere delato esse ortam.

VI. Zeno Eleates nil quidem peculiare vulgavit, at in dubitatione de his rebus longius progressus est.

VII. Democritus Abderita statuit universum esse infinitum, quod nequaquam a quoquam opifice factum sit: porro, immutabile illud esse vult: et omnino, quale universum sit, diserte exponit: rerum enim earum, quæ nunc fiunt, causas nullum habere initium: sed omnino inde usque ab infinito tempore quæ sunt, fiunt, futura sunt, omnia simpliciter necessitatem occupasse et continere. (2) Solis et lunæ originem fuisse statuit: motum etiam utriusque peculiarem, quum nondum calidam, minus etiam lucidam haberent naturam, sed similem terrenæ: utrumque enim horum antea ad propriam quandam mundi formam et constitutionem exstitisse; postea vero, crescente auctoque solis orbe, ignem in eo comprehensum fuisse.

VIII. Epicurus, Neoclis filius, Atheniensis, inanem disputationum quæ de diis habentur fastum dejicere conatur. Ex nihilo nihil fieri: hoc universum tale quale nunc est, et fuisse semper, et semper futurum: in universo nil novum exsistere præter illud infinitum, quod jam fuit, tempus: universum esse corpus, nec solummodo immutabile, sed etiam infinitum: finem bonorum esse voluptatem.

IX. Aristippus Cyrenæus, item bonorum finem in voluptate, malorum in dolore posuit: reliquam physiologiam ita circumscribit, ut unum hoc utile esse dicat quærere

Quid tristis lætive domi sors improba versat.

Χ. Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, στοιχεῖα τέσσαρα, πῦρ, ὕδωρ, αἰθέρα, γαῖαν· αἰτίαν δὲ τούτων, φιλίαν καὶ νεῖκος· ἐκ πρώτης φησὶ τῆς τῶν στοιχείων κράσεως ἀποκριθέντα τὸν ἀέρα περιχυθῆναι κύκλῳ· μετὰ δὲ τὸν ἀέρα τὸ πῦρ ἐκδραμὸν, καὶ οὐκ ἔχον ἑτέραν χώραν, ἄνω ἐκτρέχειν ὑπὸ τοῦ περὶ τὸν ἀέρα πάγους. (2) Ἐ.ἶ. ναι δὲ κύκλῳ περὶ τὴν γῆν φερόμενα δύο ἡμισφαίρια, τὸ μὲν καθόλου πυρὸς, τὸ δὲ μικτὸν ἐξ ἀέρος καὶ ὀλίγου πυρὸς, ὅπερ οἴεται τὴν νύκτα εἶναι. (3) Τὴν δ' ἀρχὴν τῆς κινήσεως συμβῆναι ἀπὸ τοῦ τετυχηκέναι κατὰ τὸν ἀθροισμὸν ἐπιβρίσαντος τοῦ πυρός. Ὁ δὲ ἥλιος τὴν φύσιν οὐκ ἔστι πῦρ, ἀλλὰ τοῦ πυρὸς ἀντανάκλασις, ὁμοία τῇ ἀφ' ὕδατος γινομένῃ. (4) Σελήνην δέ φησι συστῆναι καθ' ἑαυτὴν ἐκ τοῦ ἀπολειφθέντος ἀέρος ὑπὸ τοῦ πυρός· τοῦτον γὰρ παγῆναι, καθάπερ καὶ τὴν χάλαζαν· τὸ δὲ φῶς αὐτὴν σχεῖν ἀπὸ τοῦ ἡλίου. (5) Τὸ δὲ ἡγεμονικὸν οὔτ' ἐν κεφαλῇ οὔτ' ἐν θώρακι, ἀλλ' ἐν αἵματι· ὅθεν καθ' ὅ τι ἂν μέρος τοῦ σώματος πλεῖον ᾖ παρεσπαρμένον τὸ ἡγεμονικὸν, οἴεται κατ' ἐκεῖνο προτερεῖν τοὺς ἀνθρώπους.

ΧΙ. Μητρόδωρος ὁ Χῖος ἀΐδιον εἶναί φησι τὸ πᾶν, ὅτι, εἰ ἦν γενητὸν, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἂν ἦν· ἄπειρον δὲ, ὅτι ἀΐδιον· οὐ γὰρ ἔχειν ἀρχὴν ὅθεν ἤρξατο, οὐδὲ πέρας, οὐδὲ τελευτήν. (2) Ἀλλ' οὐδὲ κινήσεως μετέχειν τὸ πᾶν· κινεῖσθαι γὰρ ἀδύνατον, μὴ μεθιστάμενον· μεθίστασθαι δὲ ἀναγκαῖον ἤτοι εἰς πλῆρες, ἢ εἰς κενόν. (3) Πυκνούμενον δὲ τὸν αἰθέρα ποιεῖν νεφέλας, εἶτα ὕδωρ, ὃ καὶ κατιὸν ἐπὶ τὸν ἥλιον σβεννύναι αὐτὸν, καὶ πάλιν ἀραιούμενον ἐξάπτεσθαι· χρόνῳ δὲ πήγνυσθαι τῷ ξηρῷ τὸν ἥλιον, καὶ ποιεῖν ἐκ τοῦ λαμπροῦ ὕδατος ἀστέρας, νύκτα τε καὶ ἡμέραν ἐκ τῆς σβέσεως καὶ ἐξάψεως, καὶ καθόλου τὰς ἐκλείψεις ἀποτελεῖν.

ΧΙΙ. Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης ἀέρα ὑφίσταται στοιχεῖον· κινεῖσθαι δὲ τὰ πάντα, ἀπείρους τ' εἶναι τοὺς κόσμους. (2) Κοσμοποιεῖ δὲ οὕτως· ὅτι τοῦ παντὸς κινουμένου, καὶ ᾗ μὲν ἀραιοῦ, ᾗ δὲ πυκνοῦ γινομένου, ὅπου συνεκύρησε τὸ πυκνὸν, συστροφὴν ποιῆσαι, καὶ οὕτως τὰ λοιπὰ, [καὶ] κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τὰ κουφότατα τὴν ἄνω τάξιν λαβόντα τὸν ἥλιον ἀποτελέσαι.

X. Empedocles Agrigentinus quattuor elementa ponit, ignem, aquam, aerem, terram : horum causas esse, amicitiam ac discordiam : ex prima elementorum confusione secretum aerem et circum in orbem fusum fuisse : deinceps ignem exsilientem, quum locum sibi alium non reperiret, sursum concreti aeris frigore compulsum evolasse. (2) Duos præterea dimidios orbes circa terram circulari motu ferri, illum totum ex igne, hunc mixtum ex aere et exiguo igne, quem noctem esse putat. (3) Motus initium exstitisse quum in elementorum congregatione præponderaret ignis; solem sua natura non esse ignem, sed ignis reflexionem, similem ei quæ in aqua fit; (4) lunam per se ipsam ex aere, quem ignis reliquerat, coaluisse; hunc enim, grandinis instar, concrevisse : lumen autem ipsam a sole accepisse. (5) Animi principem partem neque in capite, neque in pectore, sed in sanguine constituit : ideoque, qua corporis parte magis diffusus fuerit sanguis [*corr.* τὸ αἷμα], eadem homines præstare arbitratur.

IX. Metrodorus Chius, sempiternum esse hoc universum ait, propterea quod si genitum esset, ortum esset ex eo quod non est : porro infinitum esse, quia est sempiternum, utpote quod neque initium unde cœperit, neque terminum, neque finem habeat. (2) Immo ne moveri quidem universum; nec enim illud moveri posse, nisi alio migret; necesse autem esse migrare vel in plenum vel in vacuum. (3) Præterea ex aere constipato nubes primum, deinde aquam procreari, quæ in solem defluens eum exstinguat; qui tamen denuo, succedente raritate, accendatur : porro solem progressu temporis siccitate concrescere, ac procreare ex limpida ac splendente aqua stellas, noctem vero ac diem ex mutua illa exstinctione et inflammatione, omnesque omnino defectiones eadem ratione conficere.

XII. Diogenes Apolloniata elementum ponit aerem : moveri omnia et infinitos esse mundos. (2) Mundi ortum sic informat : quum universum ita moveretur, ut rarius hic, alibi densius fieret, ubicumque major densitas contingeret, ibi convolutionem quandam effecisse; tum similiter cetera : atque eadem ratione quæ omnium levissimæ essent partes, eas, regione superiore occupata, solem produxisse.

IX.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΠΛΑΤΑΙΑΙΣ ΔΑΙΔΑΛΩΝ.

Ι. Ὅτι μὲν οὖν ἡ παλαιὰ φυσιολογία καὶ παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις λόγος ἦν φυσικὸς ἐγκεκρυμμένος μύθοις τὰ πολλὰ [καὶ] δι' αἰνιγμάτων καὶ ὑπονοιῶν ἀπόκρυφος καὶ μυστηριώδης θεολογία, τά τε λαλούμενα τῶν σιγωμένων σαφέστερα τοῖς πολλοῖς ἔχουσα, καὶ τὰ σιγώμενα τῶν λαλουμένων ὑποπτότερα, κατάδηλόν ἐστιν ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι καὶ τοῖς Αἰγυ-

IX.

EX OPERE DE DÆDALIS PLATÆENSIBUS.

I. [*Ex Euseb. Præp. ev.* III, I, p. 83.] Antiquam igitur non Græcorum modo, sed et Barbarorum, physiologiam nihil aliud fuisse, quam rationem quandam naturalem fabulis involutam, ac plerumque theologiam ænigmatis et allegoriis mysteriorum instar tectam, cujus et quæ dicebantur apertiora essent intellectu multitudini quam quæ silebantur, et quæ silebantur majorem eidem suspicionem moverent quam quæ dicebantur; apparet cum ex Orphicis carminibus, tum ex Ægyptiacis ac Phrygiis mo-

πτιακοῖς καὶ Φρυγίοις λόγοις· μάλιστα δὲ οἱ περὶ τὰς τελετὰς ὀργιασμοὶ καὶ τὰ δρώμενα συμβολικῶς ἐν ταῖς ἱερουργίαις τὴν τῶν παλαιῶν ἐμφαίνει διάνοιαν.

II. Οἷον, ἵνα μὴ μακρὰν τῶν ἐνεστηκότων λόγων βαδίζωμεν, οὐ νομίζουσιν οὐδὲ ἀξιοῦσι κοινωνίαν εἶναι πρὸς Διόνυσον Ἥρᾳ· καὶ φυλάσσονται δὲ συμμιγνύναι τὰ ἱερὰ, καὶ τὰς Ἀθήνησιν ἱερείας ἁπαντώσας, φησὶν, ἀλλήλαις μὴ προσαγορεύειν, μηδὲ ὅλως κιττὸν εἰς τὸ τῆς Ἥρας εἰσκομίζεσθαι τέμενος, οὐ διὰ τὰς μυθικὰς καὶ φλυαρώδεις ζηλοτυπίας, ἀλλ' ὅτι γαμήλιος μὲν ἡ θεὸς καὶ νυμφαγωγὸς, ἁρπρεπὲς δὲ τὸ μεθύειν νυμφίοις, καὶ γάμοις ἀνορμοστότατον, ὥς φησιν ὁ Πλάτων· ἀκρατοποσία γὰρ ταραχὴν ἐμποιεῖ καὶ ψυχαῖς καὶ σώμασιν, ὑφ' ἧς ἅπλαστα καὶ πεπλανημένα ῥιζοῦται κακῶς τὰ σπειρόμενα καὶ κυϊσκόμενα. (2) Πάλιν οἱ θύοντες τῇ Ἥρᾳ τὴν χολὴν οὐ καθαγίζουσιν, ἀλλὰ κατορύττουσι παρὰ τὸν βωμὸν, ὡς δέον ἄθυμον καὶ ἄχολον καὶ καθαρεύουσαν ὀργῆς καὶ πικρίας ἁπάσης τὴν γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς εἶναι συμβίωσιν.

III. Τοῦτο δὴ τὸ συμβολικὸν εἶδος ἐν τοῖς λόγοις καὶ τοῖς μύθοις ἔστι μᾶλλον· οἷον, ἱστοροῦσι τὴν Ἥραν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ τρεφομένην ἔτι παρθένον, ὑπὸ τοῦ Διὸς κλαπῆναι, καὶ διακομισθεῖσαν ἐνταῦθα κρύπτεσθαι, Κιθαιρῶνος αὐτοῖς ἐπίσκιόν τινα μυχὸν καὶ θάλαμον αὐτοφυῆ παρασχόντος· (2) ἐλθούσης δὲ τῆς Μακρίδος κατὰ ζήτησιν (ἦν δὲ Ἥρας τιθήνη) καὶ βουλομένης ἐρευνᾶν, οὐκ ἐᾶν τὸν Κιθαιρῶνα πολυπραγμονεῖν οὐδὲ τῷ χωρίῳ προσάγειν, ὡς τοῦ Διὸς ἐκεῖ τῇ Λητοῖ συναναπαυομένου καὶ συνδιατρίβοντος. (3) Ἀπελθούσης δὲ τῆς Μακρίδος, οὕτω τότε μὲν διαλαθεῖν τὴν Ἥραν, ὕστερον δὲ τῇ Λητοῖ χάριν ἀπομνημονεύουσαν, ὁμοβώμιον θέσθαι καὶ σύνναον· ὥστε καὶ Λητοῖ Μυχίᾳ προϋφέσθαι· τινὲς δὲ Νυχίαν λέγουσι· σημαίνεται δὲ ἐν ἑκατέρῳ τῶν ὀνομάτων τὸ κρύφιον καὶ διαλελῃθός. (4) Ἔνιοι δὲ τὴν Ἥραν αὐτὴν ἐκεῖ τῷ Διὶ λάθρᾳ συνοῦσαν καὶ λανθάνουσαν οὕτω Λητὼ φασι Νυχίαν προσηγορεῦσθαι· φανερῶν δὲ τῶν γάμων γενομένων, καὶ περὶ τὸν Κιθαιρῶνα πρῶτον ἐνταῦθα καὶ τὰς Πλαταιὰς τῆς ὁμιλίας ἀνακαλυφθείσης, Ἥραν Τελείαν καὶ Γαμήλιον αὐτὴν προσαγορευθῆναι.

IV. Οἱ δὲ φυσικῶς μᾶλλον καὶ πρεπόντως ὑπολαμβάνοντες τὸν μῦθον, οὕτως εἰς τὸ αὐτὸ τῇ Λητοῖ συνάγουσι τὴν Ἥραν. Γῆ μέν ἐστιν ἡ Ἥρα, καθάπερ εἴρηται· νὺξ δὲ ἡ Λητὼ, ληθώ τις οὖσα τῶν εἰς ὕπνον τρεπομένων. (2) Νὺξ δὲ οὐδέν ἐστιν ἄλλο πλὴν σκιὰ γῆς· ὅταν γὰρ πλησιάσασα ταῖς δυσμαῖς ἀποκρύψῃ τὸν ἥλιον, ἀναπλατυνομένη μελαίνει τὸν ἀέρα· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐκλειπτικὸν ὀλίσθημα τῶν πανσελήνων, ὅταν τῆς σελήνης περιφερομένης, ἡ σκιὰ τῆς γῆς ἐπιψαύσῃ καὶ διαθολώσῃ τὸ φέγγος.

V. Ὅτι δ' οὐκ ἄλλη τίς ἐστι τῆς Ἥρας ἡ Λητὼ, μάθοιτ' ἂν ἐνθένδε. Τὴν Ἄρτεμιν ἤδη που θυγατέρα Λητοῦς καλοῦμεν· ἀλλὰ καὶ Εἰλείθυιαν τὴν αὐτὴν ὀνομάζομεν· οὐκοῦν ἥ τε Ἥρα καὶ ἡ Λητὼ δύο εἰσὶ μιᾶς

numentis. Maxime vero initiandi ritus et orgia, et cæremoniæ signorum in sacrificiis, quæ fuerit antiquorum sententia, ostendunt.

II. Veluti, ne longius ab instituta disputatione abeamus, neque putant neque volunt ullam esse communionem Baccho cum Junone : ipsæque adeo sacerdotes Athenis, ut fertur, obviam invicem factæ nihil sermonis commiscent; neque quidquam omnino hederæ in Junonis templum infertur : neque id ob nugatorias illas in fabulis celebratas deæ rivalitates, sed quod quum nuptialis eadem et pronuba est dea, tum ebrietas sponsos dedecet, nuptiisque maxime disconvenit, ut scribit Plato : immoderatus enim meri potus perturbationes in animis pariter et corporibus excitat, quibus efficitur ut præseminati conceptique fœtus, quum ob disjunctas errantesque partes minus fingi conformarique possint, vix ullam virium firmitatem assequantur. (2) Præterea qui Junoni sacrificant, ei fel nequaquam offerunt, sed juxta altaria defodiunt; quod ab omni bile et iracundiæ acerbitate vacuam esse mutuam conjugum vitæ consuetudinem oporteat.

III. Atque hoc significationis per ænigmata genus magis etiam in narrationibus et fabulis inest : veluti narrant, Junonem adhuc virginem in Eubœa educatam, furto a Jove sublatam hac in regione occultatam fuisse, Cithærone monte ipsis umbrosum quendam specum ac thalamum naturalem præbente. (2) Quo quum Macris quæritando pervenisset, nutrix Junonis, locumque perscrutari vellet, a Cithærone prohibitam fuisse curiose inquirere et ad locum accedere, quasi Juppiter ibidem cum Latona concumberet ejusque consuetudine frueretur. (3) Posteaquam igitur Macris abiisset, Junonem tunc quidem in illo loco latuisse, postea vero ut exstaret accepti Latonæ nomine beneficii memoria, commune cum ea templum communemque aram habere voluisse; atque hinc Latonæ Μυχίᾳ, id est Latebrosæ, sacra antea faciendi morem fluxisse : quamquam alii Νυχίαν, id est Nocturnam, eam vocant : quorum utrumque nominum cum occultandi ac latendi significatione conjunctum est. (4) Alii vero ipsam Junonem, quod clam ibi cum Jove congressa latuisset, Latonam Nocturnam appellatam ferunt : at vulgatis nuptiis, et ad Cithæronem primo ac Platæas patefacto coitu, Junonem Perfectam et Pronubam ipsam nominatam fuisse.

IV. Qui vero magis decore et ad naturæ rationem accommodate hanc fabulam accipiunt, hujusmodi interpretatione Junonem et Latonam in unum idemque conjungunt. Juno, aiunt, est Terra, quod paulo antea diximus : Latona est Nox, quasi oblivio dormientium, cognatis quippe nominibus Λητώ *Latona* et ληθώ *oblivio*. (2) Jam nox nil aliud est quam umbra terræ : ubi enim, ad occasum vergens, sua latitudine absconderit solem, nigrum reddit aerem : atque hoc est plenilunii lapsus in defectum, quando lunæ circumeuntis splendorem umbra terræ tetigerit atque obscuraverit.

V. Ceterum, Latonam non aliam esse atque Junonem, etiam hinc intelligatis. Dianam nimirum vulgo Latonæ filiam nominamus : eandem quoque Lucinam vocamus. Juno igitur et Latona duæ sunt unius deæ appellationes.

θεοῦ προσηγορίαι. (2) Πάλιν ἐκ μὲν Λητοῦς ὁ Ἀπόλλων, ἐκ δὲ Ἥρας ὁ Ἄρης γέγονε· μία δέ ἐστιν ἀμφοτέρων δύναμις· καὶ κέκληται Ἄρης μέν, ὡς ἀρήγων τοῖς κατὰ βίαν καὶ μάχην συμπτώμασιν· Ἀπόλλων δέ, ὡς ἀπαλλάττων καὶ ἀπολύων τῶν περὶ σῶμα νοσηματικῶν παθῶν τὸν ἄνθρωπον. Διὸ καὶ τῶν ἐμπυρωτάτων ἄστρων καὶ πυριφλεγεστάτων, ὁ μὲν ἥλιος Ἀπόλλων κέκληται, ὁ δὲ πυροειδὴς Ἄρης ἐπωνόμασται. (3) Καὶ οὐκ ἀπὸ τρόπου ἐστὶ, τὴν αὐτὴν θεὸν Γαμήλιον λέγεσθαι, καὶ μητέρα Εἰλειθυίας καὶ Ἡλίου νομίζεσθαι· γάμου μὲν γὰρ τέλος γένεσίς ἐστι, γένεσις δὲ ἡ εἰς ἥλιον καὶ φῶς ἐκ σκότους πορεία· (4) καὶ καλῶς ἔφη ὁ ποιητὴς,

Αὐτὰρ ἐπειδὴ τόν γε μογόστοκος Εἰλείθυια
ἐξάγαγε πρὸ φόωσδε καὶ ἠελίου ἴδεν αὐγάς.

Εὖ ὁ ποιητὴς τῇ μὲν προθέσει τὴν σύνθεσιν ἔθλιψεν, ἐμφαίνων τὸ βεβιασμένον τῆς ὠδῖνος, τέλος δὲ τῆς γενέσεως ἐποίησεν ἥλιον ἰδεῖν. Οὐκοῦν ἡ αὐτὴ θεὸς ἐποίησε καὶ γάμον συνελθεῖν, ἵνα γένεσιν παρασκευάσῃ.

VI. Δεῖ δὲ ἴσως καὶ τὸν εὐηθέστερον μῦθον εἰπεῖν. Λέγεται γὰρ ὁ Ζεὺς, τῆς Ἥρας αὐτῷ διαφερομένης καὶ μηκέτι φοιτᾶν εἰς τὸ αὐτὸ βουλομένης, ἀλλὰ κρυπτούσης ἑαυτὴν, ἀμηχανῶν καὶ πλανώμενος Ἀλαλκομένει τῷ αὐτόχθονι συντυχεῖν, καὶ διδαχθῆναι ὑπὸ τούτου, ὡς ἐξαπατητέον τὴν Ἥραν σκηψάμενον γαμεῖν ἑτέραν. (2) Συνεργοῦντος δὲ τοῦ Ἀλαλκομένους, κρύφα τεμόντας αὐτοὺς εὐκτέανον καὶ παγκάλην δρῦν, μορφῶσαί τε αὐτὴν καὶ κατασκεῖλαι νυμφικῶς, Δαιδάλην προσαγορεύσαντας· εἶτα οὕτως ἀναμέλπεσθαι μὲν τὸν ὑμέναιον, λουτρὰ δὲ κομίζειν τὰς Τριτωνίδας Νύμφας, αὐλοὺς δὲ καὶ κώμους τὴν Βοιωτίαν παρασχεῖν· (3) περαινομένων δὲ τούτων οὐκέτι τὴν Ἥραν καρτερεῖν, ἀλλὰ καταβᾶσαν ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος, τῶν Πλαταιίδων αὐτῇ γυναικῶν ἑπομένων, ὑπ' ὀργῆς καὶ ζηλοτυπίας θέουσαν ἐλθεῖν πρὸς τὸν Δία, καὶ τοῦ πλάσματος φανεροῦ γενομένου, διαλλαγεῖσαν μετὰ χαρᾶς καὶ γέλωτος αὐτὴν νυμφαγωγεῖν· τιμὴν δὲ τῷ ξοάνῳ προσθεῖναι, καὶ Δαίδαλα τὴν ἑορτὴν προσαγορεῦσαι, κατακαῦσαι δὲ ὅμως αὐτὸ, καίπερ ἄψυχον ὄν, ὑπὸ ζηλοτυπίας.

VII. Ὁ μὲν οὖν μῦθος τοιοῦτος· ὁ δὲ λόγος αὐτοῦ τοιόσδε. Ἥρας καὶ Διὸς διαφορὰ καὶ στάσις οὐδὲν ἄλλο πλὴν στοιχείων δυσκρασία καὶ τάραχός ἐστιν, ὅταν ἀλλήλοις μηκέτι συμμετρῆται κατὰ κόσμον, ἀλλὰ καὶ ἀνωμαλίας καὶ τραχύτητος ἐγγενομένης δυσμαχήσαντα λύσῃ τὴν κοινωνίαν, καὶ φθορὰν τῶν ὅλων ἀπεργάσηται. (2) Ἂν μὲν οὖν ὁ Ζεὺς, τουτέστιν ἡ θερμὴ καὶ πυρώδης δύναμις, αἰτίαν παράσχῃ τῆς διαφθορᾶς, αὐχμὸς τὴν γῆν καταλαμβάνει· ἐὰν δὲ περὶ τὴν Ἥραν, τουτέστι τὴν ὑγρὰν καὶ πνευματικὴν φύσιν, ὕβρις τις ἢ πλεονασμὸς γένηται, ῥεῦμα ἦλθε πολὺ καὶ συνώμβρισε καὶ κατέκλυσε τὰ πάντα. (3) Τοιούτου δέ τινος γενομένου καὶ περὶ τοὺς τότε χρόνους, καὶ μάλιστα

(2) Deinde Apollo quidem ex Latona, Mars vero ex Junone natus est : ambo autem eandem vim ac potestatem habent. Mars enim Ἄρης, quasi ἀρήγων, id est *opem ferens* in casibus ubi pugna ac vis cernitur, vocatus est : Apollo autem, tanquam ἀπαλλάττων et ἀπολύων, id est *liberans* ac *solvens* hominem morbis illis quibus corpus afficitur. Itaque etiam astrorum ardentissimorum et candentissimorum, Sol vocatur Apollo, Pyroeis, id est *Ignitus*, Mars. (3) Neque a ratione alienum est, unam eandemque deam et Pronubam dici, et matrem Lucinæ Solisque haberi. Nuptiarum enim finis generatio est : generatio autem, quasi progressio quædam ex tenebris in solem ac lucem : (4) et pulchre poeta dixit,

Postquam ipsum in lucem partus Lucina levandi
Sollicita extulerat, Solisque adspexerat auras.

Recte poeta præpositione compositionem elisit, ut significaret difficultatem ac vim partus; finem autem generationis fecit adspectum Solis. Itaque una eademque dea ineundi quoque matrimonii auctor fuit, ut generationi viam aperiret.

VI. Sed enim operæ pretium opinor fuerit, rudiorem etiam simplicioremque fabulam narrare. Jovem quippe ferunt, quod minus Junoni cum ipso conveniret, eaque congressus declinandi causa latebras captaret, animi dubium hac illacque vagantem in Alalcomenem indigenam aliquando incidisse, ex eoque didicisse Junonem decipiendam esse ita, ut ipse novas nuptias simularet. (2) Ergo, adjutore Alalcomene, excidisse quercum excelsam ac robustam, eam formasse atque ornasse in speciem sponsæ, Dædalamque nominasse : his factis eos hymenæum cecinisse, Tritonidas Nymphas lavacra apportasse, Bœotiam tibias et comissationes præbuisse. (3) Hæc quum agerentur, Junonem se amplius continere non potuisse, ex Cithærone monte descendisse magna stipatam Platæensium turba mulierum, ira et rivalitate agitatam accurrisse ad Jovem : patefacta simulatione cum gaudio et risu, reconciliatam Jovi, ipsam se novæ quasi sponsæ nuptiarum ducem præbuisse, et simulacro eum honorem tribuisse, ut hoc festum Dædalorum nomine frequentaret, ipsum tamen, licet inanime, per rivalitatem concremasse.

VII. Ac fabula quidem tali se modo habet : ejus vero ratio et sententia hæc est. Junonis Jovisque dissidium nil aliud nisi elementorum intemperiem ac perturbationem significat, dum congrua mutuaque proportione sublata, atque hujus in locum inæquabilitate ac discordia succedente, pristinam conjunctionem acerbiore pugna dissolvunt, ac præsentem huic universo pestem afferunt. (2) Quodsi igitur Juppiter, id est calor et ignea vis, corruptioni causam præbuerit, terram æstus invadit : sin autem ex parte Junonis, hoc est humidæ flabilisque naturæ, aliquid injuriæ et exsuperantiæ contigerit, immensa vis imbrium omnia proluere atque obruere consuevit. (3) Itaque quum ejusmodi quid temporibus illis accidisset, ipsaque maxime

τῆς Βοιωτίας βυθισθείσης, ὡς πρῶτον ἀνέδυ τὸ πεδίον καὶ ἡ πλημμύρα ἐλώφησεν, ὁ μὲν ἐξ εὐδίας κόσμος τοῦ περιέχοντος ὁμόνοια καὶ διαλλαγὴ τῶν θεῶν ἐλέχθη. (4) Πρῶτον δ' ἀνέσχεν ἐκ τῶν φυτῶν τῆς γῆς ἡ δρῦς, καὶ ταύτην ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι, τροφῆς βίου καὶ σωτηρίας διαμονὴν παρασχοῦσαν. Οὐ γὰρ μόνον τοῖς εὐσεβέσιν, ὡς Ἡσίοδός φησιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑπολειφθεῖσι τῆς φθορᾶς,

Ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας.

Bœotia aquarum vorticibus hausta esset; ut primum exstitit emersitque solum, et inundationis æstus remisit, ornatus ille ac species, quæ circumfusi aeris sudique cœli serenitatem est consecuta, consensio deorum ac reconciliatio nuncupata est. (4) Plantarum vero princeps caput extulit quercus, eamque homines, quod victum suppeditaret, salutemque ipsam tueretur, adamarunt; quippe quæ non iis modo, qui pietatem et religionem colant, ut Hesiodus loquitur, sed iis etiam, qui communem calamitatem effugerint,

Trunco fundat apes, summoque cacumine glandem.

X.

ΕΚ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἡ δὲ τῶν ξοάνων ποίησις ἀρχαῖον ἔοικεν εἶναί τι καὶ παλαιὸν, εἴγε ξύλινον μὲν ἦν τὸ πρῶτον εἰς Δῆλον ὑπὸ Ἐρυσίχθονος Ἀπόλλωνι ἐπὶ τῶν θεωριῶν ἄγαλμα, ξύλινον δὲ τὸ τῆς Πολιάδος ὑπὸ τῶν αὐτοχθόνων ἱδρυθὲν, ὃ μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι διαφυλάττουσιν. (2) Ἥρας δὲ καὶ Σάμιοι ξύλινον εἶχον ἕδος, ὥς φησι Καλλίμαχος,

Οὔπω Σκέλμιος ἔργον ἐΰξοον, ἀλλ' ἐπὶ τεθμὸν
δηναῖον γλυφάνων ἄξεος ἦθα σανίς.
Ὧδε γὰρ ἱδρύοντο θεοὺς τότε· καὶ γὰρ Ἀθήνης
ἐν Λίνδῳ Δαναὸς λᾶαν ἔθηκεν ἕδος.

(3) Λέγεται δὲ Πείρας ὁ πρῶτος Ἀργολίδος Ἥρας ἱερὸν εἱσάμενος τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Καλλίθυιαν ἱέρειαν καταστήσας, ἐκ τῶν περὶ Τίρυνθα δένδρων ὄγχνην τεμὼν εὐκτέανον, Ἥρας ἄγαλμα μορφῶσαι. (4) Πέτραν μὲν γὰρ εἰς θεοῦ κόπτειν εἰκόνα σκληρὰν καὶ δύσεργον καὶ ἄψυχον οὐκ ἐβούλοντο· χρυσὸν δὲ καὶ ἄργυρον ἡγοῦντο γῆς ἀκάρπου καὶ διεφθαρμένης χρώματα νοσώδη καὶ κηλῖδας ἐξανθεῖν ὥσπερ μώλωπας ὑπὸ πυρὸς ῥαπισθείσης· ἐλέφαντι δὲ παίζοντες μὲν ἔσθ' ὅπου προσεχρῶντο, ποικίλματι τρυφῆς.

X.

EX EODEM.

[*Ex Euseb. Præp. ev.* III, 8, p. 99.] Prisca ac vetusta videtur esse fingendorum simulacrorum consuetudo; siquidem ligneum fuit quod in Delo primum per sacram legationem Apollini ab Erysichthone consecratum est; ligneum item ab indigenis Atticis Minervæ Urbicæ positum, quod Athenienses hodieque servant. (2) Quin et Samii ligneum Junonis simulacrum habuerunt, ut scribit Callimachus:

Nondum Scelmios opus bene politum, sed more
antiquo sculpturæ expers eras asser.
Sic enim tunc deos statuebant; quippe et Minervæ
Lindi Danaus lapidem (?) posuit pro statua.

(3) Piras vero primus Junonis Argolicæ templum posuisse fertur, et Callithyiam filiam sacerdotem ejus fecisse, atque ex Tirynthiis arboribus sectam pirum silvestrem robustam in Junonis statuam conformasse. (4) Nam lapidem quidem ipsi, ut rem duriorem minusque arti obsequentem animaque carentem, in numinis effigiem scalpendo formare nolebant: aurum autem atque argentum sterilis ac vitiati soli morbosos colores esse ac sordes quasdam maculasque ex terra ignis ardore percussa: ebore vero interdum sane utebantur, sed per lusum, varietatis luxu.

XI.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΗΣΙΟΔΟΝ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ.

I. Εἰ δὲ ἀγκυλομήτης ὁ Προμηθεὺς (οὕτω γὰρ γράφειν δεῖ καθὰ καὶ Πλούταρχος), Κρόνιος τίς ἐστι καὶ νοερῶς ἑαυτὸν νοῶν, καὶ ἀγκύλως εἰς ἑαυτὸν ἐπεστραμμένος.

II. Περὶ δὲ τῶν ἐν Ὠκεανῷ νήσων Ὅμηρος, καὶ οὑτοσὶ ὁ Ἡσίοδος, καὶ Λυκόφρων καὶ Πλούταρχος, καὶ Φιλόστρατος καὶ Δίων καὶ ἕτεροί τινες συγγεγραφήκεσαν, ὡς ἀγαθή τε ἡ χώρα ἐστὶ, καὶ ἀεὶ καταπνεομένη Ζεφύρῳ, τρὶς ἔτους ἑκάστου ἀναδίδωσι τοὺς καρπούς· ἐκεῖσε δέ φασι καὶ τὰς τῶν ἀποβεβιωκότων ψυχὰς διαπορθμεύεσθαι, γράφοντες τοιάδε· (2) « Περὶ τὴν ἀκτὴν τοῦ περὶ τὴν Βρεταννίαν νῆσον Ὠκεανοῦ ἄνθρωποί τινες οἰκοῦσιν ἰχθυοθῆραι, κατήκοοι μὲν Φράγγοις, φόρον δὲ μὴ τελοῦντες αὐτοῖς·

XI.

EX COMMENTARIIS IN HESIODUM.

I. (*Procl. ad Op.* 48.) Si vero Prometheus est ἀγκυλομήτης, *versutus, obliquis præditus consiliis* (ita enim scribendum esse contendit *Plutarchus*); est Saturnius quidam, intelligibiliter se ipse intelligens, et recurvus in se conversus.

II. (*Tzetz. ad Op.* 169.) De insulis Oceani, Homerus, Hesiodus noster, Lycophron, *Plutarchus*, Philostratus, Dion et alii memoriæ prodiderunt, fertilem esse regionem, perflante Zephyro continuo, ter quotannis fructus ferre: illuc item dicunt mortuorum animas transfretari, atque ita scribunt: (2) « Circum littus Oceani insulam Britanniam alluentis, homines quidam habitant piscatores, [subditi quidem Francis, nec tamen vectigales]: hi per somnum

οὗτοι περὶ τὰς αὐτῶν οἰκίας καθεύδοντες φωνῆς ἀκούουσι καλούσης αὐτοὺς, καὶ κρότου περὶ τὰς θύρας αἰσθάνονται· ἀναστάντες δὲ πλοῖα εὑρίσκουσί τινα, οὐχὶ τὰ αὐτῶν, ἐπιβατῶν μεστά. (3) Εἰς ταῦτα οὖν εἰσελθόντες μιᾷ ῥοπῇ πρὸς τὴν Βρεταννίαν νῆσον καταίρουσι κωπηλατοῦντες, καίπερ μόλις ὅλῳ νυχθημέρῳ λαίφεσι πεπταμένοις καταπλέοντες εἰς αὐτὴν, ὅτε ταῖς ἰδίαις ναυσὶ κέχρηνται. Ἐκεῖ γοῦν ἀποβάντες ἐξάγουσιν οὓς οὐκ εἰδότες φέρουσιν ἐπιβάτας. (4) Οὐδένα δὲ ὁρῶντες ἀκούουσι φωνῆς τῶν ὑποδεχομένων αὐτοὺς κατ' ὄνομα καὶ κατὰ φυλὴν καὶ κατὰ συγγένειαν καὶ τέχνην καλούσης αὐτοὺς, καὶ αὐτῶν δὲ ὁμοίως ἀποκρινομένων· καὶ οὕτω πάλιν μιᾷ ῥοπῇ πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἀποπλέοντες αἰσθάνονται τῶν νηῶν ἐλαφροτέρων ἢ ὅτε οὓς εἶχον ἀπεκόμιζον. » Ἐκ τούτου (πάντες) ἔφασαν παῖδες Ἑλλήνων, ἐκεῖ τὰς τῶν ἀποβεβιωκότων διάγειν ψυχάς· ὃ νῦν καὶ Ἡσίοδός φησι περὶ τῶν ἡρώων.

III. Λέγει δὲ ἐσθλοὺς οὐ τοὺς τῇ τύχῃ καὶ τῇ δυνάμει προέχοντας, ὥς φησι Πλούταρχος, ἀλλὰ τοὺς κατ' ἀρετὴν προέχοντας, ἐκ τούτου μᾶλλον δεικνὺς τὴν ὕβριν ἀφόρητον. Οἱ μὲν γὰρ ἐν δυνάμει καὶ σφόδρα δυσχεραίνουσιν ἐπὶ ταῖς ἐκ τῶν ἀσθενεστέρων εἰς αὐτοὺς ὕβρεσιν· οἱ δὲ κατ' ἀρετὴν ζῶντες καὶ ταύτας τὰς ὕβρεις διαπτύουσιν. Οὐδὲ γὰρ χείρων ἐγὼ, φησὶν ὁ Σωκράτης, ἂν ὁ δεῖνα ἐπὶ κόρρης με πατάξῃ ἀδίκως.

IV. Τὸν ῥόθον οἱ μὲν ἤκουσαν τὸν ψόφον, ὅθεν καὶ ῥόθιον καλεῖσθαι τὸ κτυποῦν κῦμα καὶ ῥεῦμα· Πλούταρχος δὲ βοιωτιάζων (οὕτω γὰρ καλεῖν φασὶ Βοιωτοὺς) τὰς ὀρεινὰς ὁδοὺς τὰς στενὰς καὶ δυσάντεις ῥόθους ὀνομάζεσθαί φησιν. (2) Εἰ οὖν τοῦτο κρατοίη, λέγοι ἂν ὅτι τῆς δίκης ἑλκομένης ὑπὸ τῶν ἐπὶ δώροις τὰς δίκας κρινόντων σκολιῶς, ῥόθος ἐστὶ, τουτέστι δυσάντης ἡ ὁδὸς καὶ τραχεῖα, δι' ἧς ἕλκεται ὑπὸ τῶν διαστῶν· ἀντίκειται γὰρ τῷ εὐθεῖ τὸ σκολιὸν, καὶ τῷ λείῳ τὸ τραχὺ, καὶ τῷ εὐδιοδεύτῳ τὸ στενὸν καὶ δυσχωρίαν ἔχον· τοιαύτη δέ ἐστι πᾶσα μοχθηρὰ κρίσις.

V. Δεῖ δὲ συνάπτειν τῷ

Αἰμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμὸν, ἀποφθινύθουσι δὲ λαοὶ,

τοὺς ἐν τοῖς πολλοῖς φερομένους ὑπερβάντα δύο στίχους, [τὸ]

Ἤ τῶν γε στρατὸν [εὐρὺν] ἀπώλεσεν

καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτω Πλούταρχος.

VI. Τὸ μὲν λεγόμενον, φανερόν· εἰ μὴ ἔστι δίκη καὶ τιμωρία κατὰ τῶν ἀδίκων, μηδ' ἔξουσί τι πλέον οἱ δίκαιοι τῶν ἀδίκων ἐν τῷδε τῷ παρόντι ὁ ἐφορᾷ ὁ Ζεὺς, μήτ' αὐτὸς εἶην δίκαιος, μήτε παῖς ἐμός· δίκης γὰρ οὐκ οὔσης, ὄνομα μόνον ἔσται τὸ δίκαιον. Εἰ δὲ δὴ τὸ δίκαιον καὶ αἱρετὸν, κἂν μὴ ᾖ πρόνοια, καὶ φευκτὸν τὸ ἄδικον, δῆλον ὅτι πᾶς οὗτος ὁ λόγος περιττός. Διόπερ ὁ Πλούταρχος τοὺς ἑπτὰ τούτους στίχους ἐκβάλλει ἀπὸ τοῦ

Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς...

audiunt vocem circum domos suas, vocantem ipsos, et plausum item ad januas fieri sentiunt : surgentes, navigia quædam inveniunt, non sua, vectoribus plena : (3) hæc ingressi, remigio ad Britanniam insulam appellunt, uno impetu; quum alias suis ipsi navigiis, passis adeo velis, vix diei et noctis spatio tantam viam confíciant. Ibi egressi navibus, educunt vectores quos ipsi nescii vehebant : (4) neminem videntes audiunt vocem excipientium illos et appellantium nomine, tribu, cognatione, artificio : audiunt item ipsos vectores respondere. Hoc facto, domum rursus renavigantes, sentiunt navigia sua leviora esse, quam quum illos vectores deveherent. » Idcirco fama exstitit apud Græcos, mortuorum animas illic degere : quod nunc etiam ait Hesiodus de heroibus.

III. (*Procl. ad Op.* 212.) *Plutarchus* dicit, Hesiodum ἐσθλοὺς, bonos, appellare non eos qui fortuna et potentia excellunt, sed eos qui virtute præstant, hinc magis etiam significantem quam sit intolerabilis contumelia. Nam potentes vehementi afficiuntur dolore per contumelias ipsis ab infirmioribus illatas : at qui secundum virtutem vivunt, has quoque contumelias nihili faciunt : « Non enim deterior ego sum, inquit Socrates, si me aliquis in maxillam percusserit. »

IV. (*Procl. ib.* 218.)Vocem ῥόθον alii accipiunt pro *strepitu* : unde etiam volunt ῥόθιον dici undam fluctumque sonantem. At *Plutarchus*, Bœotorum usum sequens (nam sic vocare dicunt Bœotos) ῥόθους dici vias montanas, angustas et arduas memorat. (2) Quod si probemus, dicat quis, ῥόθον esse quando jus violetur ab iis qui muneribus inducti causas ac lites perverse judicant : hoc est, arduam et asperam esse viam per quam jus raptatur ac trahitur a judicibus : opponitur enim recto obliquum, levi asperum, ei quod facilem habet transitum, id quod difficilem et angustum. Tale vero est omne pravum judicium.

V. (*Idem ib.* 240.) Jungi debent versui

Αἰμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμὸν, ἀποφθινύθουσι δὲ λαοὶ,

omissis duobus mediis versibus, qui in plerisque libris feruntur, hæc :

Ἤ τῶν γε στρατὸν [εὐρὺν]· ἀπώλεσεν,

Ita *Plutarchus*.

VI. (*Idem ib.* 268.) Sententia perspicua est. Si nullum est jus nec vindicta adversus injustos, nec meliore sunt conditione justi quam injusti hoc seculo, quod Juppiter gubernat; nec ego sim justus, nec filius meus. Quodsi enim nullum est jus, justum non erit nisi nomen inane. Sin vero et justum est expetendum, etiamsi nulla sit providentia, et injustum fugiendum; apparet, totam hanc orationem esse supervacaneam. Has ob rationes *Plutarchus* septem hos versus spurios judicat, inde ab illis

Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς...

ἕως τοῦ

Ἀλλὰ τάγ' οὔπω ἔολπα τελεῖν Δία μητιόεντα,

ὡς ἀναξίους τῆς Ἡσιόδου περὶ δικαίων καὶ ἀδίκων κρίσεως.

VII. Κάλλιστα τὸ φιλόσοφον ἦθος οἷόν ἐστιν εἶπε διὰ τούτων ὁ Πλούταρχος δηλοῦσθαι. Τὸν μὲν γὰρ Ἀρχίλοχον καὶ τὸν Ἱππώνακτα βλασφημίας συγγράψαι κατὰ τῶν λυπησάντων· Τιμοκράτην δὲ καὶ Μητρόδωρον τοὺς Ἐπικουρείους, ἀδελφοὺς ὄντας καὶ προσκρούσαντας ἀλλήλοις, ἐκδοῦναι κατ' ἀλλήλων συγγράμματα. (2) Καὶ τί δεῖ τούτους λέγειν; ὅπου γε καὶ Ξενοφάνης διὰ δή τινα πρὸς τοὺς κατ' αὐτὸν φιλοσόφους καὶ ποιητὰς μικροψυχίαν, σιλλοὺς ἀτόπους συνθεῖναι λέγεται κατὰ πάντων φιλοσόφων καὶ ποιητῶν. (3) Ἀλλὰ τὸν ὄντως μουσικὸν Ἡσίοδον μηδὲν τοιοῦτο παθεῖν· οὐ γὰρ μουσικοῦ τὸ μελαγχολᾶν· λυπηθέντα δὲ πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ἀντὶ τοῦ βλασφημεῖν, νουθετεῖν, εἰδότα τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Σωκράτους, ὅτι πᾶς ὁ κακὸς ἄκων ἐστὶ κακὸς, δεῖται οὖν νουθεσίας, καὶ ἴσως ἐπιγνώσεται ἑαυτὸν ὄντα κακόν.

VII. (*Idem ib.* 284.) *Plutarchus* dicit, ingenium moresque philosophi hoc loco pulcherrime declarari. Nam Archilochus et Hipponax, inquit, probra et convicia scripserunt adversus eos, qui ipsos offendissent; Timocrates autem et Metrodorus, Epicurei, atque adeo fratres, quum in mutuam offensionem incidissent, libros adversus se invicem scriptos vulgarunt. (2) Et quid hos memorem? quandoquidem et Xenophanes, per quandam scilicet pusillo animo adversus sui temporis philosophos et poetas conceptam invidiam, adversus omnes philosophos et poetas versus mordaces, *Sillos* dictos, composuisse fertur. (3) At Hesiodus, revera Musis deditus, ab hoc morbo fuit immunis. Non enim est hominis Musis dediti, melancholiæ, id est atræ bili et iracundiæ, indulgere; sed succensentem fratri, conviciorum loco, admonitionem adhibere, firmiter tenentem illud Socratis dictum, « omnem malum invitum esse malum. » Igitur opes habet admonitione: qua adhibita, fortasse ipse agnoscet se malum esse.

VIII. Οὐκ ἀποδεκτέον τὸ ἰλαδόν, ὡς Πλούταρχος ἐξηγήσατο, τὸ πᾶσαν ἐγκολπίσασθαι κακίαν ὁμοῦ δηλοῦν.

VIII. (*Idem ib.* 285.) Non probanda est *Plutarchi* interpretatio vocis ἰλαδόν, qui eam reddit ut sensus sit *totam simul malitiam quasi sinu complecti.*

IX. Ζήνων μὲν ὁ Στωϊκὸς ἐνήλλαττε τοὺς στίχους, λέγων

Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται·
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ·

τῇ εὐπειθείᾳ τὰ πρωτεῖα διδοὺς, τῇ φρονήσει δὲ τὰ δευτερεῖα. Ἀρίστιππος δὲ ἀπ' ἐναντίας ὁ Σωκρατικὸς ἔλεγε, τὸ συμβούλου δεῖσθαι χεῖρον εἶναι τοῦ προσαιτεῖν. (2) Ὁ δὲ Ἡσίοδος τοῦ μέτρου μάλιστα τυγχάνει, τρεῖς ἕξεις διελὼν, τὴν ἔμφρονα, τὴν ἀνόητον, τὴν μέσην· ὧν ἡ μὲν ἀρίστη καὶ τῷ θείῳ παραπλησία· καὶ γὰρ τὸ θεῖον αὐτάρκες, ὥστε καὶ ὁ ἑαυτῷ πάντα νοῶν καὶ προορῶν ὅσα ἂν ᾖ καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἀμείνω. (3) Ἡ δὲ φευκτοτάτη, τὸ μήθ' ἑαυτῷ δύνασθαι τὰ ὀρθὰ λογίζεσθαι, μήτ' ἄλλοις ἕπεσθαι συμβούλοις ἐθέλειν· μέση δὲ τούτων ἡ τοῦ συνορατικοῦ μὲν τῶν ἀμεινόνων οὐκ οὖσα δύναμις, ἐπακολουθητικὴ δὲ τοῦ συνορῶντος.

IX. Zenon Stoicus permutabat hos duos versus, dicens

Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται·
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ·

obedientiæ primas dans partes, prudentiæ secundas. Aristippus vero Socraticus, contra, dicebat pejus esse indigere consiliario quam mendicari. (2) At Hesiodus maxime mediocritatem consequitur, tres hominum distinguens habitus: prudentem, imprudentem, medium. Quorum ille optimus ac divinæ naturæ similis est; quippe quæ sibi ipsa sufficit, item ut is qui sibi ipse omnia animadvertit ac prospicit quæcumque in posterum tempus conducant. (3) Pessimus est eorum habitus, qui nec ipsi sibi consulere possunt, nec alios consilium dantes audire volunt. Tertio in habitu et inter duos illos medio sunt ii, qui ea valent facultate, non ut ipsi optimum factu perspiciant, sed ut ea perspicientibus obtemperent.

X. « Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθή. » Καὶ τοῦτον καὶ τὸν ἑξῆς στίχον παρεμβεβλῆσθαι, ληφθέντας ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου, καὶ Πλούταρχος εἶπε.

X. (*Idem ib.* 315.) *Pudor vero non bonus.* Et hunc et proximum versum Hesiodeo carmini perperam adjectos esse, quippe sumptos ex Homero, dicit *Plutarchus.*

XI. « Πῆμα κακὸς γείτων. » Ταῦτα καὶ διὰ τῆς ἱστορίας ὁ Πλούταρχος ἐπιστώσατο· καὶ γὰρ Αἰτωλοὺς καὶ Ἀκαρνᾶνας, Ἕλληνας ὄντας καὶ γείτονας, ἐκτρῖψαι διὰ πλεονεξίαν ἀλλήλους, καὶ Χαλκηδονίους καὶ Βυζαντίους διὰ τὴν ἔμφυτον δυσμένειαν περὶ σκαλμοῦ διενεχθέντας ἐν τῷ Βοσπόρῳ ναυμαχῆσαι· (2) καὶ ἐπὶ τῶν ἰδιωτικῶν γειτνιάσεων πολλὰ μὲν ἀγαθὰ συμβαίνειν διὰ ταύτας, ὡς ἐπὶ Φλάκκου καὶ Κάτωνος· πολλὰ δὲ τὰ ἐναντία· τὰς γὰρ γειτνιάσεις ἀφορμὰς προξενεῖν ἐνίοτε πολλῶν ἐπηρειῶν. (3) Αὐτὸς μὲν οὖν

XI. (*Idem ib.* 344.) *Damnum malus vicinus.* Huic sententiæ fidem conciliavit *Plutarchus* ex historia memorans Ætolos et Acarnanes, Græcos et vicinos sibi, qui propter cupiditatem se invicem contriverunt et labefactarunt; Chalcedonios et Byzantios, qui per innatam inimicitiam, lite de scalmo orta, ad bellum progressi in Bosporo navale prœlium commiserunt. (2) Et in privatis vicinitatibus multa exsistunt commoda, ut Flacci et Catonis exemplo constat: multa etiam incommoda. Nam vicinitates præbent multarum occasiones injuriarum. (3) Ipse quidem

τὸν βοῦν εἰς παράδειγμα παρέλαβε· δεῖ δ' ἐκτείνειν ἐπὶ τὰ ὅμοια τὸν λόγον, ὅσα οὖν ἂν ἀπόλοιτο διὰ τὸν γείτονα. Πρὸς ἃ καὶ οἱ παλαιοὶ νόμοι βλέποντες ἐδικαίωσαν τῶν ἀπολλυμένων τοὺς γείτονας συναλλαγμάτων.

XII. « Ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ. » Δείκνυσι τοῦτο Πλούταρχος. Θεμιστοκλέα γάρ φησιν ἢ Κάτωνα, πιπράσκοντα τὸν ἀγρὸν, λέγειν ὅτι ἀγαθὸν ἔχει γείτονα.

XIII. « Βοῦς ἀπόλοιτ'. » Λέγεται ὅτι Θεμιστοκλῆς χωρίον πιπράσκων ἐκέλευσε κηρύττεσθαι, ὅτι ἀγαθὸν ἔχει γείτονα. Ἔνιοι δὲ βοῦν ἐδέξαντο τὴν γυναῖκα ἀπὸ τοῦ ἀλφεσίβοια· ὅτι οὐδ' ἂν γυνὴ μοιχευθείη, εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. Ἢ οὐ μόνον τὸν κατὰ τὴν κώμην γείτονα, [**] ἀλλὰ τὰ κτήνη τὰ ἐν τῇ ἀγροικίᾳ, ἢ πᾶν ὁτιοῦν κτῆμα.

XIV. « Τὸν φιλέοντα φιλεῖν. » Τούτους ὁ Πλούταρχος ἐκβάλλει τοὺς στίχους. Ὁ γὰρ μέλλων λέγειν ὅτι τοῖς ἀγαθοῖς τὸ διδόναι προσήκει καὶ ὡς χαίρουσι διδόντες, ἄτοπος ἂν εἴη λέγων καὶ διδόναι τῷ διδόντι, καὶ μὴ διδόναι τῷ μὴ διδόντι· οὕτω γὰρ ἂν τὰς δόσεις ἀναγκαίας ἐποίει, τὰς δὲ προκαθηγουμένας τῶν εὐεργεσιῶν ἐξέκοψεν.

2. Ὁ μὲν Πλούταρχος τούτους ὀβελίζει τοὺς στίχους, λέγων, οὐδέποτε ἂν γενέσθαι φίλον εἰ τῶν φιλιωθησομένων ἑκάτερος ἀναμένει παρὰ τοῦ ἑτέρου προσφιλιωθῆναι.

XV. Ὁ Πλούταρχος εἰκάζει τοὺς τοιούτους, ὅσοι προαίρεσιν ῥωρτικὴν ἔχουσι, τοῖς σφαιρίζουσιν, οἳ λαβόντες τὴν ὑπ' ἀλλήλων ῥιφεῖσαν σφαῖραν οὔτε κατέχουσιν, οὔτε ἀντιπέμπουσι τοῖς μὴ εἰδόσι σφαιρίζειν, ἀλλὰ τοῖς ἀντιπέμψαι δυναμένοις.

XVI. « Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος. » Τούτους δὲ τινὲς τοὺς στίχους ἐξέβαλον· ὁ δὲ Πλούταρχος ἐγκρίνει· δεῖν γὰρ καὶ τὸν φίλον συνεργὸν παραλαμβάνειν ἐπὶ ὡρισμένῳ μισθῷ· ἔχθραν γὰρ προξενεῖ τὸ (μετὰ) τῆς ἀμοιβῆς μετὰ τὸ ἔργον ἔλλιπὲς ἀδόκητον ὑπάρξαν. (2) Τούτῳ δ' ὅμοιον καὶ τὸ τὰ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς συναλλάγματα μὴ ἀμάρτυρα ποιεῖσθαι· τὸ δ' ἐπαχθὲς ἀφαιρῶν εἶπεν ὅτι γελάσας, τουτέστιν ὡς παίζοντας καὶ μὴ σπουδάζοντας· πολλοὺς γὰρ ἀπολέσθαι διὰ τὸ πιστεῦσαί τισιν οἷς ἀπιστεῖν δέον, ἀπιστῆσαι δὲ πάλιν οἷς πιστεῦσαι δέον. (3) Διὸ χρεία τῆς ἐπὶ τῶν μαρτύρων ὁμολογίας καὶ ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν, καὶ (ἐπὶ) τῆς τοῦ μισθοῦ προομολογίας καὶ ἐπὶ τῶν φίλων.

XVII. « Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρόν. » Δοκεῖ μὲν ἀπηρτῆσθαι τοῦτο τοῦ προρρηθέντος· ἔχει δὲ καὶ συνέχειαν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὅτι κἂν ᾖ σμικρὸν τὸ ἀφαιρεθὲν, παχνοῖ τὸν ἀφαιρεθέντα διὰ τὴν ἀκούσιον ἀφαίρεσιν, ἐπήγαγεν ὅτι τὸ σμικρὸν ἐπισωρευόμενον μὲν μέγα τι γίνεται, ἀφαιρούμενον δὲ εἰς τὸ μηδὲν καταλήγει· ὥστε εἰκότως λυπεῖ καὶ τὸ σμικρὸν ἀφαιρούμενον. (2) Καὶ εἰ τοῦτο ἀληθές, ὀρθῶς Ἀριστοτέλης ἔλεγεν, ὅτι χείριστον τῶν ἐν τῷ βίῳ τὸ μὴ παρὰ

Hesiodus bovem exempli loco nominavit; nos vero debemus ad similia extendere hoc præceptum, quæcumque possint per vicinum perire. Et id sane spectarunt leges antiquæ, quippe quæ rerum amissarum vicinos volebant prospicere recuperationi.

XII. (*Tzetz. ib.* 344.) *Quantum est bonus commodum.* Ostendit hoc *Plutarchus* : dicit enim Themistoclem vel Catonem quum venderet agrum, hoc addidisse, ejus esse bonum vicinum.

XIII. (*Procl. ib.* 346.) *Bos pereat.* Fertur Themistocles agrum vendens, jussisse præconem addere, ejus esse bonum vicinum. Nonnulli vero *borem* acceperunt pro *muliere;* propterea quia hæc ἀλφεσίβοια (*boves adferens*) dicitur; ac si dicat Hesiodus, *neque uxorem adulterari nisi si malus sit vicinus.* Aut non modo vicinum in pago, [sed et in urbe, significat : nec solummodo bovem,] sed quamvis pecudem et quodcumque mancipium agri.

XIV. [*Idem ib.* 351.] *Amantem te ama.* Hos versus *Plutarchus* spurios judicat. Nam, inquit, qui dicere vult *dare maxime bonorum esse hominum eosque gaudere dantes*, ineptus sit dicens dandum esse danti, non dandum non danti : sic enim et dationes statuat necessarias, et primas in dando partes ac priorem dare tollat.

2. (*Tzetz. ib.*) *Plutarchus* hos obelo notat versus, dicens, Nunquam quemquam alteri fore amicum, si uterque exspectet donec initium conciliandi ab altero fiat.

XV. (*Procl. ib.* 353.) *Plutarchus* eos qui beneficentiæ propositum animo conceptum tenent, comparat cum iis qui pila ludunt : quippe qui missam sibi ab aliis pilam non retinent, nec eam remittunt ignaris pila ludere, sed iis qui eam vicissim remittere possunt.

XVI. (*Idem ib.* 354.) *Merces amico viro constituta...* Hos versus quidam pro spuriis habent : at *Plutarchus* eos judicat germanos. Debemus enim, inquit, etiam amicum operis socium assumere certa ei condicta mercede. Nam, confecto opere, remuneratio si opinione minor accidat, inimicitiæ causam præbet. (2) Huic simile est alterum præceptum, quod jubet, etiam testes adhibere in pactis cum fratribus : sed ut ejus invidiam leniret, dixit *ridendo testem adhibere*, id est quasi hoc non serio, sed per jocum fiat. Multi enim perierunt credendo quibus non oportebat, et non credendo quibus oportebat. (3) Itaque necessaria est quum erga fratres conscientia testium, tum erga amicos constitutio mercedis.

XVII. (*Idem ib.* 359.) *Si quidem enim parvum parvo addideris...* Hoc præceptum, quamquam videtur disjunctum ab antecedente, habet tamen cum eo nexum. Nam quum dixisset, Ablatum, quamvis parvulum, tamen dolorem afferre ei a quo aufertur, propter involuntariam ablationem, subjungit : Etiam parvulum continuo congestum tandem magnum quoddam fieri; imminutum demendo in nihilum abire, itaque non sine ratione etiam parvulum ablatum, afferre dolorem ei unde aufertur. (2) Atque hoc si verum est, recte dixit Aristoteles, Pessimum esse in vita gubernanda illud dictum, *Quid tum postea, nil hoc*

τοῦτο λεγόμενον· εἰ γὰρ καταφρονοῖτο ὡς μικρὸν ἕκαστον καὶ ἐπιλέγοιμεν μὴ παρὰ τοῦτο, κακῶς πράξομεν· ἐν μὲν οὖν οἰκονομίαις λιμώξομεν, τοῦτο ἀεὶ ἐπάδοντες· ἐν δὲ τῇ διαίτῃ νοσήσομεν, πολλάκις μὲν παρορῶντες τὸ ὀρθὸν, λέγοντες δὲ ταύτην τὴν φωνήν· ἡ γὰρ καθ' ἓν ἕκαστον ἔλλειψις μεγάλην ἀθροίζει τοῖς παρορῶσι τὴν βλάβην.

XVIII. « Ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος. » Καὶ ἐν τοῖς πατρίοις ἐστὶν ἑορτὴ Πιθοίγια, καθ' ἣν οὔτε οἰκέτην οὔτε μισθωτὸν εἴργειν τῆς ἀπολαύσεως τοῦ οἴνου θεμιτὸν ἦν, ἀλλὰ θύσαντας πᾶσι μεταδιδόναι τοῦ δώρου τοῦ Διονύσου. (2) Καλῶς οὖν εἴρηται, δεῖν ἀρχομένου πίθου κορέσασθαι, καὶ τῇ ἑορτῇ συμφώνως· δεῖ δὲ καὶ φειδοῦς ταμιευομένοις τὴν ἀπόλαυσιν, ὥστε καὶ εἰσαῦθις ἡμῖν γενέσθαι καὶ αὖθις· εἰ δὲ ἀπαναλωθέντος τοῦ πλείστου τὸ λειπόμενον ὀλίγον εἴη, χαλεπὴν εἶναι τὴν φειδώ· τότε γὰρ, φησὶ, τάχα ἂν καὶ τραπείη καὶ ἄχρηστον γένοιτο τοῖς φεισαμένοις. (3) Τὸ μὲν οὖν ἀρχομένου κορέσασθαι, παιδεύει πρὸς κοινωνίαν· τὸ δὲ μεσσόθι φείδεσθαι, πρὸς οἰκονομίαν· τὸ δὲ, χαλεπὴν εἶναι τὴν ἐν τῷ πυθμένι φειδὼ, πρὸς ἀπόλαυσιν τῶν κατὰ καιρόν.

XIX. « Ὅς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὄγε φηλήτῃσι. » Τοῦτον Πλούταρχος χαράττει τὸν στίχον· σημαίνειν δὲ τοὺς φηλήτας τοὺς ἀφαιρεῖσθαί τι καὶ ἐκφορεῖν ἐθέλοντας, παρὰ τὸ ἀφαιρεῖν καὶ ὑφελεῖν τοῦ ὀνόματος αὐτοῖς τεθέντος.

XX. « Μουνογενὴς δὲ παῖς σώζοι πατρώϊον οἶκον φερβέμεν. » Δόξειεν ἂν ἄτοπος ὁ στίχος εἶναι καὶ ἀγανακτοῦντος ὅτι γέγονεν οὐ μόνος τῷ πατρί. (2) Μήποτε, φησὶν ὁ Πλούταρχος, καὶ Πλάτων ἕπεται τῷ Ἡσιόδῳ, καὶ Ξενοκράτης, καὶ Λυκοῦργος πρὸ τούτων· οἱ πάντες ᾠοντο δεῖν ἕνα κληρονόμον καταλιπεῖν· καὶ τοῦτο ἦν τὸ ὑπὸ Ἡσιόδου λεγόμενον. (3) Δοκεῖ δὲ ἡ λέξις εὐχομένου εἶναι, καὶ οὐ συμβουλεύοντος· τὸ γὰρ « σώζοι πατρώϊον οἶκον » εὐκτικόν ἐστιν· ὥστε εἶναι τὸν λόγον, Εἰ καὶ μὴ πλείους εἶεν παῖδες, ἀλλὰ μονογενὴς, οὗτός γε σώζοι τὸν οἶκον. Τὸ δὲ ἑπόμενον στιχίδιον ἔτι μᾶλλον λύει τὴν διαβολήν.

XXI. « Πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη. » Μήποτε δὲ, φησὶν ὁ Πλούταρχος, ἐκεῖνο λέγει τὸ τοῦ Λάμπιδος, ὅτι πλείων μὲν ἡ φροντὶς ἐπὶ τοῦ πλείονος πλούτου· μείζων δὲ ἡ ἐπίδοσις, ἣν ἐπιθήκην εἶπεν, αὐτοῦ συναύξοντος ἑαυτὸν τοῦ πλούτου διὰ τὴν τῶν ὀργάνων εὐπορίαν καὶ τῶν ὑπηρετῶν. (2) Ὅ καὶ ὁ Λάμπις εἰρηκεν ἐρωτηθεὶς πῶς ἐκτήσατο, Τὸν μὲν ὀλίγον, ἔφη, χαλεπῶς, τὸν δὲ πολὺν ῥᾳδίως, πολλῶν ὄντων ἤδη τῶν ὑπουργούντων.

XXII. « Γηραιὸς δὲ θάνοις. » Οἱ περὶ Πρόκλον καὶ Πλούταρχον, ἀδιανόητον τοῦτό φασιν εἶναι καὶ περισσόν.

XXIII. « Γυμνὸν σπείρειν. » Κάλλιον δὲ, φησὶν ὁ Πλούταρχος, μετὰ τὸν σπόρον ὑετὸν συμβῆναι, ἢ πρὸ σπόρου· δῆλον δέ· τὰ γὰρ μετὰ Πλειάδα σπα-

refert : nam si unumquodque negligamus dicentes *Nil hoc refert*, male nobis erit : in re familiari administranda esuriemus, in victu regendo ægrotabimus, hoc semper accinentes dictum, eandemque cantilenam repetentes, rectum agendumque negligentes. Nam omissio singulorum negotiorum magnam damni summam colligit negligentibus.

XVIII. (*Idem ib.* 366.) *Incipiente autem dolio et desinente...* Etiam in patriis institutis est festum Pithœgia, id est *dolii apertio* : quo in festo nec servum nec mercenarium fas erat arcere a fruendo vino, sed sacrificio peracto dona Bacchi cum omnibus erant communicanda. (2) Itaque recte et festo tempori congruenter dictum est, *oportere ad satietatem bibere incipiente dolio* : oportere vero etiam parcere decrescente dolio, ut et in posterum et iterum nobis liceat frui : quodsi vero, consumpta majore parte, exiguum sit reliquum, difficilem esse parcimoniam : tunc enim, inquit, vinum fugiat et inutile fiat parcentibus. (3) Igitur *incipiente dolio ad satietatem bibere*, instituit nos ad communionem : *medio dolio parcere*, ad prudentem rei familiaris administrationem : in fundo difficilem esse parcimoniam, ad usum tempestivum.

XIX. (*Idem ib.* 373.) *Nam qui mulieri confidit, confidit is furibus.* Hunc versum notat *Plutarchus* : φηλήτας, inquit, significare eos qui aliquid auferre et exportare domo cupiunt, nomine ipsis posito a verbo ἀφαιρεῖν et ὑφελεῖν, *auferre, surripere.*

XX. (*Idem ib.* 374.) *Unicus vero filius, servet paternam domum pascendo.* Videatur ineptus esse versus et ægre ferentis, quod ipse patri non unicus natus fuisset filius. (2) Fortasse, inquit *Plutarchus*, et Plato sequitur Hesiodum, et Xenocrates, et ante hos Lycurgus : qui omnes existimarunt, unum relinquendum esse hæredem. Atque hoc erat, quod Hesiodus dixit. (3) Videtur autem dictio esse optantis, non suadentis : illud enim, *servet paternam domum*, in optativo est modo; ut sententia hæc sit : Nisi plures fuerint filii, sed unus; at hic saltem servet domum. Sed sequens versiculus magis etiam diluit reprehensionem.

XXI. (*Idem ib.* 378.) *Plurium major est cura, majorque accessio.* Fortasse, inquit *Plutarchus*, idem dicit quod Lampis : majores divitias majorem postulare curam, majora item habere incrementa, quæ ἐπιθήκην vocat Hesiodus; divitiis jam se ipsas augentibus per instrumentorum et ministrorum copiam. (2) Quod idem Lampis significavit, interrogatus quomodo divitias sibi comparaverit, respondit, *Parvas quidem difficulter, magnas vero facile* : quippe magnarum divitiarum multos jam habere quærendi comparandique ministros et adjutores.

XXII. (*Tzetz. ib.* 376.) *Senex autem moriaris.* Proclus et *Plutarchus* dicunt, hoc intelligi non posse et supervacaneum esse.

XXIII. (*Procl. ib.* 389.) *Nudus serito.* Melius est, inquit *Plutarchus*, pluviam accidere post sementem, quam ante sementem. Causa manifesta est. Nam quæ

ρέντα καὶ πρὸ τροπῶν, φύεσθαι ἑβδομαῖα, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ καὶ τριταῖα· τὸν δὲ μετὰ τροπὰς, μόλις ἐν τριπλασίῳ τούτου τοῦ χρόνου. Οὕτως τὸ ἐπιγενέσθαι ὑετὸν, ἀγαθὸν μᾶλλον ἢ τὸ προγενέσθαι. Οἱ δὲ ἀρχαῖοι καὶ πρωϊαίτερον ἔσπειρον, ὡς δῆλον ἐκ τῶν Ἐλευσινίων τελετῶν, ἐν αἷς ἐλέγετο « ὑπέριθι κόρη γεφύραν ὅσον οὔπω τριπόλεον δέ. »

XXIV. « Ὅλμον μὲν τριπόδην. » Πολὺς ἐν τούτοις ὁ Πλούταρχος ἀμυνόμενος τοὺς γελῶντας τὸν Ἡσίοδον τῆς μικρολογίας, καὶ Πλάτωνα λέγων περὶ τῆς τῶν σκευῶν ἐν τοῖς οἴκοις διειλέχθαι συμμετρίας· καὶ Λυκοῦργον περὶ τῆς τῶν θυρῶν κατασκευῆς, ἵν' ἀπὸ πρίονος ὦσι καὶ πελέκεως μόνον ἀποίκιλοι. Δεῖν οὖν ἀποδέχεσθαι καὶ τὸν Ἡσίοδον μέτρα παραδόντα καὶ ὅλμου καὶ ὑπέρου καὶ ἄξονος καὶ σφύρας. (2) Καὶ τοὺς ἀρχαίους δὲ πολὺν καὶ τούτων ποιεῖσθαι λόγον· καὶ τῶν εὑρετῶν Πάμφων μὲν τιμᾶν, διότι τὸν λύχνον πρῶτος εὗρε καὶ τὸ ἐκ τούτου φῶς εἰσήγαγεν εἰς τε τὰ ἱερὰ τὴν ἰδίαν χρῆσιν· τὸν δὲ τῶν Πιτθέων δῆμον ὀνομάσαι διότι τῶν πίθων ἐπενοήσαντο τὴν πλάσιν· ὥστε μὴ τὴν πολυτέλειαν προσήκειν θαυμάζειν, ἀλλὰ τὴν τῶν χρειωδῶν, κἂν εὐτελῆ τυγχάνῃ, περιποίησιν.

XXV. Τὸν μὲν οὖν γύην εἶναι κελεύει πρίνινον, προσθεὶς « ἢ κατ' ἄρουραν εἰ εὔροις, ἢ κατ' ὄρος, πρίνινον. » Οὐ γὰρ εὔπορος Βοιωτοῖς ἡ πρῖνος, φησὶν ὁ Πλούταρχος, ἀλλὰ τοῖς πτελείνοις ἀντὶ τῶν πρινίνων χρῶνται τοὺς γύας κατασκευάζοντες.

XXVI. Ὁ μὲν δὴ γύης πρίνινος ἔστω· ὁ δὲ ἱστοβοεὺς ἢ δάφνινος ἢ πτελέϊνος· οὕτω γὰρ ἄσηπτος ἔσται· τὸ δὲ ἄσηπτον ἐδήλωσεν εἰπὼν ἀκιώτατον· ὁ δὲ Πλούταρχος ἐξηγήσατο τὴν αἰτίαν, λέγων εἶναί τι θηρίδιον ὃ καλεῖται κίς, διεσθίον τὰ ξύλα· τοῦτο καὶ Πίνδαρον οὕτω καλεῖν περὶ τοῦ χρυσοῦ λέγοντα,

Κεῖνον οὐ σῆς, οὐ κὶς δάμναται,

ὡς ἄσηπτον· ἐγγίνεται δ' οὖν τὰ τοιαῦτα θηρίδια τοῖς γλυκέσι καὶ μαλακοῖς ξύλοις· δάφνη δὲ καὶ πτελέα δριμύτατα.

XXVII. Τὴν μὲν οὖν ὀπλὴν ἐπὶ βοὸς ῥηθεῖσαν ἣ οὐκ ἔστι τῶν μονωνύχων, συγγνώμης ἀξιωτέον· διότι δὲ σημεῖον ἐξεῦρεν ἱκανὸν ἀρκοῦντος ὄμβρου τοῖς περὶ ἄροτρα καὶ βοῦς ἀσχολουμένοις, ἐπαινετέον. (2) Ὅτι δὲ ὁ τοιοῦτος ὄμβρος χρήσιμος, πιστοῦται ἀπὸ τοῦ τὴν Σικελίαν εὐκαρπεῖν, πολλοὺς δεχομένην ἐαρινοὺς ὄμβρους· καὶ ἀπὸ τοῦ προσηνὲς εἶναι τὸ ὕδωρ τότε τῇ γῇ ὑποθερμαινόμενον, καὶ νηπίοις οὖσι τοῖς καρποῖς συμφέρον· καὶ ἀπὸ τοῦ τινὰς καὶ ἐν ἰσημερίᾳ σπείραντας ἐαρινῇ [Μαρτίου μηνὸς κα'] πολλοὺς θερίσαι καρπούς· καὶ γὰρ ὁ τριμηνιαῖος λεγόμενος πυρὸς ὑπὸ τοιούτων ὄμβρων ἐκτρέφεσθαι ἔοικε τῶν ἐαρινῶν.

XXVIII. Τῶν λιμωττόντων τοὺς πόδας φησὶ παχύνεσθαι, τὸ δ' ἄλλο σῶμα λεπτύνεσθαι. Καὶ εἷς νόμος ἦν Ἐφεσίων, μὴ ἐξεῖναι πατρὶ παῖδας ἀποθέσθαι ἕως ἂν διὰ λιμὸν παχυνθῇ τοὺς πόδας. (2) Ἴσως δὲ

post Pleiadis occasum et ante solstitium hibernum seruntur, septimo jam die, in Ægypto autem vel tertio, procrescunt: at quæ post solstitium seruntur, vix triplo majore tempore. Adeo utilius est pluviam sequi quam antecedere. Antiqui vero maturius etiam serebant, ut apparet ex initiationibus Eleusiniis; in quibus dicebatur.....

XXIV. (*Idem ib.* 421.) *Mortarium tripedale.* Copiosus hoc loco est *Plutarchus* refellens eos qui Hesiodum propter minutam diligentiam rident: dicens et Platonem disseruisse de instrumentorum vasorumque justa in domibus dispositione; et Lycurgum de fabrica januarum constituisse ne fieret nisi duobus instrumentis, securi et serra, neque ulla ornamenti varietas adderetur. Igitur Hesiodum quoque probandum esse tradentem mensuras mortarii, pilæ, axis, mallei. (2) Atque antiquos magnam harum rerum rationem duxisse; et ex earum inventoribus Pamphum coluisse, qui lucernam invenisset, ejusque lucem in consuetudinem induxisset, et proprium ejus ad rem sacram usum docuisset; et populum Pittheensium hoc nomine condecorasse, quod doliorum (πίθων) figlinam excogitassent. Itaque non sumptuositatem, sed rerum necessariarum, etiamsi viles sint, comparationem in admiratione ponendam esse.

XXV. (*Idem ib.* 425.) Dentale igitur jubet fieri iligneum, addens, *sive in agro si invenias, sive in monte, iligneum.* Neque enim facilis inventu est ilex in Bœotia, ut ait *Plutarchus*, et qui dentalia fabricantur, loco ilignei, ulmeo utuntur ligno.

XXVI. (*Idem ib.* 428.) Dentale igitur sit iligneum; stiva autem e lauro aut ulmo; ita enim non putrescet. Ejus vim putredini adversariam significavit nomine ἀκιώτατον: cujus rationem explicuit *Plutarchus*, dicens, esse parvulum quodam animal, nomine κίς, peredens ligna: quod et Pindarum ita nominare, ubi de auro dicit

Id nec tinea nec cis domat,

quippe quod immune sit a putredine. Hæc igitur animalia nascuntur in dulcibus ac mollibus lignis: at laurus et ulmus habent amarissima ligna.

XXVII. (*Idem ib.* 483.) Ignoscendum est Hesiodo, quod ὁπλὴν, ungulam, de bove dixit, genere pecudis quod non individuos, sed dividuos habet pedes. Laudandum contra, quod sufficientis imbris signum idoneum iis qui in bobus et aratris occupantur, invenit. (2) Talem autem imbrem utilem esse confirmatur etiam inde, quod Sicilia ferax est frugum, quæ plurimos accipit vernos imbres: tum inde, quod aqua, tunc temporis tepefacta, lenis accidit terræ, et teneris frugibus accommodata: denique inde, quod nonnulli qui sub tempus æquinoctii verni [quod est die Martii XXI] sementem fecerunt, iidem magnam frugum copiam messuerunt; nam triticum quoque trimestre dictum ejusmodi imbribus vernalibus ali ac produci videtur.

XXVIII. (*Idem ib.* 494.) Esurientium pedes ait crassescere, reliquum corpus macrescere. Est etiam lex quædam Ephesiorum, ne liceat patri deponere natos antequam fame pedes ejus crassescant. (2) Fortasse autem significat

καὶ τὴν ἀπὸ καθίσεως καὶ ἀργίας πάχυνσιν δηλοῖ τῶν ποδῶν· γίνεται γὰρ τοῦτο τοῖς ἐπὶ πολὺ καθημένοις. Ἐὰν οὖν ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς οἴκοις ἀργὸς καθιζάνῃς, λεπτῇ χειρὶ διὰ λιμὸν τοὺς παχεῖς ὄντας πόδας πιέσεις. (3) Ἔοικε δὲ καὶ ἡ ἐν τοῖς λιμοῖς πάχυνσις εἶναι κατὰ φύσιν, ὡς ὁ Πλούταρχος· δεῖται γὰρ τὸ ἐν ἡμῖν θερμὸν, ἵνα μένῃ, τῆς ἔξωθεν τροφῆς, ἣν οὐ δεχόμενον δαπανᾷ τὸ σῶμα, καὶ αὐτοῦ τι ἀποσπᾷ· δι' ἀσθένειαν δὲ ἀδυνατοῦν ἀλλοιῶσαι τὸ ἀποσπώμενον, ἄπεπτον ὂν ἀφίησι· καὶ αὐτὸ μὲν τὰ μέσα καὶ τὰ ἄνω λεπτύνει τοῦ σώματος, ἐν οἷς ἐστὶ τὸ πλεῖον· ἐκεῖνο δ' ἄρα τὸ ἄπεπτον εἰς τὸ κάτω φέρεται, καὶ οὕτω δὴ παχύνει τοὺς πόδας.

XXIX. Πλούταρχος οὐδένα φησὶ μῆνα Ληναιῶνα Βοιωτοὺς καλεῖν· ὑποπτεύει δὲ ἢ τὸν Βουκάτιον αὐτὸν λέγειν, ὅς ἐστιν ἡλίου τὸν αἰγόκερων διιόντος, καὶ τὸ βούδορα τῷ Βουκατίῳ συνάδειν, διὰ τὸ πλείστους ἐν αὐτῷ διαφθείρεσθαι βόας· ἢ τὸν Ἑρμαῖον, ὅς ἐστι μετὰ τὸν Βουκάτιον καὶ εἰς ταυτὸν ἐρχόμενος τῷ Γαμηλιῶνι, καθ' ὃν τὰ Ληναῖα παρ' Ἀθηναίοις· Ἴωνες δὲ τοῦτον οὐδ' ἄλλως, ἀλλὰ Ληναιῶνα καλοῦσι. (2) Τοῦτον οὖν ὡς ψυχρὸν κελεύει φυλάττεσθαι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις μησὶ τὰς ἐξαπίνης γινομένας πηγάδας, αἳ δὴ γίνονται πήξεις τῶν ὑδάτων τοῦ Βορέου πνεύσαντος, ἃς οὐ ῥᾴδιον ὑπομεῖναι διὰ τὴν σφοδρότητα τῆς πήξεως.

XXX. « Ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἴφι κταμένοιο Ἄρμενα δήσασθαι, πίλοις ἔντοσθε πυκάσσας. » Ἐκ βοείων δερμάτων εἶναι κελεύει τὰ ὑποδήματα, καὶ τούτων τῶν ἰσχυρῶν· τοιαῦτα δὲ εἶναι τὰ τῶν σφαγέντων βοῶν, ἀλλ' οὐ τὰ τῶν αὐτομάτως ἀποθανόντων. Εἰκότως· ἀποθνήσκουσι μὲν γὰρ ἢ νοσήσαντες, ἢ γηράσαντες, ὥστε ἠσθενηκότες· τῶν δὲ σφαγέντων ἡ ἐν τοῖς δέρμασιν ἐνοῦσα δύναμις μένει. (2) Δεῖν οὖν ἐκ τούτων εἶναι τὰ ὑποδήματα· δεῖν δὲ καὶ πίλοις ἔνδοθεν χρῆσθαι συμφύεσθαι τοῖς ποσὶ δυναμένοις καὶ μειζόνως ἀλεαίνειν· τὰ γὰρ ἄκρα μείζονος δεῖται βοηθείας, ὡς πορρώτερον ὄντα τοῦ μέσου, ἐν ᾧ τὸ ἔμφυτον θερμόν.

XXXI. « Ταῦτα φυλασσόμενος.... » Τοῦτον καὶ τοὺς ἑξῆς δύο διαγράφει Πλούταρχος. Δηλοῦσι δὲ χρῆναι δι' ὅλου τοῦ ἔτους βλέπειν εἰς τὰς νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας καὶ πρὸς ταύτας ἰσοῦν τὰ ἔργα, ἕως ἂν μετὰ τὸν σπόρον ἡ ὥρα ἀφίκηται τῆς καρπῶν συλλογῆς. Τούτων δὲ διαγραφέντων ἀκόλουθα τὰ ἑξῆς ἤ.

XXXII. « Ἠὼς ἥτε φανεῖσα πολέας ἐπέδησε κελεύθου Ἀνθρώπους... » Ταῦτα περὶ τῆς ἐν τῷ ὄρθρῳ σπουδῆς· ὡς οἵ γε τοῦτον τὸν καιρὸν ἄπρακτοι, καὶ τὴν ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσι τῆς ἡμέρας ἀμβλύνουσι συντονίαν. Τὸν μὲν οὖν Ὁμηρόν φησιν ὁ Πλούταρχος ἐπιθέτοις εἰς τέρψιν εὐδοκιμοῦσι τὴν ἡμέραν κοσμῆσαι, κροκόπεπλον αὐτὴν λέγοντα καὶ ῥοδοδάκτυλον· τὸν δὲ Ἡσίοδον μειζόνως ἀπὸ τῶν ἔργων, ἐφ' ἃ δὴ προῖοῦσα κινεῖ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἀπὸ τῆς ἐκλύσεως εἰς τὴν ἐνεργὸν μεθίστησι ζωήν.

crassitiem pedum a sedendo et pigrendo profectam: hoc enim iis accidit qui diu sedent. Quodsi ergo in tepidis domibus piger desideas, propter famem tenui manu crassos pedes premes. (3) Videtur vero etiam naturalibus de causis oriri illa in fame crassities, ut *Plutarchus* exponit. Nam calor corporis nostri internus ut maneat, opus habet alimento extrinsecus: quod alimentum si calor non accipit, consumit corpus et ejus aliquam partem detrahit: et quum propter infirmitatem non possit concoquere et mutare detractam illam partem, eam nondum concoctam dimittit. Itaque calor medias et superiores corporis regiones reddit macras, quippe in quibus major ipsius est copia: illa vero pars, quam nondum concoctam dimisit, ad regiones corporis inferiores defertur, atque sic pedes crassos reddit.

XXIX. (*Idem ib.* 502.) *Plutarchus* ait, Bœotios nullum e mensibus vocare Lenæonem: suspicatur vero Hesiodum significare Bucatium, qui est sole Capricornum permeante, et bovium excoriationem (βούδορα) huic mensi ab occisis bobus vocato convenire, propterea quod plurimi tunc pereunt boves: aut Hermæum, qui proximus est ab illo mense, et in idem spatium incidit atque Atheniensium Gamelion, quo Lenæa aguntur: neque hunc Ionas aliter quam Lenæonem vocant. (2) Hunc igitur mensem ut frigidum vitare jubet, et in aliis mensibus gelantia frigora, quæ subito exsistunt, flante Aquilone vento, et aquas glacie constringunt: quæ frigora facile tolerari nequeunt propter vehementiam congelationis.

XXX. (*Idem ib.* 539.) *Circum pedes, calceos bovis fortiter occisi Aptos ligato, pilis intus condensans.* Calceos facer monet e pellibus bovinis, iisque robustis: hujusmodi autem sunt pelles cæsorum bovium, non item sua sponte mortuorum. Et recte quidem. Moriuntur enim vel morbo, vel senectute, quorum utrumque est infirmitatis: at cæsorum in pellibus, quæ inest, vis manet. (2) Ergo ex his calceos faciendos esse ait; intrinsecus etiam utendum pilis qui pedibus adhærere possint et majorem addant calorem. Nam extremæ corporis partes majore opus habent auxilio, ut quæ longius distent a medio, ubi consistit innatus calor.

XXXI. (*Idem ib.* 559.) *Hæc observans....* Hunc et duos sequentes versus delet Plutarchus. Declarant autem oportere per totum annum respicere dies ac noctes, ad earumque modum accommodare opera; donec post sementem tempus colligendarum frugum advenerit. His versibus delctis, antecedentia cum sequentibus apta nexaque erunt.

XXXII. (*Idem ib.* 578.) *Aurora, quæ apparens multos in viam producit Homines* Hæc dicuntur de operum matutino tempore faciendorum studio: quippe efficaciam reliquarum diei partium retundunt qui matutino tempore nil agunt. Et Homerus quidem, inquit *Plutarchus*, diem ornat cognominibus ad oblectationem illustribus, vocans *croceis peplis indutam, et roseis digitis præditam:* at Hesiodus majus quid spectans, eam illustrat significatione operum, ad quæ opera oriens progrediensque dies excitat homines, eosdemque ab remissione iterum ad actuosam vitam convertit.

XXXIII. « Μαχλόταται δὲ γυναῖκες... » · ὡς ψυχρότεραι τὴν κρᾶσιν, καὶ διὰ τοῦτο βράδιον ὀργῶσαι ἀναθερμαινόμεναι. Οἱ δὲ ἄνδρες ἀφαυρότεροι διὰ τῆς ἔξωθεν θέρμης ἀφαυαινόμενοι, φύσει θερμότεροι ὄντες καὶ ξηρότεροι τῶν γυναικῶν. (2) Τοιαῦτα δὲ καὶ τὸν Ἀλκαῖον ᾄδειν·

Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται,
ἁ δ' ὥρα χαλεπά,
ἀχεῖ δ' ἐκ πετάλων ἀδέα τέττιξ,
ἀνθεῖ δὲ (καὶ) σκόλυμος· νῦν δὲ γυναῖκες μιαρώταται,
λεπτοὶ δέ τοι ἄνδρες, ἐπεὶ κεφαλὰν
καὶ γόνυ Σείριος ἄζει.

XXXIV. Ἐργάτῃ μὲν ἡ τροφὴ πρέπουσα πληροῦν βοείων κρεῶν τὴν γαστέρα, καὶ ἐν σκιᾷ δὲ καθήμενον καὶ ὑπὸ τοῦ ζεφύρου καταπνεόμενον, πίνειν ἐπὶ τῇ κρεωφαγίᾳ, μίξαντα κρηναῖον ὕδωρ τῷ οἴνῳ, τρία μέτρα πρὸς ἕν· οὐ γὰρ διαρρέουσιν ἀνθρώποις γράφει δίαιταν, ἀλλ' ἐκπονοῦσι τὴν γῆν καὶ αὐτουργοῖς καὶ βιωτικοῖς· τοῖς γὰρ τοιούτοις οὐδὲν προσφορώτερον τῆς ἰσχυρᾶς καὶ δυσφθάρτου ταύτης τροφῆς, οὐ χιόνων δεομένοις οὐδὲ ῥιπιδίων, ἀλλὰ φυσικῆς εὐπνοίας, οἷος ὁ ἀκραὴς ζέφυρος, καθαρὸς ὢν ζέφυρος· τὰ γὰρ βόρεια λήγοντα συνάπτεται τοῖς δυτικοῖς πνεύμασι. (2) Τὸ δὲ ταύτην ἐπαινέσαι τὴν κρᾶσιν τοῦ οἴνου καὶ τοῦ ὕδατος, ἄτοπον εἶναι δοκεῖ· λέγεται γὰρ

ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρί', ἢ μὴ τέσσαρα·

τὸ δὲ τρία μιγνύναι πρὸς ἕν, τοιοῦτον εἶναι δοκεῖ. Ἀλλ' ἐκεῖναι μὲν αἱ κράσεις, δύο πρὸς ἕν, καὶ τριῶν πρὸς δύο, κατὰ λόγους διπλάσιον καὶ ἡμιόλιον, τοὺς ἡγεμόνας τῶν πολλαπλασίων καὶ ἐπιμορίων, εἰς μέθην εἰσὶ πινόντων· αὕτη δὲ σωφρόνως πινόντων. (3) Καὶ μὴν καὶ περὶ ὕδατος ἄλλοι μὲν γράφουσιν εἰς σταθμὸν ἀποβλέποντες ἐκλεγόμενοι τὸ κουφότερον· καί τινες καὶ ὑδροστάτας κατασκευάζουσι, δι' ὧν τὸ βαρὺ καὶ κοῦφον ὕδωρ κρίνουσι· καίτοι πολλαχοῦ κοῦφον μέν ἐστι, πονηρὸν δέ, ὡς ἐν Χαλκίδι Πλούταρχος ἱστορεῖ τὸ τῆς Ἀρεθούσης· οἱ δὲ καὶ τὸ ῥᾳδίως οἴνῳ κεραννύμενον δοκιμάζουσιν ὕδωρ ἄριστον, πολλῆς δεόμενον πείρας καὶ διαφόρων οἴνων, εἰς τὸ μὴ φωραθῆναι τοιοῦτον ὄν· ἄλλοι δὲ εἰς κεράμειον ποτήριον ὕδωρ ἐμβαλόντες ἐῶσι δι' ὅλης μεῖναι νυκτὸς, εἶτα γενομένης ἡμέρας ὁρῶσιν εἴ τινα ἐντὸς τῆς κύλικος ἔχει γεώδη περιφέρειαν συστᾶσαν καὶ μελανίζουσαν· καὶ τοῦτο σημεῖον τίθενται τῆς τοῦ ὕδατος φαυλότητος, οὐδ' οὗτοι πεῖραν παραδιδόντες εὐπόριστον. (4) Πάντων δὴ οὖν τῶν τοιούτων ἁπλούστερον ὁ Ἡσίοδος κελεύει τῷ γεωργικῷ, μιγνύναι τῷ οἴνῳ ὕδωρ ἐκ κρήνης ἀπορρύτου, ἵν' ᾖ κινούμενον καὶ λεπτὸν καὶ ἀθόλωτον, ἀλλὰ μὴ γεῶδες.

XXXV. « Ὥσπερ ἐμός τε πατὴρ... » Ταῦτα καὶ τὰ ἑξῆς εἰς ζῆλον ἀνεγείρει τοῦ πατρὸς τὸν Πέρσην, εἰ μὴ γεωργεῖν ἐθέλοι, ναυτίλλεσθαι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἐκ τῆς Κύμης (μία δὲ αὕτη τῶν Αἰολίδων πόλεων) ἥκειν εἰς Βοιωτίαν, διὰ τὸ βίον ἐθέλειν ἑαυτῷ περιποιήσασθαι, οὐ πλοῦτον φεύγοντα, ἀλλὰ πενίαν· καὶ οἰκῆσαι

XXXIII. (*Idem ib.* 584.) *Salacissimæ autem mulieres*...., utpote frigidioris temperamenti, et idcirco tardius ad coitum turgentes, licet calefactæ. At viri sunt imbecilliores, quippe externo calore adusti, natura sua calidiores siccioresque mulieribus. (2) Similia quoque Alcæum canere dixit :

Pulmones madefac vino; nam astrum vertitur,
tempus autem est grave,
et sonat e foliis suaviter cicada,
floret scolymus : nunc improbissimæ sunt mulieres
viri vero imbecilles; quippe caput
et genua Sirius siccat.

XXXIV. (*Idem ib.* 589.) Victu conveniente ita utetur agricola, si bubula carne ventrem implet, comesis carnibus, in umbra sedens, perflante Zephyro, vinum bibat temperatum fontana aqua, tribus aquæ mensuris ad unam vini admixtis. Neque enim Hesiodus victum scribit hominibus luxu diffluentibus, sed terram sua ipsorum opera excolentibus, et ad vitæ necessitates expeditis atque industriis. Hujusmodi enim hominibus nil magis conducit quam talis cibus robustus nec facile corrumpendus, non indigentibus nive neque flabellis, sed naturali ventilatione, qualis est *sincerî nec mixti* Zephyri, qui purus est Zephyrus. Nam septentriones venti desinentes adjungunt se occidentalibus ventis. (2) Quod autem poeta hoc vini et aquæ temperamentum laudat, ineptum esse videtur; dicitur enim proverbii loco,

Aut quinque bibe, aut tria, aut non quattuor.

Atqui tria aquæ pocula ad unum vini admiscere, tale videtur esse, quale in illo proverbio *quattuor*. Sed illa quidem temperamenta, duorum aquæ ad unum vini, et trium aquæ ad duo vini, quæ temperamenta quum in ratione duplici et sesquialtera, et ipsæ hæ rationes quum censeantur principes rationum multiplicium et superparticularium, sunt sane eorum qui ad ebrietatem bibunt. Illa autem Hesiodi ratio, trium ad unum, est sobrie bibentium. (3) Ceterum etiam de aqua alii scribunt præcepta ad pondus respicientes, eligentes leviorem : quidam etiam libras conficiunt, quibus leviorem gravioremque aquam ponderando discernant. Quamquam multis in locis reperitur levis aqua, sed eadem tamen prava : cujusmodi in Chalcide fontis Arethusæ aqua, de qua memoriæ prodidit *Plutarchus*. Alii eam probant aquam ut optimam, quæ facillime cum vino commiscetur : quorum ratio multa experimenta et varia postulat vina, ut deprehendatur si forte talis non sit aqua. Alii aquam in figlinum poculum infundunt et per noctem stare sinunt, postridie vident an circum interius poculum orbis quidam constiterit terrenus et nigrans; idque si accidit, signum faciunt pravitatis aquæ : neque hi facilem experimenti rationem tradentes. (4) His igitur omnibus multo simplicior Hesiodi ratio, jubentis agriculturæ studiosum admiscere vino aquam ex fonte defluente : ut aqua sit et motu agitata, et tenuis, et illimis, nec terrenæ quid faecis habens.

XXXV. (*Idem ib.* 631.) *Ut meus quoque pater*.... Hæc et sequentia Persen excitant ad imitationem patris : ut naviget, nisi agrum colere velit. Nam et pater Cyma, quæ est una urbium Æolidis, venit in Bœotiam, ut sibi victum quæreret, fugiens non divitias, sed paupertatem : et habitavit in miserrima illa urbicula Ascra, et æstatis et

τοῦτο δὴ τὸ λυπρότατον πολίχνιον, τὴν Ἄσκρην χαλεπὴν καὶ θέρους ὥρᾳ καὶ χειμῶνος. (2) Κεῖται μὲν οὖν ὑπὲρ τὴν ὁδὸν, ἣν βαδίζουσιν οἱ ἐπὶ τὸ Μουσεῖον ἀπιόντες, ἡ Ἄσκρη. Τοῦ δὲ Ἑλικῶνος ἐκκειμένου τοῖς ἀνέμοις, καὶ θαυμαστὰς μὲν ἀναπαύλας ἔχοντος ἐν θέρει, δυσηνέμου δὲ ὄντος ἐν χειμῶνι, τὴν Ἄσκρην ἐν τῷ μεσημβρινῷ κειμένην τοῦ ὄρους, τῆς μὲν ἐκ τῶν ἀνέμων ἀπολαύειν βίας, ἐν δὲ τῷ θέρει τὸ εὔπνουν μὴ ἔχειν. (3) Ἀοίκητον δὲ αὐτὸ ὁ Πλούταρχος ἱστορεῖ καὶ τότε εἶναι, Θεσπιέων ἀνελόντων τοὺς οἰκοῦντας, Ὀρχομενίων δὲ τοὺς σωθέντας δεξαμένων· ὅθεν καὶ τὸν θεὸν Ὀρχομενίοις προστάξαι τὰ Ἡσιόδου λείψανα λαβεῖν καὶ θάψαι παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησὶ γράφων τὴν Ὀρχομενίων πολιτείαν.

XXXVI. Ταῦτα πάντα περὶ τῆς Χαλκίδος, τοῦ Ἀμφιδάμαντος, καὶ τοῦ ἄθλου, καὶ τοῦ τρίποδος, ἐμβεβλῆσθαί φησιν ὁ Πλούταρχος οὐδὲν ἔχοντα χρηστόν. Τὸν μὲν οὖν Ἀμφιδάμαντα ναυμαχοῦντα πρὸς Ἐρετριέας ὑπὲρ τοῦ Ληλάντου ἀποθανεῖν· ἆθλα δὲ ἐπ' αὐτῷ καὶ ἀγῶνες ἐγένοντο τελευτήσαντος παρὰ τῶν ἑαυτοῦ παίδων· νικῆσαι δὲ ἀγωνιζόμενον τὸν Ἡσίοδον καὶ ἆθλον μουσικὸν τρίποδα λαβεῖν, καὶ ἀναθεῖναι τοῦτον ἐν τῷ Ἑλικῶνι, ὅπου καὶ κάτοχος ἐγεγόνει ταῖς Μούσαις, καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τούτῳ θρυλλοῦσι. (2) Πάντα οὖν ταῦτα ληρώδη λέγων ἐκεῖνος, ἀπ' αὐτῶν ἄρχεται τῶν εἰς τὸν καιρὸν τοῦ πλοῦ συντεινόντων, ἥματα πεντήκοντα.

XXXVII. « Μηδὲ κασιγνήτῳ. » Τὴν κατὰ φύσιν ἡμῶν σχέσιν πρὸς ἀλλήλους τῆς κατὰ προαίρεσιν εἶναι τιμιωτέραν φησὶν οὗτος ὁ λόγος. Καὶ γὰρ τὴν μὲν ἀποθέσθαι, ἐφ' ἡμῖν· τῆς δὲ τὸν δεσμὸν ἐπήγαγε τὸ πᾶν αὐτὴν φυλάττειν βέβαιον· δεῖν οὖν μείζονα τιμὴν νέμειν ἀδελφοῖς ἢ ἑταίροις· καὶ γὰρ καὶ τοῖς πατράσιν οὕτω φίλα πράξομεν, οὓς δεῖ μετὰ θεοὺς τιμᾶν ὡς ἀγάλματα, φησὶν, ὄντας ἐφ' ἑστίᾳ θεῶν. Οὕτω δὲ καὶ τὴν οἰκείαν πόλιν τινὲς εἶπον ἐγγιωτέραν τῆς μὴ οἰκείας, κἂν μᾶλλόν τις ἐν ταύτῃ τυγχάνῃ τιμώμενος, διὰ τὴν κατὰ φύσιν σχέσιν. (2) Καὶ ὀρθῶς ὁ Παναίτιος, πολίτην αὐτὸν Ἀθηναίων ποιεῖσθαι σπευδόντων, εἶπεν, τῷ σώφρονι μίαν πόλιν ἀρκεῖν. Καὶ ὁ τῶν Σπαρτιατῶν βασιλεὺς πρὸς τὸν Ἀρκάδα τὸν ξένον, εἰπόντα πρὸς αὐτὸν, ὅτι φιλολάκων οἶκοι καλοῖτο, Κάλλιόν τοι, εἶπεν, εἰ φιλόπολις ἐκαλοῦ μᾶλλον ἢ φιλολάκων. Οὕτως αἱ κατὰ φύσιν ἡμῶν σχέσεις παρὰ πᾶσι τῶν κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκοῦσι κρείττους. (3) Δεῖν μὲν οὖν τὸν ἀδελφὸν τοῦ ἑταίρου πάντως ἐπὶ μείζονος ἄγειν σπουδῆς· τούτῳ δὲ ἀκόλουθον τὸ ἐξῆς, ὅτι εἴ τινα ποιησόμεθα φίλον, ἀπροσκρούστους εἶναι δεῖ πρὸς αὐτόν. Καὶ γὰρ ἡ τῶν Πυθαγορείων παραίνεσις, οὐχ ὅτι προτέρους ἁμαρτάνειν εἰς φίλον διακωλύσειεν ἄν, ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ φίλου ἁμαρτήματα ὑπομένειν καὶ φέρειν, ἕως ἂν δυνώμεθα, παρακελεύεται. Καὶ ἔχει τὸ παράγγελμα πρὸς τῇ ἄλλῃ δικαιοσύνῃ καὶ τὸ ἔμφρον· εἰκὸς γὰρ ἡμᾶς καὶ θαρρήσαντας τυγχάνειν τινὰ

hiemis tempore molesta. (2) Et sita est Ascra supra viam quam ii qui ad Musarum templum abeunt, ambulant Sed Helicon mons, ut ventis expositus, pulcherrima habet refugia ac diversoria æstate; hieme a ventis infesta tur. Ejus igitur montis in meridiano latere sita Ascra ventorum vehementia vexatur; nec tamen æstate eorum lenitatem ac refrigerationem percipit. (3) Eam desertam sua jam ætate fuisse prodit *Plutarchus*, postquam Thespienses Ascræos interfecissent, eorum autem reliquos Orchomenii recepissent: quare deum Orchomenios jussisse accipere Hesiodi ossa et apud se sepelire, ut scribit Aristoteles in Orchomeniorum republica.

XXXVI. (*Idem ib.* 648.) *Plutarchus* dicit totum hoc de Chalcide, Amphidamante, certamine, tripede, ab aliena manu adjectum esse; quippe quod nullam habeat utilitatem. Nam Amphidamantem navali prœlio adversus Eretrienses de Lelanto dimicantem cecidisse: in ejusque honorem filios ejus certamina ac præmia posuisse: Hesiodum item in carminis certamen descendisse, musicum victoriæ præmium tripedem reportasse, eumque in Helicone monte consecrasse, ubi primum a Musis instinctus fuisset: inscriptionem adeo tripedis vulgo jactari. (2) Totum igitur hunc locum ille nugatorium judicans, incipit ab ipsis iis versibus, quorum argumentum est de opportunis temporibus: Ἥματα πεντήκοντα, *dies quinquaginta*, etc.

XXXVII. (*Idem ib.* 705.) *Neque fratri.* Hesiodei loci hæc est sententia, naturalem relationem inter homines præstantiorem esse quam adscititiam. Nam hanc deponere, in nostra est potestate: illius autem vinculum induxit *ipsa natura*, ut nobis quovis modo firmiter tenendum sit. Igitur Hesiodus monet majorem tribuendum esse honorem fratribus quam sodalibus. Ita enim et parentibus gratificabimur, quos secundum deos, ut signa deorum ad focum posita, colere debemus, ut ille dixit. Eadem ratione nonnulli dixerunt, propriam et suam cuique patriam esse propinquiorem quam alienam, quamvis in hac magis honoretur: idque propter naturæ vinculum. (2) Et recte Panætius, quum Athenienses eum civem facere studerent, dixit « sobrio ac temperanti homini unam satis esse civitatem. » Et Spartanorum rex, quum hospes Arcas dixisset se domi apud suos vocari Laconum amicum, respondit: Pulchrius erat, si te patriæ potius quam Laconum amicum vocarent. Adeo apud omnes homines, conjunctiones naturales adscititiis præstantiores habentur. (3) Itaque et Hesiodus præcipit, fratrem majore afficere honore quam sodalem. Huic consentaneum est sequens præceptum, sine offensione amicitiam esse servandam cum iis quos semel amicos assumpserimus. Nam et Pythagorei monent nos, amicorum peccata ferre ac tolerare quousque possimus, non eo contentos ut nos vetent priores peccare adversus amicos. Et habet sane hoc præceptum cum reliqua justitia etiam prudentiam. Consentaneum est enim, nos quoque aliquid amico fidentius commisisse; ut nil nos contra eum, quod

τῷ φίλῳ, καὶ δεῖ μηδὲν εἰς αὐτὸν ποιεῖν λύον τὴν σχέσιν.

XXXVIII. « Εἰ δὲ σέγ' ἄρχῃ. » Τοῦτο κινητικόν ἐστι τοῦ ἀμυντικοῦ τῆς ψυχῆς· δεῖν γάρ φησιν, ἐὰν ἐκεῖνος προκατάρχῃ λόγων ἡμῖν ἀποθυμίων ἢ ἔργων, ἐπεξιέναι, διπλασίοις τιννύμενον καὶ ἀμυνόμενον. Ἐχθρὸν γὰρ αὐτὸν ἀντὶ φίλου τιθέναι χρῆναι καὶ ποιεῖν ὡς ἐχθρὸν κακῶς, ὡς μὴ φυλάξαντα τὰ φιλικὰ καθήκοντα. (2) Σιμωνίδης γοῦν ταύτην εἶναι δικαιοσύνην ὡρίσατο, τοὺς φίλους εὖ ποιεῖν· ἄμεινον δὲ ὁ Πυθαγόρειος λόγος, εἰπὼν χρῆναι φέρειν τὰ ἁμαρτήματα τῶν φίλων εἰς δύναμιν.

XXXIX. « Εἰ δέ κεν αὖθις Ἡγῆτ' ἐς φιλότητα. » Καὶ ἀμύνασθαι τὸν ἁμαρτάνοντα παραινεῖ, καὶ προσιόντα μὴ ἀτιμάζειν· καὶ μάλιστα εἰ ἑαυτῷ δίκην τινὰ ἐπάγειν ἕτοιμος εἴη τοῦ ἁμαρτήματος· δῆλος γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ καταψηφισάμενος καὶ ἐν μεταμελείᾳ γεγονὼς, ὥστ' εἰκὸς αὐτὸν μηκέτι ταυτὸν παθεῖν. (2) Κοινὸν δὲ ἁπλῶς ἐπέθηκε παράγγελμα τοῖς περὶ φιλίας λόγοις, τὰς εὐχερεῖς μεταβολὰς τῶν φίλων ἀνθρώποις ἀθλίοις οἴεσθαι πρέπειν· εἰσὶ δὲ ἄθλιοι πάντες οἱ τῶν θεσμῶν ὑπερόπται τῶν εἰς κοινωνίαν συντεινόντων, ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ περὶ τὰς τῶν φίλων καταστάσεις. Ὅτι μὲν οὖν τὸ μεταβάλλειν τὰς φιλίας ἄτοπον, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἄθλιον, εἶπε καὶ αὐτός. (3) Πλάτων δὲ καὶ τῆς φρουρᾶς τῆς περὶ φιλίαν εἰκόνα παραδέδωκε· τὰς μὲν ἡμετέρας εἰς τοὺς φίλους εὐποιίας μικροτέρας ἡγεῖσθαι τῶν φίλων, τὰς δὲ ἐκείνων εἰς ἡμᾶς μείζους ἐκείνων. Τούτῳ δὲ ὅμοιον καὶ τὸ τὰ μὲν ἡμέτερα εἰς τοὺς φίλους [ἁμαρτήματα] μείζω κρίνειν ἢ ἐκεῖνοι νομίζουσι, τὰ δ' ἐκείνων εἰς ἡμᾶς ἐλάττω νομίζειν ἢ ἐκεῖνοι κρίνουσι. Ταῦτα φυλάττοντες ἀσάλευτον τὴν φιλίαν φυλάξομεν. Φησὶν οὖν ὁ Ἡσίοδος παραινῶν ἀφαιρεῖν τὴν εὐχέρειαν, « σὲ δὲ μήτι νόον κατελεγχέτω εἶδος. »

XL. « Μηδὲ πολύξεινον. » Τὸ μὲν μήτε πολύξεινον εἶναι μήτ' ἄξεινον, ὅρον ἐπιτίθησι μετὰ τὰς φιλικὰς παραινέσεις ταῖς περὶ τοὺς ξένους ἡμῶν σπουδαῖς, μήτε δι' εὐχέρειαν πλῆθος εἰσδέχεσθαι ξένων κελεύων, μήτε δι' ἀγριότητα πρὸς πάντα ξένον ἀποκλείειν τὸν οἶκον. (2) Τὸ δὲ μήτε κακοῖς συγκολλᾶν ἑαυτὸν, μήτ' εἰς τοὺς ἀγαθοὺς ὑβρίζειν, καὶ Πλάτωνος κρατύναντος τὴν κρίσιν· αὐτὸς γοῦν ἐστιν ὁ λέγων ἐπ' οὐδενὶ τὸν θεὸν οὕτω νεμεσᾶν, ὡς ἐπὶ τῷ τὸν ὅμοιον αὐτῷ ψέγειν, ἐπαινεῖν δὲ τὸν ἀνόμοιον· θεῷ δὲ ὁ ἀγαθὸς ὅμοιος, ὃν οὐ δεῖ νεικεῖειν, ὁ δὲ κακὸς ἀνόμοιος, ὃν οὐ δεῖ ἀσπάζεσθαι.

XLI. « Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος. » Ὁ μὲν θησαυρὸς τῆς γλώττης ἐστὶν ἡ κρύψις τῶν νοημάτων ἡ ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ τῶν φαντασιῶν τῶν μὴ γενομένων ἐκφόρων ὑπὸ τῆς γλώττης προπετῶς κινουμένης· δεῖ γὰρ τὴν κίνησιν ἐπιμετρεῖν τῇ γλώσσῃ, καὶ τὸν καιρὸν τῆς κινήσεως, ἀλλ' οὐ ταύτην κυρίαν εἶναι ἑαυτῆς. Τὸ δὲ πλείστην μὲν αὐτῆς εἶναι χάριν μετρίας οὔσης, ἀρχὴν δὲ γίνεσθαι μειζόνων καὶ ἀλγει-

nostram cum eo conjunctionem solvat, suscipere debeamus.

XXXVIII. (*Idem ib.* 707.) *Si vero initium fecerit in te.* Hoc pertinet ad movendam eam animæ partem, cujus est defensio ac propulsatio injuriæ. Dicit enim oportere, si quidem frater nobis prior infestum aut sermonem objecerit aut factum intulerit, ulcisci, et duplum ei reponere puniendo ac propulsando. Jam enim, non amicum, sed inimicum censere eum debemus, eique ut inimico male facere, quippe qui amicitiæ officia non servaverit. (2) Simonides quidem ita definivit justitiam, ut amicis bene faciamus. Rectius vero Pythagoreum se habet præceptum, Amicorum peccata, quoad ejus maxime fieri possit, ferenda esse.

XXXIX. (*Idem ib.* 709.) *Si vero rursus Prior venerit ad amicitiam.* Præcipit, et ulcisci peccantem, et redeuntem ad officium non spernere; præsertim si paratus sit sibi ipse quandam imponere pœnam peccati : ita enim apparebit eum se ipsum condemnare, suique pœnitere; nec amplius item peccaturum, credibile erit. (2) Huic de amicitia loco imposuit commune præceptum, ut censeat, levitatem in mutandis amicis esse hominum miserorum. Miseri autem sunt omnes legum contemptores earum quæ ad communionem societatis valent, quarum una etiam est de amicis constituendis. Atque inconstantiam in servandis amicitiis ineptam esse, dixit et ipse Hesiodus; nec simpliciter dixit, sed miseram eam appellavit. (3) Plato vero etiam regulam et modum servandæ amicitiæ tradidit hujus rationis, ut nostra erga amicos beneficia minoris æstimemus quam ab amicis ipsis æstimantur, amicorum autem erga nos majoris. Huic simile est illud, nostra in amicos peccata majora judicare quam putant illi, illorum autem in nos minora putare quam judicant illi. Hæc observantes, inconcussam servabimus amicitiam. Dicit igitur Hesiodus monens fugere levitatem, *Tuum vero ne quid animum coarguat vultus.*

XL. (*Idem ib.* 713.) *Neque multorum hospes.* Expositis amicitiæ officiis, terminum designat studii hospitiorum, ut neque multos habeamus hospites, neque nullum : vetans et per levitatem recipere turbam hospitum et per immanitatem omnibus domum claudere hospitibus. (2) Illud autem, nec parvis hominibus se applicare et adhærescere, nec bonis contumeliam inferre, Platonis etiam est, hoc judicium confirmantis. Hic enim ipse est qui dixit, Deum nullo de facto tantum indignari quantum si ejus similes vituperamus, laudamus dissimiles : Dei autem similis est vir bonus, quem non debemus conviciari; dissimilis malus, quem non debemus amplecti.

XLI. (*Idem ib.* 717.) *Linguæ thesaurus inter homines optimus.* Thesaurus linguæ est occultatio cogitationum animæ, et phantasiarum non foras proditarum a lingua temere mota. Oportet enim nos linguæ addere certam motus mensuram, eique motui dominam præficere non ipsam linguam, sed temporis opportunitatem. Quandoquidem vero plurimum gratiæ parit modestia linguæ, procacitas autem ejus causas affert graviorum molestio-

νοτέρων ἀκουσμάτων τὴν προπέτειαν αὐτῆς, ἄμφω παρέστησε, καὶ ὅτι αἱρετὸν τοῦτο τὸ μόριον, καὶ ὅτι φευκτόν· (2) ὡς Πιττακόν φασι, πέμψαντος αὐτῷ τοῦ Ἀμάσιδος ἱερεῖον καὶ ἀξιώσαντος ἀντιπέμψαι τῶν μορίων αὐτῷ τὸ κάλλιστον ἅμα καὶ χείριστον, ἐξελόντα τὴν γλῶσσαν ἀποστεῖλαι. Καὶ ἔοικεν ἡ φύσις τὸ μὲν τῶν ὀδόντων ἕρκος αὐτῆς θεῖναι πρόσθεν, κατακλείουσα μαλακὴν αὐτὴν οὖσαν καὶ εὐκίνητον· τὸν δὲ ἐγκέφαλον ἄνωθεν (εἶναι), παρ' οὗ τοῦ λόγου τὸ μέτρον αὐτῇ δεῖν ὑπάρχειν ἐνδεικνυμένη.

XLII. « Μηδέποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον Χερσὶν ἀνίπτοισιν. » Τοῦτο καθαρότητός ἐστι παράγγελμα. Πολλὰ γὰρ αἱ χεῖρες τῶν ἀναγκαίων μὲν, ἀκαθάρτων δὲ ποιοῦσιν· εἰς οὖν πρὸς τὸ θεῖον ἐνέργειαν δέονται καθάρσεως, διότι τὸ θεῖον καθαρόν. Δεῖ δὲ τὸ ὅμοιον αὐτοῖς ὑπηρετεῖν· μὴ σπένδειν οὖν μὴ προκαθάραντας τὰς χεῖρας· πολλῷ ἄρα μᾶλλον τῷ ὅλῳ σώματι δεῖ καθαρῶς πράττειν τὰ πρὸς θεούς· ἐκ γὰρ ἀκαθάρτων τῶν ὀργάνων εἰ τιμῴημεν αὐτοὺς, ἀποπτύουσιν ἡμῶν τὰς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἔργοις ἀράς· αὗται γάρ εἰσιν αἱ ἔπαραι ταῖς θυσίαις ἢ ταῖς σπονδαῖς ἐπαδόμεναι. (2) Ἐν μὲν οὖν Σπάρτῃ τοῖς εἰς ἀρχὴν καθισταμένοις οἱ ἔφοροι προεκήρυττον μὴ τρέφειν μύσταξ, ἵνα τοὺς τὸ φαῦλον τοῦτο καὶ εὐτελὲς παραβάντας μειζόνως κολάζωσιν· ὁ δὲ Ἡσίοδος νίπτεσθαι τὰς χεῖρας παραινῶν πρὸ τοῦ σπένδειν, ἐνδείκνυται τὸν περὶ τοῦτο μὴ πεισόμενον, μείζονος ἄξιον εἶναι κατηγνώσεως, ὡς ἀνεπιτήδειον πρὸς παιδείαν.

XLIII. « Μηδ' αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος ἕνδοθεν οἴκου Ἑστίῃ ἐμπελάδον παραφαινέμεν, ἀλλ' ἀλέασθαι. » Ταῦτα τῆς ἀπαιδευσίας ὄντα ἔκγονα, κἂν σμικρὰ ᾖ, δεῖ παραφυλάττειν, καλῶς τοῦ Πλουτάρχου λέγοντος, ὅτι καθάπερ ἐν λόγοις τὸ μὴ σολοικίζειν οὐ θαυμαστὸν, ἀλλὰ τὸ σολοικίζειν καταγέλαστον, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις οὐ τὸ μὴ πράττειν τὰ τοιαῦτα ἐπαινετὸν, ἀλλὰ τὸ πράττειν ἐπονείδιστον· (2) δεῖν οὖν μεμολυσμένον ἀπὸ γονῆς ἀποκρύπτειν τὰ αἴτια τοῦ μολυσμοῦ, καὶ μὴ γυμνοῦν ἐγγὺς τῆς ἑστίας· βωμὸς γὰρ καὶ αὕτη τῶν θεῶν, καὶ καθημερινῶν θυσιῶν καὶ σπονδῶν ὑποδοχή. Μὴ οὖν ἀπογυμνούμενον μολύνειν τὴν ἑστίαν.

XLIV. « Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιρρέκτων. » Θυσίαν ταύτην ὁ Πλούταρχος πρόχειρον καὶ καθημερινὴν εἶπεν ὀρθῶς, ἀφ' ὧν μέλλομεν ἐσθίειν, ἱερὰ πάντα ποιοῦντας διὰ τοῦ ἀπάρξασθαι. Καὶ γὰρ αἱ τῶν ἱερῶν τραπεζώσεις τοῦτο εἶχον· ἀπαρξάμενοι γὰρ ἀπ' αὐτῶν ἐδαίνυντο. (2) Χρῆναι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λουτρῶν τὸ αὐτὸ δρᾶν· ἐλούοντο δὲ περιχεόμενοι κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων· χρῆν οὖν καὶ τούτου πρότερον ἀφορίσαι τι τῆς ἡμετέρας χρήσεως ἱερὸν θεοῖς, καὶ οὕτως τὸ λοιπὸν εἰς τὴν ἀναγκαίαν χρείαν παραλαμβάνειν.

XLV. « Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι. » Μήποτε δὲ κάλλιον ὁ Πλούταρχος, ὅτι μὴ δεῖ τὰ νεογνὰ ἀκίνητα ἐᾶν, καὶ ἀποτίθεσθαι ἐν ἀκινήτοις· ἀσθενέστερα γὰρ

rumque auditionum, utrumque significavit Hesiodus, hanc corporis partem et appetendam et fugiendam esse. (2) Quod item Pittacum declarasse ferunt : cui quum Amasis victimam misisset, ab eoque petivisset, ut ipsi remitteret optimam simul et pessimam victimæ partem; ille linguam exsecuit ac remisit. Itaque natura ab anteriore parte obdidit linguæ septum dentium, ut includeret eam, quippe mollem ac mobilem; a superiore parte imposuit cerebrum, quod ei mensuram orationis indicaret ac dispensaret.

XLII. (*Idem ib.* 722.) *Neque unquam de mane Jovi libato nigrum vinum Manibus illotis.* Hoc munditiei est præceptum. Manus enim multa faciunt necessaria quidem, sed impura. Igitur ad rem sacram indigent purgatione, quia divinum numen est purum. Sed qui diis ministraturus sit, iis debet similis esse, atque, antequam libet, purgare manus : multo itaque etiam magis toto corpore erga deos omnia pure facienda sunt. Quodsi enim eos honoremus cum vasis instrumentisque impuris, respuunt nostras talibus operibus subjunctas precationes : hæ enim sunt nostræ quasi apprecationes quæ ad sacrificia et libationes deinceps adduntur et accinuntur. (2) Et Spartæ quidem Ephori magistratibus, simul atque constituti essent, edicebant ne mystaces, id est barbas infra nares, alerent; ut eos qui leve hoc ac tenue præceptum neglexissent, gravius punirent. Hesiodus autem, qui monet lavare manus ante libationem, ostendit, eum, qui huic monito non obtemperet, majore dignum esse animadversione ut ad institutionem disciplinamque ineptum.

XLIII. (*Idem ib.* 731.) *Neque pudenda semine pollutus intra domum Focum juxta revelato, sed cavelo.* Hos inscitiæ effectus a neglecta liberali eruditione profectos, quamvis parvos, cavere jubet Hesiodus. Quo loco pulchre monet *Plutarchus* : Ut in oratione, inquit, non admiratione dignus est qui solœcismum non facit, sed risu dignus qui eum facit : ita etiam in actionibus, non facere talia non est laudabile, sed facere est reprehendendum : (2) igitur inquinatum coitu oportere causas inquinamenti abscondere nec nudare prope focum : nam et focus est ara deorum, et quotidianorum sacrificiorum libationumque receptaculum. Neque igitur focum, denudantes ista membra, inquinemus.

XLIV. (*Idem ib.* 746.) *Neque a pedatis ollis nondum lustratis.* *Plutarchus* hoc sacrificium recte vocavit promptum et quotidianum, quum omnia, de quibus edere volumus, reddamus sacra, dum eorum primitias diis solvimus. Nam sacrorum in mensas impositiones eodem valebant; quippe eas epulabantur, posteaquam de iis primitias tribuissent diis. (2) Oportere igitur et in lavationibus idem facere : lavabantur autem circumfusa circum caput et humeros aqua : ergo et lavationis aliquam partem segregandam diisque tribuendam esse ut sacram, tum deinde reliquam partem ad necessarium nostrum usum adhibendam.

XLV. (*Idem ib.* 748.) *Neque super immobilibus...* Fortasse autem pulchrius *Plutarchus* dicit, teneros et recens natos infantes non esse relinquendos sine motu, neque deponendos in locis immotis : infirmiores enim ita

γίνεται· κινεῖν δὲ αὐτὰ ὅτι μάλιστα, κἂν ἐπί τινων αὐτά τις καθιζάνῃ, [ἐπὶ] κινουμένων καθιζάνειν καὶ σαλεύειν διὰ τούτων, οἷα τισὶν εὐκίνητα κλινίδια μεμηχάνηται πρὸς τὴν τῶν παιδίων εὐνήν.

XLVI. « Μηδὲ γυναικείῳ λουτρῷ. » Μὴ δεῖν συναπογυμνοῦσθαι ταῖς γυναιξὶ τοὺς ἄνδρας· πρὸς γὰρ τῷ ἀσχήμονι καὶ ἀπόρροιαί τινες ἐκ τῶν γυναικείων σωμάτων καὶ περιττώματα χωροῦσιν, ὧν ἀναπίμπλασθαι τοὺς ἄνδρας μολυσματῶδες ἐστί· καὶ τοῖς εἰς τὸν αὐτὸν ἀέρα εἰσιοῦσι, καὶ τοῖς εἰς τὸ αὐτὸ ὕδωρ, ἀνάγκη τούτων ἀπολαύειν. Διὸ καὶ ἐπὶ χρόνον τινά φασι ποινὴν παραμένειν τοῖς τοῦθ' ὑπομείνασιν, ἐν ᾧ τὸν μολυσμὸν ἀνάγκη μένειν ἐπ' αὐτοῖς.

XLVII. « Μηδέ ποτ' ἐν προχοαῖς ποταμῶν ἅλαδε προρεόντων, Μηδ' ἐπὶ κρηνάων οὐρεῖν, μάλα δ' ἐξαλέασθαι, Μηδ' ἐναποψύχειν. » Ταῦτα διαγράφει Πλούταρχος, ὡς εὐτελῆ καὶ ἀνάξια παιδευτικῆς Μούσης μὴ οὐρεῖν ἐν προχοαῖς ποταμῶν ἢ κρηνῶν, μηδ' ἀποπατεῖν, τοῦτο γὰρ τὸ ἀποψύχειν.

XLVIII. « Ὧδ' ἔρδειν. » Τοῦτο τὸ τέλος ἐστὶ τῶν παραγγελμάτων, ἱκανὸν εἰς τὸ παιδεῦσαι ἡμᾶς τὸ ἑαυτῶν ἦθος, εὐλαβουμένους τὴν φήμην. Οὐ γὰρ ὅσον ἀρετῆς οἱ ἄνθρωποι σφάλλονται, τοσοῦτον καὶ κρίσεως ἀρετῆς, φησὶν ὁ Πλάτων· τὴν οὖν χαλεπὴν φήμην φυλακτέον εἰς δύναμιν. (2) Ἡ γὰρ κακὴ φήμη κούφη μέν ἐστιν [ἀναδέξασθαι, δυσχερὴς δὲ] ὑπενεγκεῖν, κεντοῦσα τοὺς ὑπ' αὐτῆς ὀνειδίστους γινομένους· ἔτι δὲ καὶ ἀρξαμένην ταύτην παῦσαι χαλεπόν· εἰώθασι γὰρ οἱ ἄνθρωποι πολλαπλασιάζειν ἃς ἂν παραλάβωσι φήμας, καὶ ἐκ σμικρῶν μεγάλας ποιεῖν. (3) Καὶ τέλος προσέθηκεν, ὅτι κινδυνεύει καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀληθὴς εἶναι πᾶσα φήμη, ἣν λαοὶ πολλοὶ φημίξωσι, καὶ διὰ τοῦτο ἔχειν τι καὶ αὐτὴν θεῖον· πολλάκις γοῦν ὁ μὲν ἄρξας αὐτῆς οὐκ ἔστιν, εὔστοχος δὲ αὕτη δι' αὐτῶν ἀναφαίνεται τῶν ἀποβαινόντων, ὥστε εἰκότως δεῖ φυλάττεσθαι τὴν κακὴν φήμην. Κατὰ τοῦτο οὖν χρήσιμον τὸ δεῖν καὶ δόξαν ὑφορᾶσθαι τὸν παιδευόμενον. (4) Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἀληθὲς ὃ λέγει Γοργίας· ἔλεγε δέ, « τὸ μὲν εἶναι, ἀφανές, μὴ τυχὸν τοῦ δοκεῖν· τὸ δὲ δοκεῖν, ἀσθενές, μὴ τυχὸν τοῦ εἶναι. » Παρὰ γὰρ τοῖς πολλοῖς καὶ τὸ δοκεῖν ἰσχὺν ἔχει, καὶ τὰ ἐκ τοῦ δοκεῖν ἀποβαίνοντα δυσχερῆ δείκνυται οὐκ ὄντα ὀλίγα. (5) Μᾶλλον οὖν ὡς Ξενοκράτης ἔλεγε, « τοῦ μὲν οὖν φίλον Ἀλέξανδρον ἔχειν ἕνεκα, μηδ' ἂν τὸν δάκτυλον κινῆσαι· τοῦ δὲ μὴ ἐχθρὸν, πάντα ἂν πρᾶξαι· » οὕτω καὶ Ἡσίοδος τῆς μὲν παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξης ἀξιοῖ ποιεῖσθαι λόγον μηδένα, τῆς δὲ ἀδοξίας, ἵνα μὴ συμβῇ, πάντα ποιεῖσθαι λόγον.

XLIX. Καλῶς ἐπέστησεν ὁ Πλούταρχος, ὅτι τὸ σπεῖραι καὶ τὸ φυτεῦσαι οὐχ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἔοικεν ὠφελεῖσθαι. Τὸ μὲν γὰρ σπέρμα δεῖ καταβληθὲν κρυφθῆναι πρῶτον εἴσω τῆς γῆς καὶ σαπῆναι, καὶ οὕτως ἑαυτοῦ διαδοῦναι τὴν δύναμιν εἰς τὴν περικρύψασαν αὐτὸ γῆν, ἵν' ἐξ ἑνὸς πυροῦ τυχὸν ἡ κριθῆς, γένηται

eos fieri; igitur maxime quidem eos movendos esse ipsos ac solos, aut si aliquo loco ponantur, locum debere esse mobilem, ut eos ita moveamus et agitemus: cujusmodi a quibusdam excogitati sunt lectuli mobiles, accommodati ad infantium cubilia.

XLVI. (*Idem ib.* 751.) *Neque muliebri in balneo...* Viri ne denudent corpora simul cum mulieribus. Nam præterquam quod res ipsa est indecora, defluvia quædam ex muliebribus corporibus et excrementa feruntur, quibus afficí replerique viros inquinamentum iis habet: quæ defluvia necessario ad eos accidere qui in eundem aerem idemque balneum ingrediantur. Ergo etiam dicunt, per aliquod tempus pœnam in iis manere quibus hoc evenit: per quod nimirum tempus necesse est manere in iis inquinamentum.

XLVII. (*Idem ib.* 755.) *Neque unquam in alveis fluviorum mare influentium, Neque super fontes mejito: quin valde evitato: Neque incacato.* Hæc spuria censet *Plutarchus* ut vilia et indigna Hesiodi musa, cui institutio morum officiorumque proposita sit: non mejere in alveis fluviorum aut fontium, neque alvum exonerare, hoc enim est ἀποψύχειν.

XLVIII. (*Idem ib.* 758.) *Sic facere...* Hic est finis præceptorum, isque satis idoneus cautione famæ. Nam, quod Plato dixit, homines non item in judicando, ut in agendo, a virtute aberrant. Ergo quoad ejus maxime fieri potest, cavere debemus malam famam. (2) Hæc enim facile *suscipitur, difficile* fertur; quippe incitans ad pravitatem eos qui semel infames facti sunt. Quin nascentem delere arduum est. Solent nimirum homines multiplicare quoscumque susceperint rumores et ex parvis magnos facere. (3) Denique addit Hesiodus, solere plerumque veram esse famam, quam vulgo multi populi celebrent, et idcirco eam aliquid divini habere. Igitur sæpe nullum habet auctorem, ipsa autem ipso eventu vera et sagax reperitur; ut merito fugienda sit mala fama. Quare etiam hoc præceptum utile est, hominem disciplina eruditum oportere rationem ducere opinionis. (4) Neque enim simpliciter verum est quod Gorgias dixit: *esse, obscurum est nisi accedat videri: videri, infirmum est nisi accedat esse.* Nam apud vulgum magnam habet vim opinio, ex eaque multas calamitates exstitisse in confesso est. (5) Magis probandum Xenocratis dictum: *Ut amicum habeam Alexandrum, ne digitum quidem vertam: ut ne inimicum eum habeam, quidvis faciam.* Ita etiam Hesiodus præcipit: *bonæ apud vulgum opinionis nullam habendam esse rationem: mala ne nobis accedat vulgi opinio, omni ratione cavendum esse.*

XLIX. (*Idem ib.* 778.) Pulchre animadvertit *Plutarchus*, sationem et plantationem non iisdem rebus juvari. Nam semen in terram sparsum, primo debet intra eam abscondi ac putrescere, atque ita suam vim didere in circumtegentem terram, ut ex uno grano fortasse magno multitudo tritici vel hordei fiat; itaque et pluvia et pruina se-

πλῆθος. Διὸ καὶ δετοῦ δεῖσθαι καὶ πάχνης αὐτό φασι τὴν ἀρχὴν πιεζόντων ἔσω καὶ χεόντων τὰς ἐν αὐτῷ φυσικὰς δυνάμεις. (2) Τὸ δὲ φυτὸν ριζωθὲν βλαστῆσαι χρὴ καὶ ἀναδοῦναι τὸν ἐν τῇ ῥίζῃ κρυπτόμενον λόγον, οἷον διοικηθείσῃ διὰ φωτός· ὥστ' εἰκότως τὴν τρισκαιδεκάτην πρὸς μὲν τὸ σπείρειν ἀνεπιτήδειον εἶναι, πρὸς δὲ τὸ φυτεύειν ἐπιτηδείαν· τὸ γὰρ προκαλέσασθαι τὸν ῥιζικὸν λόγον καὶ εἰς ἐπίδοσιν ἄγειν καὶ βλάστην, ἐσήμηνε διὰ τοῦ ὀνόματος, πρὸς ἃ συντελεῖ πλεῖον ὂν τὸ ἐκ τῆς σελήνης ἐν ταύτῃ φῶς.

L. « Πεφύλαξο δὲ θυμῷ. » Τοὺς πρὸ τούτων τέσσαρας στίχους οὐδὲ μνήμης ὁ Πλούταρχος ἠξίωσεν, ὡς ἂν μὴ φερομένους· τούτους δὲ ἐξηγούμενος ἀξιοῖ μὴ ἐγκαλεῖν τῷ Ἡσιόδῳ ὡς ἂν γελοίως εἰπόντι, μὴ χρῆναι λύπας ἑαυτῷ κινεῖν ἐν ταύταις, ὡς δέον ἐν ἄλλαις τισὶ τοῦτο ποιεῖν· οὐ γὰρ τοῦτο λέγειν, ἀλλ' ὡς ἐν ἱεραῖς ταύταις μάλιστα τὰς λυπηρὰς ἀποσκευάζεσθαι ἐνεργείας· ἃς εἰ καὶ ἄλλοτε δεῖ ὡς ἀναγκαίας αἱρεῖσθαι, ἐν ταύταις οὐ δέον. (2) Τὰς δὲ τετράδας ἄμφω εἶναι ἱερὰς· τὴν μὲν ὡς μάλιστα τὸ σεληναῖον ἐκφαίνουσαν φῶς· τὴν δὲ ὡς τοῦτον ἔχουσαν πρὸς τὴν [πρώτην] τετράδα λόγον, ὃν ἡ ἑβδόμη πρὸς τὴν νουμηνίαν· καὶ γὰρ ἡ τετάρτη καὶ εἰκοστὴ ἑβδόμην ἔχει τάξιν πρὸς τὴν ἑσχάτην.

LI. « Δεκαδώρῳ ἁμάξῃ· » ἧς ἡ διάμετρος τῶν τροχῶν δεκάδωρος. Δῶρον δέ, ὡς μέν τινες, ἡ παλαιστή· ὡς δὲ ἕτεροι, ὅταν τοὺς τέσσαρας δακτύλους συστρέψας ἐγείρῃς τὸν ἀντίχειρα, ὡς Πλούταρχος.

mini, ut dicunt, opus est ab initio, quibus naturales ejus vires in ipso introrsus comprimantur et fundantur. (2) At planta radicibus agendis crescere debet et sursum prodere rationem inclusam radici veluti enutrita per lucem; ut merito decima tertia dies ad serendum sit inepta, ad plantandum apta. Hujus enim diei eam esse vim ut provocet rationem radicis eamque in augmentum et incrementum producat, significavit Hesiodus nominandis iis rebus ad quas efficiendas conducit lunæ lumen, quod illa die majus est quam ceteris diebus.

L. (*Idem ib.* 795.) *Cautus vero esto animo.* Quatuor (*al.* duos) illos proxime antecedentes versus ne mentione quidem dignos putavit *Plutarchus*, eosque ita prætermisit ac si omnino non in libris ferrentur: hosce vero interpretans postulat a nobis ne Hesiodum reprehendamus ut ridicule præcipientem *ne per has dies animum dolore maceremus*, quasi vero aliis quibusdam diebus hoc faciendum esset. Non enim hoc eum dicere, sed præcipere ita: hisce præsertim diebus, utpote sacris, omnia tristifica negotia amovenda esse: quæ negotia, si forte alias ut necessaria suscipienda sunt, hisce certe diebus non suscipienda esse. (2) Hasce autem quartas dies ambas esse sacras: illam, ut quæ lunæ lumen maxime ostendat; hanc, ut quæ ad primam quartam in eadem sit ratione, qua septima dies ad novilunium: nam et vicesima quarta dies septimum obtinet locum ab ultima.

LI. (*Ad v.* 424, *ex Hesychio.*) *Currui decem palmorum:* cujus rotarum diametrus habet decem palmos. Δῶρον, *dorum*, ut nonnulli volunt, est palmus. Alii, ut Plutarchus, dicunt dorum esse eam longitudinem quæ exsistit, si compressis minoribus digiti, pollex erigatur.

LII. (*Gellius* XX, 8.) Id etiam, inquit, multo mirandum est magis, quod apud Plutarchum in IV in Hesiodum Commentario legi: « Cæpe tum revirescit et congerminat decedente luna, contra autem inarescit adolescente. Eam causam esse dicunt sacerdotes Ægyptii, cur Pelusiotæ cæpe non edunt; quia solum olerum omnium contra lunæ aucta atque damna, vices minuendi et augendi habeat contrarias. »

XII.

ΟΜΗΡΙΚΩΝ ΜΕΛΕΤΩΝ.

I. Ψυχαγωγοί τινες γόητες ἐν Θεσσαλίᾳ οὕτω καλούμενοι, οἵτινες καθαρμοῖς τισι καὶ γοητείαις τὰ εἴδωλα ἐπάγουσί τε καὶ ἐξάγουσιν· οὓς καὶ Λάκωνες μετεπέμψαντο, ἡνίκα τὸ Παυσανίου εἴδωλον ἐξετάραξε τοὺς προσιόντας τῷ ναῷ τῆς Χαλκιοίκου· ὡς ἱστορεῖ Πλούταρχος ἐν ταῖς Ὁμηρικαῖς Μελέταις.

II. « Ἀνεμοτρεφὲς κῦμα », Ἰλιάδος Ο, τὸ ὑπὸ τοῦ ἀνέμου ηὐξημένον, ὑψηλόν· ὅταν δὲ τὸ Ἀγαμέμνονος δόρυ ἀνεμοτρεφές φησιν, ὡς ἐν τῇ Α, ἀντὶ τοῦ ὑπὸ ἀνέμου γεγυμνασμένον, ἰσχυρόν. Τὰ γὰρ ὑπεύδια καὶ κατασκιαζόμενα τῶν δένδρων, εὐτενῆ μὲν καὶ λεῖον τὸν ὄρπηκα ποιεῖ, ἀσθενῆ δὲ καὶ μαλακὸν καὶ ἀγύμναστον ἀναδίδωσιν· οἷς δὲ προσπίπτει τραχὺς ἀὴρ καὶ ἀνεμώδης, ταῦτα ταῖς τῶν πνευμάτων τριβόμενα πληγαῖς, εὔτονον καὶ δύσθρυπτον ἔχει τὴν στερρότητα, ὥς φησι Πλούταρχος ἐν Μελέταις Ὁμηρικαῖς.

III. Ἐν οἷς ἐγὼ μὲν ἐκπλήττομαι τῆς μεγαλοψυ-

XII.

EX HOMERICIS EXERCITATIONIBUS.

I. (*Schol. Eur.* Alc. 1150.) In Thessalia sunt præstigiatores animarum evocatores, nomine psychagogi: qui incantationibus lustrationibusque quibusdam simulacra adducunt et educunt. Hos etiam Lacones arcessiverunt, quum Pausaniæ simulacrum eos agitaret qui ad fanum accederent Minervæ ab æreo sacello Chalcioecæ dictæ: ut memoriæ prodit *Plutarchus* in Homericis Exercitationibus.

II. (*Etym. M. et schol. Il.* O, 625.) *Nutritus vento fluctus*, Iliadis libro XV dicitur *fluctus vento auctus, altus.* Ubi autem Agamemnonis hasta eodem cognomine ornatur Iliadis libro XI (256), est *exercitata vento, robusta.* Nam quæ in tranquillo aere et umbra stant arbores rectum et læve proferunt lignum, sed idem infirmum, molle, tenerum et insuetum agitationis vehementioris: quibus asper et ventosus aer accidere solet, hæ flatuum ictibus tritæ soliditatem habent intentam et minime fragilem: ut *Plutarchus* ait in Exercitationibus Homericis.

III. (*Galen.* V, p. 115, E *Ch.*) Hoc ego loco Chrysip-

χίας τὸν Χρύσιππον· δέον γὰρ ὡς ἄνθρωπον ἀνεγνωκότα τοσούτους ποιητὰς, καὶ γινώσκοντα σαφῶς ἅπασι τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ μαρτυροῦντας ἄλλοτε κατ' ἄλλο τῶν ἐπῶν, ὥσπερ καὶ Πλούταρχος ἐπέδειξεν ἐν τοῖς τῶν Ὁμηρικῶν μελετῶν, ἐκλέγειν μὲν ἐξ αὐτῶν ὅσα μαρτυρεῖ τῷ σπουδαζομένῳ πρὸς αὐτοῦ δόγματι, παραλείπειν δὲ τὰ μαχόμενα καὶ πᾶν ἐνίοτε κατασκευάζοντα τοὐναντίον, ὁ δὲ ὁμοίως ἑξῆς ἁπάντων μέμνηται.

pum vehementer miror propter ejus animi magnitudinem. Nam quum ut homo qui tam multos legisset poetas, ac sciret eos omnibus placitis ipsius, alias per alium carminum locum, in testimonium posse adhiberi, ut ostendit *Plutarchus* in Exercitationibus Homericis : quum igitur eligere debuisset ex poetis ea quæ consentiunt cum ipsius placitis, omittere quæ dissentiunt et plane nonnunquam contrarium demonstrant; iste vero similiter omnia deinceps attulit.

IV. (*Gellius* IV, 11.) Plutarchus quoque, homo in disciplinis gravi auctoritate, in primo librorum quos de Homero composuit, Aristotelem philosophum scripsit eadem ipsa de Pythagoricis scripsisse, quod non abstinuerint edundis animalibus, nisi pauca carne quadam. Verba ipsa Plutarchi, quoniam res inopinata est, subscripsi : Ἀριστοτέλης δὲ μήτρας καὶ καρδίας καὶ ἀκαλήφης καὶ τοιούτων ἄλλων ἀπέχεσθαί φησι τοὺς Πυθαγορικούς, χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις.

V. (*Idem* II, 8.) Plutarchus secundo librorum quos de Homero composuit, imperfecte atque præpostere atque inscite syllogismo esse usum Epicurum dicit, verbaque ipsa Epicuri ponit : Ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ, τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Nam prætermisit, inquit, quod in prima parte sumere debuit, τὸν θάνατον εἶναι ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσιν· tum deinde eodem ipso, quod omiserat, quasi posito concessoque ad confirmandum aliud utitur. Progredi autem hic, inquit, syllogismus, nisi illo prius posito, non potest.

VI. (*Idem* II, 9.) In eodem libro idem Plutarchus eundem Epicurum reprehendit, quod verbo usus sit parum proprio et alienæ significationis. Ita enim scripsit Epicurus : Ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν, ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. Non inquit, παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος, sed παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ dicere oportuit. Detractio enim significanda est doloris, inquit, non dolentis

XIII.

ΑΙΤΙΑΙ ΤΩΝ ΑΡΑΤΟΥ ΔΙΟΣΗΜΕΙΩΝ.

I. « Ἠελίῳ καὶ μᾶλλον ἐοικότα σήματα κεῖται, Ἀμφότερον, δύνοντι, καὶ ἐκ περάτης ἀνιόντι. » Διὰ τί τοῦ ἡλίου τὰ σημεῖα βεβαιότερα τῆς σελήνης φησί; καὶ λέγει, ἐπειδὴ πολλὴν ἔχων ἰσχὺν πρὸς τὸ διαλύειν ταῖς ἀκτῖσι τὰ ὑποπίπτοντα παχέα, νικώμενος ὑπ' αὐτῶν μείζονα τὸν χειμῶνα προαγγέλλει. (2) Ἢ ὅτι αἱ τοῦ ἡλίου πρὸς τὸν ἀέρα διαφοραὶ κυριώτεραι τῶν τῆς σελήνης εἰσί· δυναστεύων γὰρ ἡμέρας σαφέστερα δείκνυσι τὰ τεκμήρια. (3) Ἢ ὅτι λαμπρότερός ἐστι, καὶ εἰ μὴ μεγάλη καὶ ἰσχυρὰ τοῦ ἀέρος εἴη μεταβολὴ, οὐκ ἂν κρατηθείη· τὰς γὰρ μικρὰς καὶ ἐλαφρὰς ἀναστέλλει. Οὕτω Πλούταρχος. (4) Διὰ τί δὲ ἀνατέλλοντος μόνον καὶ δύνοντος, καὶ οὐ καὶ μεσουρανοῦντος; Ἢ ὅτι τότε φαίνεται διὰ τοῦ ἀέρος τοῦ ὑπεργείου, τοῦ δεχομένου πάχη καὶ μεταβολὰς διὰ τὰς ἀναθυμιάσεις ἃς ἡ γῆ ἀναδίδωσι, τοῦ ἡλίου ταῦτα κινοῦντος· ἐξαρθεὶς γὰρ καὶ ὑψωθεὶς τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ χρῶμα εἰλικρινὲς ἐμφαίνει.

II. « Ἀλλ' οὐχ ὁππότε κοῖλος ἐειδόμενος περιτέλλῃ ». Αἱ ἐν τῷ ἡλίῳ κοιλότητες οὐκ εἰσὶν αὐτοῦ, φαντασίαι δέ εἰσι τῆς ὄψεως κατ' ἐπιπρόσθησιν ζοφεροῦ ἀέρος. Οὐ γὰρ τὸ μέσον ὁρᾶται, ἀλλ' ἡ κύκλῳ ἀψίς· λαμπρὰ δὲ οὖσα, δοκεῖ περιφέγγειν εἰς τὸ ἐκλιπές, ὡς ἔμφασιν κοιλότητος παρέχειν. Ὃν γὰρ τρόπον οἱ ζωγράφοι ἀντρώδεις τόπους γράφοντες φωτὶ τραχύνουσι τὴν ὄψιν, ἅτε φύσει τοῦ μὲν λαμπροῦ προβάλλοντος ἔξω καὶ διωθοῦντος τὴν φαντασίαν, τοῦ δὲ μέλανος ὑποσκιάζειν καὶ βαθύνεσθαι δοκοῦντος· οὕτω καὶ περὶ τὸν ἥλιον τὸ φαινόμενον τῇ ὄψει κατὰ ἀντίφραξιν τοῦ ἀέρος ἐκκοπὴν τοῦ μέσου λαμπροῦ διὰ τὴν σκιὰν ποιεῖ ὑποφαίνεσθαι. (2) Ἢ ὅτι τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἱστά-

XIII.

QUÆSTIONES DE ARATI SIGNIS.

I. (*Ad Dios.* 87=819.) *Soli magis etiam certa signa sunt constituta, Utrumque, et occidenti et a meta orienti.* Quare solis certiora sunt signa quam lunæ? Ac dicit, quia sol valentissimus ad dissolvendos radiis suis vapores subjectos, si nihilominus eorum vi superatur, tempestatem prænuntiat eo majorem. (2) An quia solis major est efficacia quam lunæ ad afficiendum mutandumque aerem? quippe dominans per diem, documenta ostendit manifestiora. (3) An quia splendidior est, neque vincatur nisi a magna et vehemente aeris mutatione? parvas enim ac leves mutationes repellit. Sic *Plutarchus*. (4) Quare vero solis orientis tantummodo et occidentis, non item medio in cœlo versantis? An quia tunc lucet per aerem qui est proximus supra terram, atque crassities mutationesque suscipit per exhalationes quas terra effert et sol excitat? etenim in medio cœlo sublimis et elatus suum ac proprium colorem sincerum ostendit.

II. (*Ad v.* 828.) *At non, quando cavus apparens surgat.* Cavitates illæ in sole non sunt ipsius, sed apparent visui per objectum caliginosi aeris. Neque enim solis medium conspicitur, sed orbita eum ambiens : quæ, quippe splendida, videtur item illuminare partem lumine carentem; ita ut speciem cavitatis præbeat. Prouti enim pictores locos antrorum similes pingunt, dum lumine exasperant visum; quippe natura sua lucidus color projicit ac propellit speciem, ut eminere videatur, obscurus autem removet se et in profundum demittit : sic etiam visus in suscipienda specie solis per obstructionem aeris, efficit per hanc umbram ut putemus nos videre excisionem mediæ partis splendidæ. (2) An quia, quæ ante solem consistunt

μενα νέφη, μελαινόμενα διὰ τὴν πολλὴν πύκνωσιν, τὴν κοιλότητα ἀποτελεῖ· πέφυκε γὰρ πάντα τὰ διὰ τῶν μελάνων δρώμενα κοιλότητος φαντασίαν παρέχειν· καὶ γὰρ καὶ οἱ ζωγράφοι, ὅσα μὲν βούλονται προεχῆ δεικνύναι, τῷ λευκῷ ἀπογράφουσιν· ὅσα δὲ κοῖλα καὶ ἐν βάθει, τῷ μέλανι. (3) Ἐὰν οὖν, φησὶ, τοιοῦτόν τι γένηται, ἢ τὰς ἀκτῖνας μὴ κατ' εὐθεῖαν φερομένας ἔχῃ, ἀλλ' ἐσχισμένας, καὶ τὰς μὲν τῇδε τετραμμένας, τὰς δὲ τῇδε (ὅπερ συμβαίνει ὑπὸ τῆς τοῦ ἀέρος παχύτητος οὐκ ἐωμένων αὐτῶν κατ' εὐθεῖαν φέρεσθαι), ἢ ἄνεμον ἴσθι γενησόμενον, ἢ ὑετόν. (4) Ἀπὸ κοινοῦ οὖν τὸ εὔδιος, ἵν' ᾖ, ἀλλ' οὐκ ἔσται εὔδιος, ὅταν ἀνατέλλων κεκοιλωμένον ἔχῃ τὸ μέσον τοῦ κύκλου δηλονότι ὥσπερ κακωθέντος τοῦ φωτός· ὃ δὴ συμβαίνει πάλιν ἐκ τῆς τοῦ ἀέρος δυσκρασίας· ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν, ὅταν συμβαίνῃ κοιλαίνεσθαι αὐτοὺς, δηλονότι ἐξασθενήσαντος τοῦ σώματος· ἢ ὥσπερ ὅταν βλέφαρον κατάγοντες, ἢ περιθλίψαντες τὴν ὄψιν, τῷ λύχνῳ προσβάλλωμεν, οὐ φαίνεται συνεχὲς τὸ φῶς, ἀλλὰ πλάγιαι καὶ σποράδες αἱ αὐγαί· οὕτως ὅταν ἀχλὺς ἢ νέφωσις ἀνώμαλος πρὸ τοῦ ἡλίου στᾶσα περιθλίψῃ καὶ σείσῃ τὸν τῆς ὄψεως κῶνον εἰς λοξὰς ἀκτῖνας καὶ ῥομβοειδεῖς, ὃ πάσχομεν αὐτῇ τῇ αἰσθήσει, τοῦτο περὶ τὸν ἥλιον εἶναι δοκοῦμεν. Οὕτω Πλούταρχος.

III. « Ἡ πῦρ αὔηται σποδιᾷ. » Τὰ καυστὰ βραδέως ἐξάπτεται, παχυμεροῦς τοὺς πόρους ἐμφράττοντος τοῦ ἀέρος· διόπερ οἱ τὰς δᾷδας ἅπτοντες προστρίβουσιν ἐν τῇ τέφρᾳ, ἵνα ἀποχρουσθῇ εἴ τι ἐνικμον ᾖ, καὶ τὸ πῦρ τῆς ὕλης μᾶλλον ἅψηται. Οὕτω Πλούταρχος.

IV. « Πρῖνοι δ' αὖ καρποῖο καταχθέες, οὐδὲ μέλαιναι Σχῖνοι ἀπείρητοι. » Ἄρχεται λοιπὸν ἀπὸ δένδρων τεκμήρια ἡμῖν διδόναι περὶ χειμώνων [καὶ] καιρῶν, ἐπιτήδεια πρὸς γεωργίαν. Δεῖ οὖν λαβεῖν ἀπὸ πρίνου καὶ σχίνου σημεῖα· ὁ μὲν γὰρ τῆς πρίνου καρπὸς σύμμετρος ὤν, τοιοῦτον χειμῶνα δηλοῖ· ὁ δὲ πλείων τοῦ συνήθους, πλείονα αὐχμόν. (2) Ἄλλως. Μεταβέβηκεν ἑξῆς ἐπὶ τὰ τῆς γεωργίας σημεῖα, καὶ νῦν διδάσκειν πειρᾶται ἡμᾶς, καί φησιν ὅτι πρῖνοι καὶ σχῖνοι μετρίαν τὴν καρποφορίαν ὅταν ἔχωσιν, [**] αὐχμηρὸν τὸ τέλος σημαίνουσιν. Αἱ μὲν οὖν πρῖνοι μὴ ὑπὲρ τὸ δέον εὐποροῦντες, μακρὸν ἐσόμενον τὸν χειμῶνα σημαίνουσιν· ἐὰν δὲ πολυφορῶσι, περὶ τὰ ἔσχατα μέρη τοῦ θέρους, βλάβην τοῦ σιτικοῦ καρποῦ γενησομένην ὑπὸ αὐχμοῦ. (3) Ἡ δὲ τῆς σχίνου καρποφορία τρισσὴ τυγχάνει· τρὶς γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀνθεῖ, καὶ τρὶς τελεσφορεῖ, καὶ ἑκάστη καρποφορία ἴδιον σημεῖον ποιεῖ. Ἐὰν γὰρ ὁ πρῶτος καρπὸς κατὰ τρόπον γένηται, πρώϊμον δεῖ θέρος προσδοκᾶν· ἐὰν δὲ ὁ δεύτερος, τὸν μέσον καιρὸν τῆς θερείας κρείσσονα σημαίνει· ὁ δὲ τρίτος τὸν ἔσχατον. (4) Ἡ δὲ σύνταξις οὕτως· καταχθέες καρποῖο, τουτέστι βαρούμεναι τῷ καρπῷ, οὐκ ἀπείρητοί εἰσι χειμῶνος· ὅσα γὰρ τὴν σχῖνον ἐκ τοῦ ἀέρος ὠφελεῖ, ταῦτα καὶ τὸν σῖτον· ὁμοίως καὶ τὰ βλάπτοντα. Δείγματα οὖν τῶν πρώτων σπόρων ὁ πρῶτος ἐν τῇ σχίνῳ

nubes, quum nigræ fiunt, per multam condensationem, cavitatem efficiunt? Natura enim ita comparatum est, ut res per alias res nigras aspectæ, speciem cavitatis præbeant. Nam et pictores quæ ut prominentia ostendere volunt, albo colore pingunt; quæ cava et profunda, nigro. (3) Quare, inquit, si quid tale fiat, ut solis radii non recta ferantur, sed fissi alii hac, alii illac (quod fit per aeris spissitatem non sinentem illos recta ferri); scias aut ventum fore, aut pluviam. (4) A communi ergo subaudiendum εὔδιος, *serenus;* ut hæc sit sententia, At non erit sol serenus, si oriens cavatum habuerit circuli medium; luce nimirum quasi læsa: quod accidit per aeris intemperiem. Etenim prouti oculi cavati, quod iis evenit deficiente per infirmitatem corpore, aut palpebras demittentes, aut coarctati, quum lucernam adspexerint, lux non videtur continua, sed obliqui ac dispersi radii: sic quando caligo, aut nubilorum collectio inæqualis, ante solem consistens compresserit et concusserit visus conum in obliquos et rhomboidi similes radios; affectum sensus nostri putamus in ipso sole esse. Sic *Plutarchus.*

III. (*Ad v.* 1035.) *Aut ignis incendatur cinere.* Cremabilia tardius incenduntur, meatus eorum obstruente crasso aere; igitur, qui faces incendunt, eas atterunt ad cinerem, ut detergatur si quid humidum iis adhærescat, et ignis magis etiam totam complectatur materiam. Sic *Plutarchus.*

IV. (*Ad v.* 1044.) *Rursus ilices fructu onustæ, nec nigræ Lentisci signo careant.* Jam ingreditur idonea ab arboribus petita tempestatum opportunorumque temporum agri colendi signa nobis dare. Sumenda igitur signa sunt ab ilice et lentisco. Nam ilicis fructus si modicus fuerit, talem fore hiemem ostendit: solito abundantior, majorem siccitatem. (2) *Aliter.* Transiit deinde ad agriculturæ signa, et nunc docere nos conatur, ac dicit, ilices ac lentiscos si modice fructus ferant, ** *æstatis* siccum exitum ostendere. Et ilices quidem si non justo majori copia fructus ferant, longam hiemem portendunt: sin justo majori, sub finem æstatis damnum eventurum frumento per siccitatem. (3) Lentisci fructus triplex est; ter enim quotannis floret, ter fructus maturos fert: et unumquodque fructuum tempus suam habet significationem. Primum tempus si modicos habuerit fructus, exspectanda est præcox æstas: si secundum item fuerit tempus, mediam tempestatis partem meliorem fore significat: si tertium, ultimam item partem. (4) Nexus autem orationis hic est: onustæ fructu, non inexpertæ sunt hiemis; nam quæ aeris partes ac temperamenta juvant lentiscum, eadem juvant frumentum: et, quæ illi nocent, eadem huic. Ergo primus lentisci fructus ostendit eventum primæ

ἐστὶ, καὶ τῶν μέσων ὁ μέσος, καὶ ὁ τρίτος τῶν τελευταίων. Οὕτω Πλούταρχος.

V. « Πρῖνοι μὲν θαμινῆς ἀκύλου κατὰ μέτρον ἔχουσαι, Χειμῶνός κε λέγοιεν ἐπὶ πλέον ἰσχύσοντος. » Ἡ πρῖνος τὸ δένδρον τῶν πάνυ καταξήρων ἐστί· καὶ μαρτυρεῖ καὶ Ἀριστοφάνης λέγων,

Σὺ δ', ὥσπερ πρῖνος εὐθὺς ἐμπρησθεὶς βοᾷς·

τῶν ξύλων γὰρ τὰ κατάξηρα ἐμπρησθέντα καὶ καυθέντα τῇ ξηρότητι ἀντηχεῖ τῷ πυρί. (2) Αὕτη τοίνυν ἡ πρῖνος, ξηρά τις οὖσα τὴν φύσιν, τοῖς ὑγραίνουσι τέρπεται· καὶ ὅταν χειμῶνος ὄντος σφόδρα ὑγρὸν γένηται τὸ περιέχον, τῇ ὑγρότητι ἡσθεῖσα καρποφορεῖ, καὶ δηλοῖ τὸν ἐσόμενον μέγαν χειμῶνα, ὑφ' οὗ τῆς ὑγρασίας μεταλαβοῦσα ἐκαρποφόρησε. (3) Θαμινῆς δὲ, τῆς συνεχῶς φυομένης· τρίτον γὰρ τοῦ χειμῶνος φύεται. Ἡ δὲ ἄκυλος ὁ καρπός ἐστι τῆς πρίνου· καὶ Ὅμηρος, « πὰρ δ' ἄκυλον βάλανόν τε. » Κατὰ μέτρον δὲ ἔχουσαι, ἀντὶ τοῦ συμμέτρως ἔχουσαι τῶν καρπῶν. Φησὶν οὖν καὶ Θεόφραστος, ὅτι ἡ πρῖνος καὶ ἡ σχῖνος αὐχμηραὶ τῇ κράσει καὶ ξηρότεραι τῶν ἄλλων πεφύκασι. Πολὺν οὖν καρπὸν οὐ φέρει, ἐὰν μὴ εἰς βάθος ὑγρανθῇ. (4) Εἰκότως οὖν τῇ τούτων ἀφορίᾳ καταμαντεύονται περὶ τῶν σπερμάτων οἱ γεωργοὶ, μιᾶς αἰτίας οὔσης δι' ἧς ἀμφοτέρων ἡ πολυκαρπία [ἐπέρχεται]· εἰ δὲ ὑπερβάλλει τοῦ καρποῦ τὸ πλῆθος, οὐκ ἀγαθὸν σημεῖον· ἄμετρον γὰρ ἐπομβρίαν καὶ πλεονασμὸν ὑγρότητος ἡ περὶ τὸν ἀέρα ἄνεσις καὶ θηλύτης δηλοῖ. Οὕτω Πλούταρχος.

VI. « Ὄντινα γὰρ κάλλιστα λοχαίη σχῖνος ἄρηται, Κείνῳ γ' ἐξ ἄλλων ἄροσις πολυλήιος εἴη. » Ἐν ἐκείνῳ τῷ καρπῷ ἡ ἄροσις πολὺ κρείττων ἔσται. Οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς ζῴοις συμπάθεια γίνεται, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς. Ὅσ' ἂν οὖν κεκραμένην τῇ ὑγρότητι ἡ ψυχρότητι παραπλησίως ἔχῃ τὴν ἕξιν, καὶ τρέφεται ἀπὸ τῶν ὁμοίων, καὶ τοῖς αὐτοῖς εὐθαλεῖ καὶ μαραίνεται. (2) Διὸ πολλὰ μετ' ἀλλήλων συνακμάζει καὶ καρποφορεῖ, τὰ μὲν θέρει, τὰ δὲ χειμῶνι, τὰ δὲ καὶ ἔαρι. Τῶν μὲν οὖν αἱ κράσεις διάφοροι, τῶν δὲ ὅμοιαι καὶ συγγενεῖς σφόδρα· τῶν οὖν μίαν κρᾶσιν ἐχόντων εἰσὶ πρῖνος, σχῖνος, σκίλλα, πυρός. Οὕτω Πλούταρχος.

VII. « Θήλειαι δὲ σύες, θήλεια δὲ μῆλα καὶ αἶγες Ὁππότ' ἀναστρωφῶσιν ὀχῆς, τὰ δέ γ' ἄρρενα πάντα Δεξάμεναι πάλιν αὖθις ἀναβλήδην ὀχέωνται, Αὕτως καὶ σφήκεσσι μέγαν χειμῶνα λέγοιεν ». Ἡ ὑγρότης γόνιμον καὶ κινητικὸν σπερματικῆς δυνάμεως· διαχυθὲν γὰρ τὸ σῶμα καὶ τὸ πνεῦμα τῇ ἀνέσει εὔρουν γίνεται, καὶ ὑπόθερμον εἰς ὁρμὰς ἀγωγοὺς ἐπὶ τὸ τῆς γεννήσεως ἔργον. Διὸ καὶ οἱ παλαιοὶ τὸν Διόνυσον τῇ Δημήτρᾳ συγκαθιέρωσαν, αἰνιττόμενοι τὸ γόνιμον τῆς ὑγρότητος. (2) Ὥσπερ οὖν τὰ φυτὰ ἐξασθενήσαντα διανθεῖ τῇ εὐκρασίᾳ, ἐπελθούσης τῆς ὑγρᾶς καὶ ἐπιρρεούσης τροφῆς, οὕτω καὶ τὰ ζῷα ἐν ὑγρῷ τῷ ἀέρι καὶ μαλακῷ μάλιστα πρὸς συνουσίαν κινεῖται. Οὕτως Ἀπολλινάσationis; medius, mediæ; ultimus, ultimæ. Sic *Plutarchus*.

V. (*Ad v.* 1047.) *Ilices quidem modicam continuæ glandis copiam habentes Prædicant hiemem vehementius invalituram.* Ilex arbor e genere valde siccarum est: quod et Aristophanes testatur, ubi ait,

Tu vero, ut ilex, statim succensus clamas.

Ligna enim sicca incensa et cremata, per suam siccitatem occrepant igni. (2) Ergo ilex, quum per suam ipsa naturam sit sicca, gaudet humiditate, qua per hiemem copiosa ingruente, lætos fructus fert, et significat magnam hiemem futuram, per quam humiditatis particeps facta, fructum tulit. (3) Θαμινῆς est *continuo deinceps crescentis;* nam quotannis, tertium hieme crescit. Ἄκυλος, est fructus ilicis: ut apud Homerum (*Od.* K, 242), *Ad vero jecit iligneam quernamque glandem.* Κατὰ μέτρον ἔχουσαι idem est ac si dicas συμμέτρως ἔχουσαι τῶν καρπῶν, *modicæ fructibus.* Theophrastus etiam tradit, ilicem et lentiscum calidas siccioresque temperamento, quam reliquas arbores, nasci. Ergo non multum fructum fert nisi ad profunditatem usque humectetur. (4) Merito igitur ex harum fructuum defectu proventuve agricolæ conjecturam faciunt de frumento; quum utrorumque iisdem causis fœcunditas contineatur. Quodsi vero nimia fructuum fuerit multitudo; hæc non est bonum signum. Nam immodicos imbres et abundantiam, remissio et quasi effeminatio aeris portendit. Ita *Plutarchus*.

VI. (*Ad v.* 1057.) *Cui enim optime congruerit prægnans lentiscus, Huic præ reliquis aratio fructuosa erit.* In hoc nimirum fructu aratio multo præstantior erit. Non enim solum in animalibus, sed etiam in plantis quædam est affectionum communio. Quæcumque enim plantæ habitum similiter temperatum habeant humore aut frigore; consequens est ut similibus etiam causis alantur, floreant, marcescant. (2) Itaque multæ invicem simul vigent et fructus ferunt, aliæ æstate, aliæ hieme, aliæ etiam vere. Ergo aliæ sunt diversis inter se temperamentis, aliæ similibus et valde cognatis. Earum, quarum simile et unum est temperamentum, sunt ilex, lentiscus, squilla, triticum. Sic *Plutarchus*.

VII. (*Ad v.* 1068.) *Feminæ sues, feminæ oves et capræ, Quum redeunt ab initu, cunctosque mares quum Receperint, rursus ab initio ineuntur, Æque ac vespæ magnam hiemem portendunt.* Humor habet vim gignendi et seminalem facultatem movendi. Corpus enim spiritusque perfusi, remissione laxantur atque incalescunt ad impetus quibus animal ad generationis opus adducatur. Itaque etiam antiqui Bacchum et Cererem communibus sacris fanisque coluerunt, significantes humori insitam gignendi vim. (2) Prouti ergo plantæ deficientes infirmitate, revivescunt bona temperie, superveniente humido ac fluido alimento; sic etiam animalia in aere humido et molli, maxime ad coitum moventur. Sic Apollinarius (*Plutar-*

ριος. — (3) Ἄλλως. Σύες θήλειαι καὶ πρόβατα καὶ αἶγες, ὅταν ὑπομείναντα τὴν τῶν ἀρρένων ὄχευσιν, ἐπιστρέψαντα ἐπιβαίνῃ τοῖς ἄρρεσι, μέγαν χειμῶνα καὶ οὐκ ἐλάσσονα τοῦ ἀπὸ τῶν σφηκῶν σημαίνουσιν· ὅταν δὲ μὴ προλαμβάνῃ τὰ προειρημένα τὴν μῖξιν, ἀλλὰ βράδιον τοῦ εἰθισμένου ὀχεύῃ, εὐθυμίαν τοῖς πένησι παρέχονται, ὅτι μὴ ἔχοντες εὐπορεῖν ἐσθημάτων, προσδοκῶσιν εὐδιεινότερον ἔσεσθαι τὸν χειμῶνα. (4) Ἡ ταῦτα τὰ ζῷα ἐπιθυμητικῶς ἔχουσι συνουσίας ἐν χειμῶνι· τότε γὰρ ἔξωθεν τοῦ ὑγροῦ ὄντος, τὸ θερμὸν ἔνδοθέν ἐστι, καὶ φλέγον αὐτὰ ἐγείρει πρὸς συνουσίαν. Διὸ καὶ ἐξῆς φησιν ὅτι ἐὰν βραδέως καὶ μὴ συνεχῶς συνουσιάζωσι, δηλοῦσιν οὐ ψυχρὸν τὸν χειμῶνα, ἀλλ' εὔκρατον· ὅθεν καὶ τὸν πένητα χαίρειν ποιοῦσιν. (5) Ἡ ἐν τοῖς αὐχμηροῖς τε καὶ ἀνόμβροις ἔτεσι τὰ ζῷα πρὸς συνουσίαν ἀπρόθυμα, διὰ τὴν τῶν σωμάτων ὑγρότητα ὀλίγην οὖσαν, βραδύτερον τοῦτο δρᾷ· διό φησιν, ὀψὲ δρῶντα τὴν συνουσίαν, εὐθυμίαν παρέχονται τοῖς γεωργοῖς· ἡ γὰρ πλείων ἐπιθυμία ἐξ ὑγρότητος πλεοναζούσης γίνεται. Χαίρει οὖν ὁ ἀνολβος ἀνὴρ, ἤγουν ὁ πένης καὶ ἀνείμων, ὅτι οὐ πάνυ αὐτῷ θερμαινομένῳ ὑπὸ ἀμφίων εὔδιον τὸν ἐνιαυτὸν γενήσεσθαι ὑποφαίνουσι. Τὸ δὲ βιβαιόμεναι ἀντὶ τοῦ βιβαζόμεναι πρὸς συνουσίαν.

VIII. « Οὐδὲ μὲν ὀρνίθων ἀγέλαις ἠπειρόθεν ἀνὴρ, Ἐκ νήσων ὅτε πολλαὶ ἐπιπλήσσωσι ἀρούραις Ἐρχομένου θέρεος, χαίρει ». Ξηρότεραι γὰρ αἱ νῆσοι τῶν ἠπείρων τυγχάνουσαι, ὡς φησι Πλούταρχος, θᾶττον καὶ ῥᾷον τοῦ αὐχμηροῦ καταστήματος ἀντιλαμβάνονται. Διὸ καὶ τὰ ὄρνεα φεύγει, καὶ ταῖς ἠπείροις προσπελάζει· καὶ ἄχθεται μὲν ὁ γεωργὸς τῇ τῶν ὀρνίθων ἐπιδημίᾳ, τὸν αὐχμὸν ὑποπτεύων· χαίρει δὲ ταῖς αὐταῖς ὄρνισιν ὁ αἰπόλος, ὅταν ἐν κόσμῳ καὶ τεταγμένως φέρωνται, ὡς πλείονος γάλακτος γενησομένου διὰ τὸ ἔνθερμον εἶναι τὸν ἀέρα.

chus?). — (3) Feminæ sues, oves et capræ, si a maribus initæ, mox ipsæ vicissim eos conscendant, gravem hiemem, nec leviorem illo a vespis significato, portendunt: sin contra non occupent coitum, sed solito tardius ad eum ferantur, lætitiam præbent pauperibus, quippe qui indigentes vestibus tepidiorem exspectant hiemem. (4) An vero hæc animalia per hiemem cupidine coeundi aguntur? tum enim temporis humor extra, calor intra est, eaque ardens ad coitum incitat: quare mox dicit poeta, animalia illa tarde, neque continuo, ad coitum venientia, hiemem significare non frigidam, sed temperatam, itaque gaudium afferre pauperibus. (5) An potius, torridis atque siccis annis animalia non sunt ad coitum alacria; quippe propter paucitatem humoris in corporibus tardius hoc factitant: quare dicit poeta, animalia illa sero coeuntia, lætitiam præbere agricolis; nam major cupido ex abundantia humoris oritur: gaudet igitur vir non beatus, id est pauper et vestibus carens, quod ipsi non magnopere vestimentis calefacto, tepidum annum fore significant. Ceterum βιβαιόμεναι dixit pro βιβαζόμεναι, id est *conscensæ* ineundo.

VIII. (*Ad v.* 1094.) ***Neque avium gregibus vir in continenti terra habitans, Ex insulis quando multi advolitant agris Ineunte æstate, gaudet.*** Nam quum insulæ sicciores sint quam terræ continentes, celerius faciliusque amplectuntur torridam aeris constitutionem, ut ait *Plutarchus*. Itaque aves inde fugiunt, et in terras continentes se conferunt; ibi agricola dolet de avium adventu, æstum metuens. At iisdem avibus gaudet caprarius, si ordine et modo adveniant, ut qui calore aeris majorem lactis capiam adepturus sit.

XIV.

ΕΚ ΤΟΥ ΕΙΣ ΤΑ ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ ΘΗΡΙΑΚΑ.

I. « Ἐν δὲ χεροπλήθη καρπὸν νεοθηλέα δαύκου, Λειαίνειν τριπτῆρι. » Δύο γένη τῆς βοτάνης· ἡ μὲν γὰρ Κρητική, ἡ δὲ Ἀσιατική. Ὁ δὲ Πλούταρχος πλείονα μέν φησιν αὐτῆς γένη εἶναι, τὸ δὲ κοινὸν τῆς δυνάμεως ἰδίωμα, δριμὺ καὶ πυρῶδες, καὶ ὡς ἡ γεῦσις αἰσθάνεται καὶ ἡ ὄσφρησις, καὶ πειρωμένοις δῆλον εἶναι· καὶ γὰρ ἔμμηνα κινεῖ σφόδρα, καὶ διαλύει στρόφους ὑπὸ τῆς θερμότητος, καὶ τῶν περὶ τὸν θώρακα καὶ σπλάγχνα παθῶν καθαρτικὴν καὶ λεπτυντικὴν ἔχει δύναμιν.

II. « ...ᾗ ἐν Ἀπόλλων Μαντείας Κοροπαῖος ἐθήκατο. » Οἱ δὲ ὑπομνηματίσαντες αὐτὸν, Θέων καὶ Πλούταρχος καὶ Δημήτριος ὁ Χλωρός φασιν· Ὀροπαῖος καὶ Κοροπαῖος Ἀπόλλων, ἀγνοεῖ δὲ ὅτι Ἀμφιαράου ἱερὸν, [οὐκ] Ἀπόλλωνός ἐστι.

XIV.

COMMENTARII IN NICANDRI THERIACA.

I. (*Ad v.* 94.) ***Simul recenlem dauci fructum, quantum una capit manus, Contunde pistillo.*** Duo genera sunt hujus plantæ: daucus Cretica, et daucus Asiatica. *Plutarchus* autem ait, plura dauci esse genera, sed omnium communem esse vim ac proprietatem acerbam et igneam: quod et olfactus gustusque sensibus manifestum est, et per experientiam comprobatur. Nam et menstrua vehementer movet, et ventris tormina per calorem sedat, et pectoris intestinorumque affectiones purgat, et attenuandi vim habet.

II. (*Ad v.* 613, *ex Steph. Byz. v.* Κορόπη.) ***In qua Apollo oracula Coropæus posuit.*** Qui vero commentarios in Nicandrum scripserunt, Theon, *Plutarchus*, Demetrius Chlorus, dicunt: Oropæus et Coropæus Apollo: ignorat autem Nicander, illud esse Amphiarai, non Apollinis, templum.

XV.

ΕΚ ΤΟΥ ΕΙ Η ΤΩΝ ΜΕΛΛΟΝΤΩΝ ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ ΩΦΕΛΙΜΟΣ.

I. Ἀλλὰ μὴν ἡ φρόνησις οὐ σωμάτων, ἀλλὰ πραγμάτων ὄψις ἐστί, πρὶν ἐν αὐτοῖς γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ὅπως ἄριστα χρήσεται τοῖς ἀπαντῶσι καὶ προστυγχάνουσι, παρέχουσα διασκοπεῖν τὸ μέλλον. (2) Τὸ μὲν οὖν σῶμα πρόσω μόνον ὠμμάτωται, τοῖς δ' ὄπισθεν τυφλόν ἐστιν ἀτεχνῶς· ἡ δὲ διάνοια καὶ τὰ παρῳχημένα βλέπειν τῇ μνήμῃ πέφυκεν (ὁ γὰρ ἐγκαθήμενος ἀεὶ καὶ οἰκουρῶν γραμματεὺς ἐν μνήμῃ, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, οὗτός ἐστι καὶ προγεγονὼς [τῶν] ἐνταῦθα, τῆς ψυχῆς εἴτε μέρος εἴτε ὄργανον), καὶ τῶν πραγμάτων ἀντιλαμβάνεται φερομένων, καὶ φυλάττει, καὶ ἵστησι, καὶ κύκλον ποιεῖ, τὸ παρῳχημένον ἐπιστρέφουσα καὶ συνάπτουσα τῷ παρόντι, καὶ παραρρεῖν εἰς τὸ ἄπειρον οὐκ ἐῶσα καὶ ἀνύπαρκτον καὶ ἄγνωστον.

II. Τὸ γὰρ εἱμαρμένον ἄτρεπτον καὶ ἀπαράβατον, « χὅπερ μόνον ὀφρύσι νεύσει, καρτερὰ τούτῳ κέκλωτ' ἀνάγκα καὶ πεπρωμένη. » Διὰ τοῦτο τὴν εἱμαρμένην καὶ Ἀδράστειαν καλοῦσιν, ὅτι πέρας ταῖς αἰτίαις ἠναγκασμένον ἐπιτίθησιν, ἀνέκφευκτος οὖσα καὶ ἀναπόδραστος.

III. Ὁ δὲ Νέστωρ « οὐκ ἀβέλτερος; ὕπνου φθονῶν » τοῖς τὰς ναῦς φυλάσσουσι, καὶ διακελευόμενος,

> Οὕτω νῦν φίλα τέκνα φυλάσσετε, μηδέ τιν' ὕπνος
> αἱρείτω, μὴ χάρμα γενώμεθα δυσμενέεσσιν.

(2) Οὐ γενησόμεθα, φησί τις, οὐδ' ἂν καθεύδωμεν, εἰ πεπρωμένον ἐστὶ μὴ ἁλῶναι τὸν ναύσταθμον. (3) Τίς [οὖν] οὐκ ἂν εἴποι πρὸς τοὺς ταῦτα ληροῦντας, ὅτι καθείμαρται μὲν ἴσως ἅπαντα ταῦτα, συγκαθείμαρται δὲ ἑκάστῳ τὸ διὰ τούτων, καὶ τὸ ἐν τούτοις, καὶ οὕτω, καὶ τὸ μὴ ἄλλως συντελεῖσθαι δίχα τούτων; οὐ γάρ ἐστι φυλακὴ καθευδόντων, οὐδὲ νίκη φευγόντων, οὐδὲ θερίσαι μὴ σπειράντων τὴν ἀγαθὴν γῆν καὶ καθαρὰν, οὐδὲ γεννῆσαι μὴ συγγενόμενον γυναικὶ ἡλικίαν ἐχούσῃ καὶ σώματος φύσιν γόνιμον, οὐδ' ἄγρας τυχεῖν ἐν ἀθήροις χωρίοις.

XV.

EX LIBRO AN UTILIS SIT PRÆNOTIO FUTURORUM.

I. (*Stob. Flor.* III, 49.) Atqui prudentia non est corporum, sed rerum faciendarum inspectio, priusquam in eas veniant homines, ut eas incidentes et occurrentes optime tractare possint, easdem adhuc futuras dispicere præbens. (2) Et corpus quidem anteriore solum parte oculis præditum, posteriore plane cæcum est: at mentis cogitatio præterita quoque memoriæ beneficio videt (hic enim est ille in memoria scriba qui semper domi manet, ut inquit Plato, et terrestribus rebus antiquior animi sive pars sive instrumentum), et res transeuntes apprehendit, conservat, sistit, et circulum facit, reflectens præteritum et cum præsente nectens, non sinens præterfluere in infinitum, in ignotum, in nihilum.

II. (*Stob. Ecl. phys.* p. 186). Fatum nec inverti nec præteriri potest: *quidquid superciliis innuerit, dura glomeratum constat necessitate.* Itaque Fatum etiam Adrastea vocatur, quia terminum causis necessarium imponit, ipsumque est inevitabile nec effugiendum.

III. (*Stob. Ecl. eth.* p. 352.) At Nestor « non ineptus est? somnum invidens » custodibus navium, et hortans

> Sic agite, o nati cari, servate, nec ullum
> Corripiat somnus, hosti ne gaudia simus.

(2) At non erimus gaudia hosti, inquit aliquis, etiamsi dormiamus, si non est in fatis capi navale. (3) Quis autem istis talia delirantibus non respondeat, in fatis quidem fortasse hæc omnia esse, sed unicuique horum in fatis simul adjunctum esse, ut per hæc, ut in his, ut sic, ut non aliter nec sine his adjunctis, perficiantur? Non enim custodire est dormientium; nec vincere, fugientium; nec metere, eorum qui non bonam terram conseverint et cultam: nec gignere, qui non habuerit mulierem cum idoneam ætate, tum corporis natura fœcundam: nec denique capturam facere, in locis ferarum expertibus.

XVI.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΜΑΝΤΕΙΑΣ, Β.

Τῶν τεχνῶν, ὡς ἔοικε, τὰς μὲν ἡ χρεία συνέστησεν ἐξ ἀρχῆς, καὶ μέχρι νῦν διαφυλάσσει·

> Χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε, τί δ' οὐ χρειώ κεν ἀνεύροι

τῶν ἀναγκαίων; ὑφαντικὴν, οἰκοδομικὴν, ἰατρικὴν, γεωργίαν, καὶ ὅσαι περὶ γεωργίαν ἀναστρέφονται· τὰς δ' ἡδονή τις προσηγάγετο καὶ κατέσχε, τὴν τῶν μυρεψῶν, καὶ τῶν ὀψοποιῶν, καὶ κομμωτικὴν πᾶσαν, καὶ ἀνθοβαφίαν. (2) Ἔστι δὲ ὧν τὴν πιθανότητα καὶ τὴν

XVI.

EX LIBRO DE DIVINATIONE ALTERO.

(*Stob. Flor.* LX, 10.) Artium, ut verisimile est, alias a principio necessitas constituit, et nunc conservat:

> Usus cuncta docet: quæ non inveniat usus

necessaria quidem? artem texendi, ædificandi, medicinam, agriculturam, omnesque in agricultura versantes artes, necessitas produxit. Alias voluptas quædam et conciliavit et continuit, unguentariorum, conditorum, totam mangonicam et florum imitatricem tinctoriam. (2) Sunt etiam

ἀκρίβειαν καὶ τὸ καθάριον ἀγαπῶντες ἐκμανθάνουσι καὶ περιέπουσιν, ὡς ἀριθμητικὴν καὶ γεωμετρίαν, καὶ κανονικὴν πᾶσαν, καὶ ἀστρολογίαν, ἃς φησιν ὁ Πλάτων, καίπερ ἀμελουμένας, βίᾳ ὑπὸ χάριτος αὔξεσθαι.

quæ probabilitate, diligentia, munditie, homines alliciant ad eas colendas discendasque, ut arithmetice, geometria, tota canonica, et astrologia, quas Plato ait, quamvis neglectas, vel invitis nobis per suam sibi gratiam augeri.

XVII.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΦΙΛΙΑΣ.

Ὅθεν οὐ δεῖ παντάπασι ταπεινοῦν τὴν φύσιν, ὡς μηδὲν ἰσχυρὸν μηδὲ μόνιμον μηδὲ ὑπὲρ τὴν τύχην ἔχουσαν· ἀλλὰ τοὐναντίον, εἰδότας ὅτι μικρόν ἐστι μέρος τοῦ ἀνθρώπου σαθρόν τε καὶ ἐπίκηρον, ὃ δέχεται τὴν τύχην, τῆς δὲ βελτίονος μερίδος αὐτοὶ κρατοῦμεν, ἐν ᾗ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἵδρυθέντα, δόξαι τε χρησταὶ, καὶ μαθήματα, καὶ λόγοι τελευτῶντες εἰς ἀρετὴν, ἀναφαίρετον ἔχουσι τὴν οὐσίαν καὶ ἀδιάφθορον, ἀνεκπλήκτους πρὸς τὸ μέλλον εἶναι καὶ θαρραλέους, καὶ πρὸς τὴν τύχην λέγοντας ἃ Σωκράτης, δοκῶν πρὸς τοὺς κατηγόρους λέγειν, πρὸς τοὺς δικαστὰς ἔλεγεν, ὡς ἀποκτεῖναι μὲν Ἄνυτος καὶ Μέλητος δύνανται, βλάψαι δὲ οὐ δύνανται. (2) Καὶ γὰρ ἡ τύχη δύναται νόσῳ περιβαλεῖν, ἀφελέσθαι χρήματα, διαβαλεῖν πρὸς δῆμον ἢ τύραννον· κακὸν δὲ, καὶ δειλὸν, καὶ ταπεινόφρονα, καὶ ἀγεννῆ, καὶ φθονερὸν οὐ δύναται ποιῆσαι τὸν ἀγαθὸν καὶ ἀνδρώδη καὶ μεγαλόψυχον, οὐδὲ παρελέσθαι τὴν διάθεσιν τῶν καλῶν.

XVII.

EX LIBRO DE AMICITIA.

(*Stob. Ecl. eth.* p. 360.) Itaque non oportet naturam omnino deprimere, quasi nil firmum nec stabile nec supra fortunam habeat: sed, contra, quum sciamus exiguam esse hominis et infirmam partem et caducam, fortunæ subjectam, melioris autem partis nos ipsos imperium tenere, in qua maxima bonorum collocata, bonæ opiniones, disciplinæ, rationesque virtutis procreatrices, possessionis sunt nostræ cum constantis tum a nemine auferendæ: hæc igitur quum sciamus, oportet confidenter futura exspectare, ac fortunæ eandem objicere sententiam, quam Socrates specie quidem accusatoribus, at re ipsa judicibus objiciebat, interficere, inquiens, Anytus et Melitus possunt, nocere non possunt. (2) Nam fortuna potest illa quidem et in morbum nos conjicere, opibus privare, calumniari apud populum vel tyrannum: malum vero, ignavum, humilem, abjectum, invidum facere non potest bonum, fortem, magnanimum, neque harum virtutum usum auferre.

XVIII.

ΕΚ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΦΙΛΙΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

I. Κακίας αὐτῶν πλάσσονταί τινες ῥημάτων εὐπρεπείᾳ, τὸ μὲν φιλοσώματον ἁπλοῦν, τὸ δὲ φιλάργυρον προμηθὲς ἀποκαλούμενοι.

II. Πολύβουλον εἶναι καὶ πολύτροπον, ἔνθα δεῖ καὶ τέχνης κατ' ἀλλοφύλων πολεμίων, χρήσιμον καὶ ἀναγκαῖον· ἐπίβουλον δ' ἦθος καὶ κακομηχανώτατον διὰ παντὸς ἔχειν καὶ κατὰ πάντων, οὐ τῇ τῶν ἀγχινόων, ὥς τινες οἴονται, τῇ δὲ τοῦ πονηροτάτου μερίδι προστίθημι.

III. Μάρτυς δ' ἄριστος ὁ μηδὲν μὲν εὖ παθὼν, ἀπὸ δὲ τῆς εἰς ἄλλους εὐνοίας κρίνων.

IV. Ἡμερότητι τοίνυν καὶ εὐεργεσίᾳ μᾶλλον ἢ φόβῳ πρὸς εὔνοιαν ὑπακτέον.

V. Ἠπίους οὖν εἶναι δεῖ μετὰ τοῦ ἔμφρονος εἰς τὸ κοινῇ λυσιτελές.

VI. [Ὁ Ἀγριππῖνος ἡγεμονεύων ἐπειρᾶτο τοὺς καταδικαζομένους ὑπ' αὐτοῦ πείθειν ὅτι προσήκει αὐτοῖς καταδικασθῆναι. Οὐ γὰρ ὡς πολέμιος αὐτοῖς, ἔφη, οὐδ' ὡς λῃστὴς καταφέρω τὴν ψῆφον αὐτῶν, ἀλλ' ὡς ἐπιμελητὴς καὶ κηδεμών· ὥσπερ καὶ ἰατρὸς τὸν τεμνόμενον παραμυθεῖται, καὶ πείθει παρέχειν ἑαυτόν.]

XVIII.

EX EPISTOLA DE AMICITIA.

I. (*Stob. Flor.* II, 35.) Sunt qui suis vitiis nomina fingant prætexantque honesta, corporis studium simplicitatem, pecuniæ autem studium prospicientiam appellantes.

II. (*Ibid.* 36.) Versutum et callidum esse, ubi res postulat, et fraudem contra hostem externum adhibere, utile ac necessarium est: sed ingenium subdolum et comminiscendis malis sagax perpetuo habere et contra quosvis non in sollertiæ, ut quidam putant, sed in pessimæ naturæ parte pono.

III. (*Ib.* XLVI, 68.) Optimus ille est testis, qui beneficiis non fuerit obstrictus, sed ex communi in alios benevolentia agit.

IV. (*Ib.* XLVIII, 42.) Itaque mansuetudine potius ac beneficentia, quam timore, benevolentes nobis reddendi sunt.

V. (*Ibid.* 43.) Oportet igitur cum prudentia clementes esse ad communem utilitatem.

VI. (*Ibid.* 44, *inc.*) Agrippinus, quando cum imperio erat, studebat iis, quos condemnabat, persuadere, ipsis expedire condemnari. Non enim, ajebat, ut iis inimicus et latro, sententiam contra eos fero, sed veluti tutor et curator ipsorum: quemadmodum et medicus hominem secandum consolatur, eique persuadet ut se secandum præbeat.

VII. [Κότυς ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς πικρὸς ἦν τῶν ὑπηκόων κολαστής. Τῶν οὖν φίλων τις πρὸς αὐτὸν εἶπε, Μανία τοῦτό ἐστι, καὶ οὐ βασιλεία· ὁ δὲ, Ἀλλ' ἡ ἐμὴ, ἔφη, αὕτη μανία τοὺς ἀρχομένους σώφρονας ποιεῖ.]

VIII. Ἔτι δὲ κολάσεως ἀπαραίτητος φόβος αἴτιός ἐστιν ἀπονοίας· ὁ γὰρ ὄλεθρον αὐτοῦ προλαβὼν ὁμόσε χωρεῖ κινδύνοις.

IX. [Ἀρχίδαμος ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς θεασάμενος τὸν ἴδιον παῖδα ἄγαν προπετῶς μαχόμενον τοῖς Ἀθηναίοις, εἶπεν, Ἢ τῇ δυνάμει πρόσθες, ἢ τοῦ θράσους ἄφελε.]

X. Γάμος γὰρ ἀπὸ μὲν φιλίας διττῆς κράσεως βελτίων, ἑτέρως δὲ σφαλερός.

XI. Πλούτῳ μὲν δὴ χρηστέον ὡς ὕλῃ τινὸς, οὐκ ἐπὶ παντὸς ὁμοίως.

XII. Ἀρετὴν οὖν τοῖς πᾶσι μᾶλλον εὐκτέον ἢ πλοῦτον ἀνοήτοις σφαλερόν· ὑπὸ γὰρ χρημάτων αὔξεται κακία· καὶ ὅσῳ τις ἂν ἄφρων ᾖ, τοσούτῳ πλέον ἐξυβρίζει, τὸ λυσσῶδες αὐτοῦ τῶν ἡδονῶν ἐκπληροῦν ἔχων.

XIII. [Ἐν πενίᾳ μέν τις διετέλεσεν εὐδαίμων, ὡς ἥκιστα δὲ πλουτῶν καὶ [ἐν] ἀρχαῖς· τοσοῦτον ὑπεραίρει πενίας ἀγαθὸν ὥστ' αἰσχροῦ πλούτου νόμιμος ἀνὴρ ἀλλάξαιτ' ἂν πενίαν· εἰ γε μὴ τῶν ποτὲ Ἀθηναίων ὁ πλουσιώτατος ἀμείνων ἦν Ἀριστείδου καὶ Σωκράτους (Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλέους) ἐν πενίᾳ τῆς ἀρετῆς· ὁ δὲ πλοῦτος ἐκείνου (αὐτοῦ) καὶ αὐτὸς ἐξίτηλός τε καὶ ἀνώνυμος. Φαύλῳ γὰρ ἅμα τῷ θανάτῳ πάντα συνοίχεται· τὸ δὲ καλὸν αἰώνιον.]

XIV. [Ἀλλὰ δὴ Σωκράτης, Ἀρχελάου μεταπεμπομένου αὐτὸν ὡς ποιήσοντος πλούσιον, ἐκέλευσεν ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ, διότι « Ἀθήνησι τέσσαρές εἰσι χοίνικες τῶν ἀλφίτων ὀβολοῦ ὤνιοι, καὶ κρῆναι ὕδατος ῥέουσιν· εἰ γάρ τοι μὴ ἱκανὰ τὰ ὄντα ἐμοὶ, ἀλλ' ἐγὼ τούτοις ἱκανός, καὶ οὕτω κἀκεῖνα ἐμοί. » (2) Ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι οὐκ εὐφωνότερον οὐδὲ ἥδιον ὁ Πῶλος τὸν τύραννον Οἰδίποδα ὑπεκρίνετο, ἢ τὸν ἐπὶ Κολωνῷ ἀλήτην καὶ πτωχόν; εἶτα χείρων Πώλου ὁ γενναῖος ἀνὴρ φανεῖται, ὡς μὴ πᾶν τὸ περιτεθὲν ἐκ τοῦ δαιμονίου πρόσωπον ὑποκρίνασθαι καλῶς; οὐδέ γε τὸν Ὀδυσσέα μιμήσεται, ὃς καὶ ἐν τοῖς ῥάκεσιν οὐδὲν μεῖον διέπρεπεν ἢ ἐν τῇ οὐλῇ χλαίνῃ τῇ πορφυρᾷ;]

XV. Ἡ παιδεία κἂν μηδὲν ἕτερον ἀγαθὸν ἔχοι, τό γε συμφοιτᾶν αὐτὴν νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἔξω κακίας, οἷς ἂν ᾖ τις αἰδώς· καὶ πολλοὶ σφᾶς αὐτοὺς καὶ ἄλλους....

XVI. Ὡς μέντοι λαμπρόν ἐστιν εὖ ποιεῖν, οὕτως ἀμειπτέον, ἵνα μὴ μόνον ἀχαριστίας ὄφλῃ τις δίκην, ἀλλὰ καὶ βλάβους κοινοῦ τῶν εὖ πεισομένων εἰσαῦθις ἑτέρων ἀνακοπῇ πρὸς εὐεργεσίαν [τῶν εὐεργετησάντων].

VII (*Ibid.* 45, *inc.*) Cotys Thracum rex acerbe subditos punire solebat. Quum igitur amicorum quidam ad ipsum dixisset, Hoc furor est, non regnum, respondit, At meus hic furor subditos temperantes reddit.

VIII. (*Ib.* LIII, 11.) Inevitabilis timor pœnæ, causa est desperationis : qui enim animo præcepit interitum, periculis obviam it.

IX. (*Ibid.* 12, *inc.*) Archidamus Lacedæmoniorum rex, quum vidisset filium suum nimis temere contra Athenienses pugnantem, Aut vires, inquit, tibi sunt augendæ, aut minuenda audacia.

X. (*Ib.* LXXXV, 8.) Nuptiæ propter amicitiam contractæ meliores sunt, quippe a duplici temperamento conjunctæ : aliter vero, periculosæ.

XI. (*Ib.* XCIV, 30.) Divitiis utendum est tanquam materia quadam, non ad omnes res similiter.

XII. (*Ibid.* 31.) Virtus omnibus optanda est potius quam divitiæ, quæ stultis periculosæ sunt. Pravitas namque pecuniis augetur : et quo quis stultior fuerit, eo proclivior ad luxuriam contumeliamque fit; quippe qui habet unde rabiem voluptatum suarum expleat.

XIII. (*Ib.* XCVII, 20.) In paupertate aliquis felix manere poterit : minime vero in divitiis et magistratibus. Tantum excellit paupertatis bonum, ut bonus vir paupertatem cum inhonestis divitiis permutare non dubitet. Nisi forte ille Atheniensium ditissimus *Callias Hipponici filius*, quamquam virtutis inops, Aristide et Socrate melior fuit. Atqui divitiæ illius una cum ipso vanæ et ingloriæ interierunt. Nam cum improbo homine moriente nihil non interit : at honestas æterna est.

XIV. (*Ibid.* 28). Socrates ab Archelao invitatus ut qui eum ditare vellet, ei renuntiari jussit, farinæ quattuor chœnices obolo venire Athenis, et a fontibus aquam fluere. Nam si meæ res, inquiebat, mihi non sufficiunt : at ego illis sufficio, et sic etiam illæ mihi. (2) Nonne vides Polum histrionem nihilo concinniore voce egisse personam Œdipi tyranni quam Œdipi Colonei exulis et mendici? et vir ingenuus Polo deterior erit, ut non quamvis a numine sibi impositam personam decore agat? neque Ulyssem imitari poterit, qui laceris pannis indutus non minus decora gravitatis præ se ferebat, quam ubi crispam et purpuream lænam gestabat.

XV. (*Append. Flor.* p. 42.) Disciplina, si nullum aliud haberet bonum, hoc quidem certe habet, quod interdiu noctuque perpetua est comes; quo fit ut a vitiis sibi caveant ac se ipsos multi haud secus verecundentur atque alios.

XVI. (*Ibid.* p. 32.) Ceterum, prouti præclarum est benefacere, ita referenda est gratia; ne quis non modo ingrati animi crimen suscipiat, sed etiam auctor exsistat communis damni, quo ii mactantur qui jam nulla beneficia accipient ab iisdem qui isti benefecerunt, quorum erga alios beneficentiam ipse minuit ac reprimit

XIX.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΗΣΥΧΙΑΣ.

Σοφὸν ἔοικε χρῆμα τὸ τῆς ἡσυχίας, πρός τε τὰ ἄλλα, καὶ εἰς ἐπιστήμην καὶ φρονήσεως μελέτην· λέγω δὲ οὐ τὴν καπηλικὴν καὶ ἀγοραίαν, ἀλλὰ τὴν μεγάλην, ἥτις ἐξομοιοῖ θεῷ τὸν αὐτὴν ἀναλαβόντα. (2) Αἱ μὲν γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς τῶν ἀνθρώπων ὄχλοις γιγνόμεναι μελέται γυμνάζουσι τὴν λεγομένην δριμύτητα, πανουργίαν οὖσαν· ὥστε τοὺς ἐν αὐταῖς ἄκρους οἷον ὑπὸ μαγείρων τῶν ἐν ταῖς πόλεσι χρειῶν διαπεποικιλμένους [πόσα μὲν οὐχὶ **] πόσα δ' οὐχὶ καὶ διακονήματα δεινὰ ἐργάζεσθαι. (3) Ἡ δ' ἐρημία, σοφίας οὖσα γυμνάσιον, ἠθοποιὸς ἀγαθὴ, καὶ πλάττει καὶ μετευθύνει τῶν ἀνδρῶν τὰς ψυχάς. Οὐδὲν γὰρ αὐταῖς ἐμπόδιόν ἐστι τῆς αὐξήσεως, οὐδὲ πρὸς πολλὰ καὶ μικρὰ νόμιμα προσπταίουσαι κάμπτονται εὐθὺ, καθάπερ αἱ ταῖς πόλεσιν ἐναπειλημμέναι ψυχαί· ἀλλ' ἐν ἀέρι καθαρῷ, καὶ τὰ πολλὰ ἔξω διαιτώμεναι τῶν ἀνθρώπων, ἀνιᾶσιν ὀρθαὶ καὶ πτεροφυοῦσιν, ἀρδόμεναι τῷ διαυγεστάτῳ τε καὶ λειοτάτῳ ῥεύματι τῆς ἡσυχίας, ἐν ᾧ τά τε μαθήματα τοῦ νοῦ θεωδέστερα, καὶ καθαρώτερον τὸ δρᾶν. (4) Διὰ τοῦτό τοι καὶ τῶν θεῶν τὰ ἱερὰ, ὅσα ἐκ τοῦ πάλαι ἀρχαίου νενόμισται, τοῖς ἐρημοτάτοις χωρίοις οἱ πρῶτοι, μάλιστα δὲ Μουσῶν τε καὶ Πανὸς, καὶ Νυμφῶν καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ ὅσοι μουσικῆς ἡγεμόνες θεοὶ, διακρίναντες, ὡς οἶμαι, τὰς παιδείας καὶ τὰ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δεινῶν τε καὶ μιαρῶν τεχνῶν.

XIX.

EX LIBRO DE TRANQUILLITATE.

(*Stob. Flor.* LVIII, 14.) Sapiens videtur esse tranquillitatis negotium, cum ad alia, tum ad scientiam et prudentiæ exercitationem, non cauponariam ac forensem dico, sed magnam illam quæ Deo similem reddit sui participem. (2) Exercitationes enim quæ in civitatibus et inter hominum turbas fiunt, proferunt facultatem illam quæ dicitur calliditas, nec re ipsa aliud quid est quam astutia; ita ut qui in ipsis excellunt, negotiis urbanis veluti a coquis farciti et variati, ministeria quævis absurda obeant. (3) Verum solitudo, gymnasium sapientiæ, bene instituit mores, format ac dirigit virorum animos. Nullum enim eorum incremento obest impedimentum, neque ad multa illa et minuta legum et morum instituta offendentes a rectitudine deflectuntur, ut animæ civitatibus inclusæ: sed in aere puro, et utplurimum extra hominum consuetudinem, degentes, in rectum assurgunt ac pennas proferunt, limpidissimo et lenissimo tranquillitatis flumine irrigati, in quo mentis disciplinæ diviniores sunt et actiones puriores. (4) Hanc ob causam deorum quoque delubra antiquitus consecrata in locis maxime solitariis primi homines constituerunt, præcipue Musarum, Panis, Nympharum, Apollinis, et omnium qui musicæ præfecti sunt deorum; utpote segregantes disciplinas a molestis et nefariis rerum urbanarum negotiis.

XX.

ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΗΔΟΝΗΣ.

I. Ὅτι τὰ σώματα ἀνίησιν ἡ ἡδονὴ, καθ' ἡμέραν ἐκμαλάττουσα ταῖς τρυφαῖς, ὧν ἡ συνέχεια παραιρεῖται τὸν τόνον, ἀναχαλῶσα τὴν ἰσχὺν αὐτῶν· ἐξ ὧν ῥᾳστώνη μὲν νόσων, ῥᾳστώνη δὲ καμάτων, προμελετώμενον δ' ἐν νεότητι γῆρας.

II. Θηρίον ἐστὶ δουλαγωγὸν ἡδονὴ, ἀλλ' οὐκ ἄγριον· εἴθε γὰρ ἦν φανερῶς πολεμοῦσα· ταχέως ἐάλω· νῦν δὲ καὶ ταύτῃ μισητότερον, ὅτι κλέπτει τὴν ἔχθραν ὑποδυομένη σχῆμα εὐνοίας. Ὥστε διχῇ ἀποτρόπαιον, καὶ ὧν βλάπτει, καὶ ὧν ψεύδεται.

III. Τὰς μὲν οὖν δικαίας ἡδονὰς οὐκέτ' ἂν ἡδονὰς οὔτε καλέσαιμεν, οὔτ' εἶεν ἄν, ἀλλὰ θεραπείας. Ὅσαι δὲ παρὰ ταύτας πᾶσαι ὕβρεις περιτταί εἰσι, πεπηρωμέναι, βιαζόμεναι, καὶ ταῖς ποικιλίαις κολακεύουσαι, λανθάνουσι βλάπτουσαι· οὐδὲ εἰς τὰ ἡμέτερα νόμος ὁ καὶ τῶν ἀλόγων ζώων, [ὧν] μετὰ τὸ ἀκέσασθαι τὰς ἐπιθυμίας οὐδενὸς ὄρεξις, ἀλλὰ κόρος τῶν ἐπειγόντων εἰς βιαστὰς ἡδονάς.

IV. Μή τις προδότας ἐπαινεῖ; τοιοῦτόν ἐστιν ἡ ἡδο-

XX.

EX LIBRO CONTRA VOLUPTATEM.

I. (*Stob. Flor.* VI, 42.) Voluptas corpora resolvit, quotidie emolliens ea deliciis: quarum assiduus usus tollit illorum vigorem, relaxatis viribus. Hinc copia morborum, copia languorum, et occupata senectute juventus.

II. (*Ibid.* 43.) Bestia est mancipans hominem voluptas: at non immanis: utinam enim aperte pugnaret! cito caperetur. Nunc autem ideo etiam invisa est magis, quod induens benevolentiæ speciem, inimicitiam celat. Itaque dupliciter aversanda est, et quod nocet, et quod fallit.

III. (*Ibid.* 44.) Justas igitur voluptates jam non voluptates appellemus (neque sunt enim), sed curas et obsequia. Quæcumque vero præter has aliæ sunt petulantiæ, supervacaneæ, cæcæ, violentæ, varietate blandientes, hæ clam lædunt; neque ad nos nostraque pertinet quæ et bruta animantia tenet lex, ut, quum repleverint desiderium, nihil amplius desiderent, sed satietas sit eorum quæ ad violentas voluptates incitant et impellunt.

IV. (*Ibid.* 45.) Num quis proditores laudat? talis est

νή· προδίδωσι τὰ τῆς ἀρετῆς. Μή τις βασανιστάς; τοιοῦτόν ἐστι τὸ ἥδεσθαι· βασανίζει τὰ τῆς σωφροσύνης. Μή τις φιλαργυρίαν; ἀπλήρωτόν ἐστιν ἑκάτερον. Τί τηλικούτῳ χαίρομεν θηρίῳ, ὃ κολακεῦον ἡμᾶς ἀναλίσκει;

V. Τί δ' οὐ πάντων ὁρώντων ἀκρατεύεις, ἀλλὰ καὶ σαυτὸν αἰδούμενος φεύγεις, νυκτὶ καὶ σκότῳ τοῖς ἁμαρτύροις πιστεύων τὴν ὕβριν; οὐδεὶς γὰρ τῶν καλῶν ἔργων σκότος προβάλλει, τὸ φῶς αὐτοῖς μαρτυρεῖν αἰσχυνόμενος· ἀλλὰ ὅλον ἅμα τὸν κόσμον ἥλιον γενέσθαι, πρὸς ἃ κατορθοῖ, βούλοιτ' ἄν. Ἅπασα δὲ κακία ὁρᾶσθαι γυμνὴ φυλάττεται, σκέπην προβαλλομένη τὰ πάθη. (2) Ἀποκόψαντες οὖν αὐτὰ, γυμνὰς βλέπωμεν τὰς ἡδονάς· μεθύουσιν εἰς ἀναισθησίαν, λαγνεύουσιν εἰς μωρίαν, καθεύδουσιν εἰς ἔργα, οὐκ ἐπιστρέφονται πόλεων, οὐ φροντίζουσι γονέων, οὐκ αἰσχύνονται νόμους.

voluptas : prodit virtutis officia. Num quis tortores? talis est voluptas; torquet temperantiæ studiosos. Num quis avaritiam? insatiabilis est utraque. Quid hujusmodi oblectamur bestia, quæ blandiendo nos conficit?

V. (*Ibid.* 46.) Cur non omnibus videntibus luxuriaris? Immo tu te ipsum etiam reveritus fugis, nocti solum ac tenebris sine testibus contumeliam et libidinem committens. Nemo enim honestis actionibus caliginem obtendit, lucem, earum testem, reformidans : immo ad ea quæ recte agit, totum mundum solem fieri optet. At unumquodque vitium nudum conspici cavet, tegumenti instar prætendens affectus. (2) Affectibus ergo amputatis, nudas spectemus voluptates : sunt ebriæ ad stuporem, scortantur ad insaniam, dormiunt ad negotia, civitates negligunt, non parentum gerunt curam, non verentur leges.

XXI.

ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΠΛΟΥΤΟΥ.

I. Φύσει μὲν γὰρ δυσχαλίνωτον ὄρεξις· προσλαβοῦσα δὲ καὶ πλούτου χορηγίαν, ἀχαλίνωτον.

II. Ἀλλ' ἀπληστία καὶ ἄπιστός ἐστιν ἐν αὐτοῖς μανία, τοιούτῳ μὲν ἐνθουσιασμῷ χρῆσθαι περὶ τὴν κτῆσιν, ὡς εἰ κτήσαιντο, μηκέτι καμουμένους· τοσαύτη δὲ ἀμελείᾳ περὶ τὰ ληφθέντα, ὡς μὴ γενόμενα. Δυσερωτιῶσι δὲ τῶν ἀπόντων, ὑπερορῶντες ὧν ἔχουσιν· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀγαπῶσιν, ὡς ἃ ἐλπίζουσιν. (2) Οὐκ οἶδα πότερον αὐτοῖς ἄμεινόν ἐστιν, ἔχειν ἢ προσδοκᾶν· ἔχοντες γὰρ, οὐ χρῶνται· προσδοκῶντες δὲ, κάμνουσι. Τί οὖν ἐπαινοῦμεν τοιοῦτον ἀγαθὸν, οὗ πέρας ἐστὶν οὐδὲν, ἀλλὰ τὸ ληφθὲν ἑτέρων ἀρχή;

III. Οὐδέποτε λιμὸς ἐγέννησε μοιχείαν· οὐδέποτε ἀπορία χρημάτων, ἀσωτίαν. Βραχεῖά τις ἐστὶ σωφροσύνη τὸ πενητεύειν· ὀλίγη τις εὐνομία, τὸ ἀπορεῖσθαι.

IV. Ἀρκεσίλαος τὴν πενίαν λυπρὰν μὲν ἔλεγεν εἶναι, ὥσπερ καὶ τὴν Ἰθάκην, ἀγαθὴν δὲ κουροτρόφον, ἐθίζουσαν συνεῖναι λιτότητι καὶ καρτερίᾳ, καὶ καθόλου γυμνάσιον ἀρετῆς ἔμπρακτον.

XXI.

EX LIBRO CONTRA DIVITIAS.

I (*Stob. Flor.* XCIII, 32.) Suapte natura vix frenari potest cupiditas : quodsi divitiarum etiam copia accesserit, plane sit infrenis.

II. (*Ibid.* 33.) Sed insatiabilis cupido et incredibilis quædam iis inest insania : quippe qui tanto furore ad acquirendas opes rapiantur, tamquam illis partis, nil amplius molestiæ sensuri; neglectu vero tanto in partis versantur, ac si nil sibi peperissent. Insano absentium amore capti, præsentia contemnunt : nil enim ita diligunt ut quæ sperant. (2) Quare dubito utrum habere an exspectare ipsis magis expediat; siquidem habentes non utuntur, exspectantes autem laborant. Quid igitur ejusmodi bonum laudamus, cujus nullus est finis, sed partum quodque novæ fit cupiditatis initium?

III. (*Ibid.* XCV, 16.) Fames nunquam causa exstitit adulterii; neque pecuniæ inopia, luxuriei. Brevis quædam temperantia est paupertas : et compendiosa quædam legum observantia, penuria.

IV. (*Ibid.* 17.) Arcesilaus paupertatem aiebat asperam quidem esse ut Ithacam, sed bonam prolis nutricem, ut quæ assuefaciat frugalitati et abstinentiæ, et omnino efficax virtutis exercitium.

XXII.

ΕΚ ΤΟΥ ΟΤΙ ΚΑΙ ΓΥΝΑΙΚΑ ΠΑΙΔΕΥΤΕΟΝ.

I. Ἀμαθίαν, ὥς φησιν Ἡράκλειτος, καὶ ἄλλως κρύπτειν ἔργον ἐστὶν, ἐν οἴνῳ δὲ χαλεπώτερον· καὶ Πλάτων δέ φησιν, ἐν οἴνῳ τὰ ἤθη φανερὰ γίγνεσθαι· ὥσπερ καὶ Ὅμηρος,

οὐδὲ τραπέζῃ
γνώτην ἀλλήλων.

XXII.

EX LIBRO QUOD MULIERES ETIAM ERUDIENDÆ SINT.

I. (*Stob. Flor.* XVIII, 32.) Ruditatem cum alias celare difficile est, ut ait Heraclitus, tum vero in vino multo maxime. Testatur et Plato, animi mores in vino apparere : ut etiam Homerus,

Neque ad mensam cogniti
sunt sibi invicem.

II. Σοφοκλῆς ἐμέμφετο Αἰσχύλῳ, ὅτι μεθύων ἔγραφε· καὶ γὰρ εἰ τὰ δέοντα ποιεῖ, φησίν, ἀλλ' οὐκ εἰδώς γε.

III. [Πυθαγόρας ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος οἰνόφλυγος, πῶς ἂν τοῦ μεθύειν παύσαιτο· Εἰ συνεχῶς, ἔφη, θεωροίη τὰ ὑπ' αὐτοῦ πρασσόμενα.]

IV. Τῷ Διονύσῳ νάρθηκα καὶ λήθην συγκαθιεροῦσιν, ὡς μὴ δέον μνημονεύειν τῶν ἐν οἴνῳ πλημμεληθέντων, ἀλλὰ νουθεσίας παιδικῆς δεομένων. Ὃ συνᾴδει καὶ τὸ

μισῶ μνήμονα συμπόταν.

Ὁ δ' Εὐριπίδης τῶν ἀτόπων τὴν λήθην σοφὴν εἴρηκε.

V. Μὴ παιδὶ μάχαιραν, ἡ παροιμία φησίν· ἐγὼ δὲ φαίην ἄν, Μὴ παιδὶ πλοῦτον, μηδὲ ἀνδρὶ ἀπαιδεύτῳ δυναστείαν.

VI. Ἀρχύτας ἀναγνοὺς τὸν Ἐρατοσθένους Ἑρμῆν, τοῦτον ἐπήνεγκε τὸν στίχον,

Χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε· τί δ' οὐ χρειώ κεν ἀνεύροι·

καὶ τοῦτο,

Ὀρθοῦ· καὶ γὰρ μᾶλλον ἐπωδίνουσι μέριμναι.

VII. Τροφώνιος καὶ Ἀγαμήδης ποιήσαντες ἐν Δελφοῖς ναὸν ᾔτουν παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τὸν μισθόν· ὁ δὲ αὐτοῖς ἔφη δώσειν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ· καὶ ταύτῃ ἀπέθανον. (2) Ἔτι δὲ Κλεόβις καὶ Βίτων, Κυδίππης τῆς μητρὸς αὐτῶν εὐξαμένης τῇ Ἥρᾳ, δοῦναι τοῖς παισὶν ὅπερ ἂν εἴη κάλλιστον, ὅτι ἑαυτοὺς ὑποζεύξαντες τὴν μητέρα εἰς τὸ ἱερὸν ἀνήγαγον, τὸν βίον παραχρῆμα κατέστρεψαν· εἰς οὓς καὶ τοιόνδε τις ἐπίγραμμα πεποίηκεν·

Οἵδε Βίτων Κλεόβις τ' ἐπὶ σώμασιν οἰκείοισιν
ζεύγλην ζευξάμενοι, μητέρα ἣν ἀγέτην
Ἥρας εἰς ἱερόν· λαοὶ δέ μιν ἐζήλωσαν
εὐτεκνίας παίδων. Ἣ δὲ χαρεῖσα θεᾷ
εὔξατο, παῖδε τυχεῖν τοῦ ἀρίστου δαίμονος αἴσης,
οὕνεκ' ἐτίμησαν μητέρα τὴν σφετέρην.
Αὐτοῦ δ' εὐνηθέντε, λίπον βίον ἐν νεότητι,
ὡς τόδ' ἄριστον ἐὸν καὶ μακαριστότατον.

[Τὸ αὐτὸ καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τῆς Ἱστορίας.]

II. (*Ibid.* 33) Sophocles vitio vertebat Æschylo, quod ebrius scriberet: Nam etsi bene scribit, inquiebat, nesciens tamen id facit.

III. (*Ibid.* 34, *inc.*) Pythagoras interrogatus, quanam ratione ebriosus ebriositate liberaretur, respondit, Si perpetuo ad ea quæ facit, attendat.

IV. (*Ibid.* 28.) Baccho ferulam et oblivionem consecrant, significantes, non commemoranda ea quæ in potu temere admissa sint, quippe quibus puerilis commonitio sufficiat. Huc et illud facit,

Odi memorem compotorem.

Et Euripides dixit, *Absurdarum rerum oblivionem sapientem esse.*

V. (*Ibid.* XLIII, 136; XCII, 11.) Ne puero gladium, inquit proverbium: at ego dixerim, Ne puero divitias, neque homini imperito imperium.

VI. (*Ibid.* XCV, 15.) Archytas, quum Eratosthenis Mercurium legisset, hunc versum accinuit,

Usus cuncta docet: quid non invenerit usus?

et illud,

Erige te: namque incipiunt magis urere curæ.

VII. (*Ibid.* CXX, 23.) Trophonius et Agamedes, quum Delphicum templum construxissent, mercedem ab Apolline petebant: quam ille se daturum ipsis quum promisisset septimo post die, eodem mortui sunt. (2) Præterea Cleobis et Biton, quum ipsorum mater Cydippe Junonem rogasset ut optimam rem filiis donaret, eo quod jugum ipsimet subiissent matremque ad templum perduxissent, vitam statim finiverunt. De quibus hoc epigramma aliquis fecit:

Ad sacra Junonis matrem Cleobisque Bitonque
Ut traherent, collum supposuere jugo.
Felicem populi natûm pietate parentem
Concelebrant: gaudens tum rogat illa deam,
Ut quæ sors esset fortunatissima natis
Pro matri exhibito redderet obsequio.
Ast illi vitam liquere virentibus annis:
Ut queis nil possit faustius accidere.

[Idem narrat Herodotus in primo libro Historiæ.]

XXIII.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΔΙΑΒΟΛΗΣ.

I. Οἱ νεώνητοι δοῦλοι οὐ πυνθάνονται εἰ δεισιδαίμων ἢ φθονερὸς ὁ δεσπότης, ἀλλ' εἰ ὀργίλος.

II. Τὸν φθόνον ἔνιοι τῷ καπνῷ εἰκάζουσι· πολὺς γὰρ ἐν τοῖς ἀρχομένοις ὢν, ὅταν ἐκλαμφθῶσιν, ἀφανίζεται. Ἥκιστα γοῦν τοῖς πρεσβυτέροις φθονοῦσιν.

III. Ἱππίας λέγει δύο εἶναι φθόνους· τὸν μὲν δίκαιον, ὅταν τις τοῖς κακοῖς φθονῇ τιμωμένοις· τὸν δὲ ἄδικον, ὅταν τοῖς ἀγαθοῖς. Καὶ διπλᾶ τῶν ἄλλων οἱ φθονεροὶ κακοῦνται· οὐ γὰρ μόνον τοῖς ἰδίοις κακοῖς ἄχθονται, ὥσπερ ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς.

XXIII.

EX LIBRO DE CALUMNIA.

I. (*Stob. Flor.* XX, 59.) Servi recens empti non quærunt an superstitiosus aut invidus sit herus, sed an iracundus.

II. (*Ibid.* XXXVIII, 31.) Invidiam nonnulli fumo comparant. Quum enim ab initio abundet, mox illustratis illis, quibus invidetur, evanescit. Proinde senibus minime invidetur.

III. (*Ibid.* 32.) Hippias duplicem ait esse invidiam: justam quidem, quum quis invidet improbis honoratis; injustam, quum bonis. Et invidi duplo magis quam ceteri sunt calamitosi; non enim solum propriis malis gravantur, sed alienis quoque bonis.

IV. Ἱππίας φησὶν ὅτι δεινόν ἐστιν ἡ διαβολία, οὕτως ὀνομάζων· ὅτι οὐδὲ τιμωρία τις κατ' αὐτῶν γέγραπται ἐν τοῖς νόμοις, ὥσπερ τῶν κλεπτῶν· καίτοι ἄριστον ὂν κτῆμα τὴν φιλίαν κλέπτουσιν, ὥστε ἡ ὕβρις κακοῦργος οὖσα, δικαιοτέρα ἐστὶ τῆς διαβολῆς, διὰ τὸ μὴ ἀφανὴς εἶναι.

XXIV.

ΕΚ

ΤΟΥ ΚΑΤ' ΙΣΧΥΟΣ.

Τί δέ σοι τοιοῦτον ἀγαθὸν εὐτυχεῖται μᾶλλον, ὡς ἕνεκα τούτου μητρυιὰν μὲν τῶν ἀνθρώπων, μητέρα δὲ τῶν ἀλόγων ζῴων γεγενῆσθαι τὴν φύσιν, μεγέθους καὶ ὀξύτητος καὶ ὀξυωπίας χάριν; (2) Ἡ δὲ ἀνθρώπων ἴδιος ἰσχὺς ὁ ψυχῆς ἐστι λογισμὸς, ᾧ καὶ « ἐλέφαντας ὑπὸ δρυμὸν εἶλε ποδάγραις, καὶ ἵππους ἐχαλίνωσε, καὶ βόας ἀρότροις ὑπέζευξε, καὶ τὰ ἐναέρια κατέσπασε καλάμοις, καὶ τὰ βύθια δεδυκότα δικτύοις ἀνήγαγε· » τοῦτ' ἔστιν ἰσχύς. (3) Ἡ δ' ἔτι μείζων, ὅταν γῆς περιόδους, καὶ οὐρανοῦ μεγέθη, καὶ ἀστέρων κύκλους διώκουσα μὴ κάμῃ· ταῦτ' ἦν Ἡρακλέους ἄξια. Τίς γὰρ οὐκ ἂν βούλοιτο μᾶλλον Ὀδυσσεὺς εἶναι ἢ Κύκλωψ;

XXV.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΕΡΩΤΟΣ.

I. Τῶν Μενάνδρου δραμάτων ὁμαλῶς ἁπάντων ἓν συνεκτικόν ἐστιν, ὁ ἔρως, οἷον πνεῦμα κοινὸν διαπεφυκώς. Ὃν οὖν μάλιστα θιασώτην τοῦ θεοῦ καὶ ὀργιαστὴν τὸν ἄνδρα συμπεριλαμβάνωμεν εἰς τὴν ζήτησιν, ἐπεὶ καὶ λελάληκε περὶ τοῦ πάθους φιλοσοφώτερον. (2) Ἄξιον γὰρ εἶναι θαύματος φήσας τὸ περὶ τοὺς ἐρῶντας, ὥσπερ ἔστιν, ἅμα λαλεῖ, εἶτα ἀπορεῖ καὶ ζητεῖ πρὸς ἑαυτὸν,

Τίνι δεδούλωταί ποτε;
ὄψει; φλύαρος· τῆς γὰρ αὐτῆς πάντες ἂν
ἦρων· κρίσιν γὰρ τὸ βλέπειν ἴσην ἔχει.
Ἀλλ' ἡδονή τις τοὺς ἐρῶντας ἐπάγεται
συνουσίας; πῶς οὖν ἕτερος ταύτην ἔχων
οὐδὲν πέπονθεν, ἀλλ' ἀπῆλθε καταγελῶν,
ἕτερος [δ'] ἀπόλωλε; Καιρός ἐστιν ἡ νόσος
ψυχῆς· ὁ πλησεὶς δ' εἰς ὃ δεῖ τιτρώσκεται.

(3) Ταῦτα τίν' ἐστὶ σκεψώμεθα· [**] καίπερ ἔχει τι κρουστικὸν καὶ κινητικὸν αἴτιον· μήτε τὴν συνουσίαν αἰτίαν εἶναι πιθανόν ἐστι· ἀρχαὶ γὰρ αὗταί τινες ἴσως, ἡ δὲ ἰσχὺς καὶ ῥίζωσις τοῦ πάθους ἐν ἑτέροις. (4) Ἡ δ' ἀπόδειξις ἐλαφρὰ καὶ οὐδ' ἀληθής· οὐ γὰρ ἔχει κρίσιν [ἴσην] τὸ βλέπειν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ γεύεσθαι. Καὶ γὰρ ὄψις ὄψεως, καὶ ἀκοῆς ἀκοή, φύσει τε μᾶλλον διήρθρωται, καὶ τέχνῃ συγγεγύμνασται πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ διάγνωσιν, ἐν μὲν ἁρμονίαις καὶ μέλεσιν αἱ τῶν μουσι-

IV. (*Ibid.* XLII, 10.) Hippias inquit, gravissimam esse rem calumniam (διαβολίαν eam nominans), quia neque pœna adversus eam sancita est legibus ut adversus fures; licet calumniatores optimam nostrarum possessionum, amicitiam, furentur : itaque contumeliam, quamvis malefica sit, justiorem esse calumnia, propterea quod non in occulto lateat.

XXIV.

EX LIBRO

CONTRA VIRES CORPORIS.

I. (*Stob. Flor.* LIII, 14.) Quænam tibi præ aliis tanta felicitas obtigit, ut ejus gratia hominibus natura exstiterit noverca, brutis vero mater, quod ad magnitudinem, celeritatem, et aciem visus attinet? (2) At hominum propria vis in animi ratione consistit, qua et elephantes in silvis artificio pedicarum capit, frenat equos, subjugat boves aratris, volucria dejicit arundinibus, et in profundo submersa retibus extrahit. Hæc est vis. (3) Sed multo etiam major, quum ambitus terræ, cœli magnitudines, et stellarum circulos persequendo non defatigatur. Hæc erant Hercule digna. Quis enim non Ulysses, quam Cyclops, esse malit?

XXV.

EX LIBRO DE AMORE.

I. (*Stob. Flor.* LXIII, 34.) Menandri fabularum ex æquo omnium una est vis qua contineantur, amor, tanquam communis quidam spiritus per eas permeans. Hunc igitur virum, ut hujus dei cultorem et sacerdotem, nostræ disputationis socium assumamus, præsertim quum ad quandam philosophiæ rationem de hoc affectu locutus sit. (2) Mirum esse et singularem amantium affectum (sicut et est) postquam dixit,.... deinde dubitat et quærit secum ipse :

Nugæ! vultus quomodo
Quemquam subigeret? omnes unam, id si foret,
Amarent, quando aspectûs judicium est idem.
At forte amantem illecebræ consuetudinis
Trahere putantur? Atqui eadem utentium
Alter nil triste patitur, quin videns abit :
Alter disperit. Morbus animi occasio est :
Hæc si quem, ut oportet, feriit, is vulnus trahit.

(3) Hæc, age, cujusmodi sint consideremus. *Amoris ortus nec soli visui tribuendus videtur*, quamquam habet oculorum sensus nonnihil ad movendum percutiendumque efficaciæ. Neque etiam probabile est, ejus causam esse coitum. Ambo illa sunt fortasse amoris quædam initia : at ut radices agat et confirmetur, id vero aliis continetur causis. (4) Ceterum demonstratio Menandri levis et falsa est. Neque enim visus apud omnes homines æquale habet judicium, ut neque gustus. Nam visus visu, auditus auditu, vel natura perfectior est, vel exercitatior arte, ad discernendum meliora, musicorum in modulatione et

κῶν, ἐν δὲ μορφαῖς καὶ ἰδέαις αἱ τῶν ζωγράφων· ὥσπερ εἰπεῖν ποτε Νικόμαχον λέγουσι πρὸς ἄνθρωπον ἰδιώτην φήσαντα μὴ καλὴν αὐτῷ φανῆναι τὴν Ζεύξιδος Ἑλένην· Λάβε γάρ, ἔφη, τοὺς ἐμοὺς ὀφθαλμούς, καὶ θεός σοι φανήσεται. (5) Πολὺ δὲ καὶ μυρεψοὶ περὶ τὰ ὀσφραντά, καὶ νὴ Δία ὀψοποιοὶ περὶ τὰ γευστά, διατριβῇ καὶ συνηθείᾳ διαφέρουσαν ἡμῶν κρίσιν ἔχουσι. (6) Πάλιν δὲ τὸ συνουσίᾳ τὸν ἔρωτα μὴ κρατεῖσθαι, διὰ τὸ τῇ αὐτῇ συγγενόμενον ἄλλον [μὲν δουλοῦσθαι, ἄλλον δ'] ἀπαλλαγῆναι καὶ καταφρονῆσαι, τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον εἰ λέγοι τις μηδὲ χυμῶν ἡδονῇ δεδουλῶσθαι Φιλόξενον τὸν ὀψοφάγον, ὅτι τῶν αὐτῶν Ἀντισθένης γευσάμενος οὐδὲν ἔπαθε τοιοῦτον· μηδὲ ὑπὸ οἴνου μεθύειν Ἀλκιβιάδην, ὅτι Σωκράτης πίνων τὸν ἴσον οἶνον ἔνηφεν. (7) Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐάσωμεν, τὰ δ' ἑφεξῆς, ἐν οἷς ἤδη τὴν αὑτοῦ δόξαν ἀποφαίνεται, σκοπῶμεν. « Καιρός ἐστιν ἡ νόσος ψυχῆς. » Εὖ καὶ ὀρθῶς. Δεῖ γὰρ ἅμα τοῦ πάσχοντος εἰς ταὐτὸ καὶ τοῦ ποιοῦντος ἀπάντησιν γενέσθαι, πρὸς ἄλληλά πως ἐχόντων· ὡς ἄκυρον εἰς τὴν τοῦ τέλους ἀπεργασίαν ἡ δραστικὴ δύναμις, ἂν μὴ παθητικὴ διάθεσις ᾖ. Τοῦτο δὲ εὐστοχίας ἐστὶ καιροῦ τῷ παθεῖν ἀμωσγέπως συνάπτοντος ἐν ἀκμῇ τὸ ποιεῖν πεφυκός.

II. Οἱ μὲν γὰρ νοῦν τὸν ἔρωτα, οἱ δ' ἐπιθυμίαν, οἱ δὲ μανίαν, οἱ δὲ θεῖόν τι κίνημα τῆς ψυχῆς καὶ δαιμόνιον, οἱ δὲ ἄντικρυς θεὸν ἀναγορεύουσιν. Ὅθεν ὀρθῶς ἐνίοις ἔδοξε τὸ μὲν ἀρχόμενον ἐπιθυμίαν εἶναι, τὸ δ' ὑπερβάλλον μανίαν, τὸ δὲ ἀντίστροφον φιλίαν, τὸ δὲ ταπεινότερον ἀρρωστίαν, τὸ δ' εὐημεροῦν ἐνθουσιασμόν. (2) Διὸ καὶ πυρφόρον αὐτὸν οἵ τε ποιηταὶ λέγουσιν, οἵ τε πλάσται καὶ γραφεῖς δημιουργοῦσιν· ὅτι καὶ τοῦ πυρὸς τὸ μὲν λαμπρὸν ἡδιστόν ἐστιν, τὸ δὲ καυστικὸν ἀλγεινότατον.

III. Ὥσπερ γὰρ τοὺς φίλους ὑγιαίνοντας μέν, ἂν πλημμελῶσιν, ἐξελέγχειν καὶ νουθετεῖν κράτιστόν ἐστιν, ἐν δὲ ταῖς παρακοπαῖς καὶ τοῖς φρενετισμοῖς εἰώθαμεν μὴ διαμάχεσθαι μηδὲ ἀντιτείνειν, ἀλλὰ καὶ συμπεριφέρεσθαι καὶ συνεπινεύειν· οὕτω τοὺς δι' ὀργὴν ἢ πλεονεξίαν ἁμαρτάνοντας ἀνακόπτειν τῇ παρρησίᾳ δεῖ καὶ κωλύειν, τοῖς δ' ἐρῶσιν, ὥσπερ νοσοῦσι, συγγνώμην ἔχειν. (2) Διὸ κράτιστον μὲν ἐξ ἀρχῆς τοιούτου πάθους σπέρμα μὴ παραδέχεσθαι μηδ' ἀρχήν· ἂν δ' ἐγγένηται, ἴθι ἐπὶ ἀποτροπαίων βωμοὺς θεῶν, κατὰ τὸν Πλάτωνα, ἴθι ἐπὶ τὰς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν συνουσίας, ἐξέλασον σαυτοῦ τὸ θηρίον πρὶν ὄνυχας φῦσαι καὶ ὀδόντας· εἰ δὲ μή, μαχέσῃ τελείῳ κακῷ, τὸ παιδίον τοῦτο καὶ νήπιον ἐναγκαλιζόμενος. (3) Τίνες δέ εἰσιν οἱ τοῦ ἔρωτος ὄνυχες καὶ ὀδόντες; ὑποψία, ζηλοτυπία. Ἀλλ' ἔχει τι πιθανὸν καὶ ἀνθηρόν. Ἀμέλει καὶ ἡ Σφὶγξ εἶχεν ἐπαγωγὸν τὸ ποίκιλμα τοῦ πτεροῦ, καὶ

Εἰ μὲν πρὸς αὐγὰς ἡλίου, χρυσωπὸν ἦν
νώτισμα θηρός· εἰ δὲ πρὸς νέφη βάλοι,
κυανωπὸν, ὡς τις Ἶρις, ἀντηύγει σέλας.

cantu, pictorum in formis et figuris. Hinc est quod Nicomachus ad rudem quendam, qui sibi Zeuxidis Helenam non pulchram videri dixerat, ita respondit : Sume, inquit, meos oculos, et dea tibi videbitur. (5) Quin et unguentarii in judicio odorum, coqui in saporum, propter usum et consuetudinem nos multum superant. (6) Jam altera Menandri ratio, qua efficere vult, amorem non contineri coitu, quoniam ex duobus cum eadem congressis muliere, alter *irretiatur, alter* liber et contemnens abeat : hoc igitur perinde est ac si dicas Philoxenum heluonem voluptate saporum non fuisse captum, quod Antisthenes iisdem gustatis non similiter affectus fuerit; aut Alcibiadem non ebrium fuisse vino, quia Socrates tantumdem bibens sobrius manserit. (7) Sed hæc missa faciamus, et sequentia perpendamus, in quibus jam suam ipse sententiam aperit. *Tempus, sive occasio, hunc animi morbum parit*, inquit. Bene recteque dictum. Oportet enim concursum et conjunctionem fieri agentis et patientis certa quadam ratione et habitu ad se invicem affectorum. Nam facultas agendi nullam vim habet ad efficiendum finem, nisi in patiente insit idonea ad patiendum affectio ac dispositio. Atqui hoc est opportuni temporis, quod alteri ad patiendum disposito ac parato, jungit in ipso articulo et vigore alterum idoneum natumque ad agendum.

II. (*Ibid.* LXIV, 30.) Alii amorem prædicant esse mentem, alii cupiditatem, alii insaniam, alii divinum quendam ac numinis motum, alii plane deum. Igitur recte nonnullis visum est, ejus initium esse cupiditatem; excessum, insaniam : mutuam remunerationem, amicitiam; humilitatem, ægrotationem; prosperum successum, divinum instinctum, quem enthusiasmum vocant. (2) Quare igniferum eum et poetæ dicunt, et statuarii pictoresque faciunt; quia ignis pars splendens, suavissima est; urens, molestissima.

III. (*Ibid.* 31.) Prouti enim amicos, sanos quidem, si peccaverint, redarguere et admonere optimum est, delirio autem aut furore captis non pugnare neque adversari solemus, sed nos iis accommodare et annuere : ita eos qui per iram aut avaritiam delinquunt, libertate sermonis coercere et inhibere oportet, amantibus vero, tanquam ægris, veniam dare. (2) Igitur statim ab initio optimum fuerit, neque semen neque initium hujus affectus recipere : quod si tamen receptum natumve fuerit, adito deorum altaria averruncatorum, secundum Platonem, adito sapientium virorum colloquia et consuetudines : expelle bestiam prius quam dentes ei unguesque procreverint : sin minus, adulto pugnabis malo, quando parvulum et infantem ulnis amplecteris. (3) Sed qui sunt amoris ungues ac dentes? Suspicio, rivalitas et obtrectatio. At habet amor aliquid blandum, alliciens, floridum. Profecto etiam Sphinx illecebrosam habuit alarum varietatem, et

Ad solis radios si converteret fera
Dorsum, color erat aureus : quum nubibus
Obtenderet, cæruleus instar Iridis.

(4) Οὕτω δὴ καὶ ὁ ἔρως ἔχει τι χάριεν καὶ οὐκ ἄμουσον, ἀλλὰ αἰμύλον καὶ ἐπιτερπές· ἁρπάζει δὲ καὶ βίους, καὶ οἴκους, καὶ γάμους, καὶ ἡγεμονίας, οὐκ αἰνίγματα προβάλλων, ἀλλ' αὐτὸς αἴνιγμα δυσεύρετον ὢν καὶ δύσλυτον, εἰ βούλοιτό τις προτείνειν τί μισεῖ καὶ φιλεῖ, τί φεύγει καὶ διώκει, τί ἀπειλεῖ καὶ ἱκετεύει, τί ὀργίζεται καὶ ἐλεεῖ, [τί] βούλεται παύσασθαι καὶ οὐ βούλεται, τί χαίρει τῷ αὐτῷ μάλιστα καὶ ἀνιᾶται, τοῦτο λῦσαι καὶ θεραπεῦσαι. (5) Τῆς μὲν γὰρ Σφιγγὸς τὸ αἴνιγμα τὰ πλεῖστα καὶ πεπλασμένα ἔχει· οὔτε γὰρ τρίπους ὁ γέρων ἀληθῶς, εἴ [τι] προσείληφε τοῖς ποσὶ βοηθεῖν· οὔτε τετράπους ὁ νήπιος, ἐπεὶ ταῖς χερσὶν ὑπερείδει τὴν τῶν βάσεων ὑγρότητα καὶ ἀσθένειαν. Τὰ δὲ τῶν ἐρώντων πάθη ἀληθῆ· στέργουσιν, ἐχθραίνουσι· τὸν αὐτὸν ποθοῦσιν ἀπόντα, τρέμουσι παρόντος· κολακεύουσι, λοιδοροῦσι, προαποθνήσκουσι, φονεύουσιν, εὔχονται μὴ φιλεῖν, καὶ παύσασθαι φιλοῦντες οὐ θέλουσι· σωφρονίζουσι καὶ πειρῶσι· παιδεύουσι καὶ διαφθείρουσιν· ἄρχειν θέλουσι, καὶ δουλεύειν ὑπομένουσι. (6) Τοῦτο αἴτιον γέγονε μάλιστα τοῦ μανίαν ὑποληφθῆναι τὸ πάθος·

Ἤρων· τὸ μαίνεσθαι δ' ἄρ' ἦν ἔρως βροτοῖς,

ἐρωτικὸς ἀνὴρ Εὐριπίδης φησίν.

IV. Ὁ ἔρως οὔτε τὴν γένεσιν ἐξαίφνης λαμβάνει καὶ ἀθρόαν, ὡς ὁ θυμός· οὔτε παρέρχεται ταχέως, καίπερ εἶναι πτηνὸς λεγόμενος· ἀλλ' ἐξάπτεται μαλακῶς, καὶ σχεδὸν οἷον ἐντήκων ἑαυτόν· ἁψάμενός τε τῆς ψυχῆς παραμένει πολὺν χρόνον, οὐδ' ἐν γηρῶσιν ἐνίοις ἀναπαυόμενος, ἀλλ' ἐν πολιαῖς ἀκμάζων ἔτι πρόσφατος καὶ νεαρός· ἂν δὲ καὶ λήξῃ καὶ διαλυθῇ, χρόνῳ μαρανθείς, ἢ λόγῳ τινὶ κατασβεσθείς, οὔπω παντάπασιν ἐξαπήλλακται τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἐναπολείπει πυρίκαυτον ὕλην καὶ σημεῖα θερμὰ, καθάπερ οἱ κεραυνοὶ τυφόμενοι. (2) Λύπης μὲν γὰρ οὐδὲν ἀπαλλαγείσης ἴχνος ἐν τῇ ψυχῇ παραμένει συνοικοῦν, οὐδ' ὀργῆς τραχείας πεσούσης· στέλλεται δὲ καὶ φλεγμονὴ ἐπιθυμίας παρεχούσης τραχὺ κίνημα· τὰ δὲ ἐρωτικὰ δήγματα, κἂν ἀποστῇ τὸ θηρίον, οὐκ ἐξανίησι τὸν ἰὸν, ἀλλ' ἐνιδροῖ τὰ ἐντὸς σπαράγματα, καὶ ἀγνοεῖται τί ἦν, πῶς συνέστη, πόθεν εἰς τὴν ψυχὴν ἐνέπεσεν.

V. Καὶ τοὺς καλοὺς ὁρᾶν μὲν ἐπιτερπέστατον, ἅψασθαι δὲ καὶ λαβεῖν οὐκ ἀδύνατον οὐδ' ἀκίνδυνον· μᾶλλον δὲ, ὥς φησιν ὁ Ξενοφῶν, τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁψαμένους καίει μόνον, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς μακρὰν ἑστῶτας ὑφάπτουσιν· ἡ γὰρ ὄψις λαβὴ τοῦ πάθους ἐστί.

(4) Sic etiam amor habet quiddam gratiosum nec inelegans, sed blandum et jucundum : rapit autem vitas, familias, nuptias, imperia, non ænigmata proponens, sed ipse ænigma inventu solutuque difficile exsistens, si quis hujusmodi ænigma proponat, Quid sit quod simul et oderit et amet, fugiat et persequatur, minetur et supplicet, irascatur et misereatur, desinere velit et nolit, eadem re maxime et gaudeat et doleat, hoc inquam solvere et procurare. (5) Nam et Sphingis ænigma plurimas partes continet fictas. Neque enim tripes est senex, si baculum assumat auxilium pedum : nec infans est quadrupes, quia pedum mollitiem et infirmitatem manibus fulcit. At amantum affectus veri sunt : amant, oderunt : eundem absentem desiderant, præsentem metuunt : adulantur, conviciantur : moriuntur pro amato, eundem interficiunt : optant non amare, desinere amare nolunt : castum esse jubent amatum, ejusdem pudicitiam tentant : docent eundem et corrumpunt : imperare volunt, et servire sustinent. (6) Hæc maxime est causa, cur hic affectus pro insania habeatur :

Amabam : hominibus scilicet furor est amor,

inquit amatorius vir Euripides.

IV. (*Ibid.* 32.) Amor neque subito ac totus simul gignitur, ut ira : neque statim transit, quanquam alatus esse dicitur : sed leniter ac sensim accenditur, ac veluti se ipse liquefaciens atque ita insinuans : at quando animum tetigit, diu permanet, ita ut ne in senibus quidem nonnullis desinat, adhuc in canis vigens tanquam recens et juvenilis. Quodsi vero etiam desierit ac solutus fuerit, sive tempore marcescens, sive ratione quadam exstinctus, non tamen omnino deserit animum : sed exustam igne materiam relinquit, et signa calida, prouti fulmina in fumum soluta. (2) Doloris quidem præteriti nullum in animo manet vestigium, neque iræ quamvis asperæ semel dilapsæ : componitur etiam inflammatæ ardor cupiditatis, quamvis asperum excitantis motum. At amatorii morsus, licet bestia discesserit, non remittunt virus ; sed exsudant interna vulnera : et quid rei sit, quomodo natum, unde in animum illapsum, ignoratur.

V. (*Ib.* LXVI, 7.) Formosos intueri jucundissimum est, tangere et capere periculosum : immo, ut ait Xenophon, ignis solos tangentes urit : pulchri etiam eos qui procul stant inflammant. Visus enim est ansa amoris.

XXVI.

ΥΠΕΡ ΚΑΛΛΟΥΣ.

I. Τί γάρ ; οὐ σύνθετος φύσις ἀνθρώπων ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς ; ἢ θάτερον ἀρκοῦν ἡμῖν ; καὶ πῶς οἷόν τε ; τὸ μὲν γὰρ οὐκ ἂν εἴη μὴ χρώμενον ψυχῇ,

XXVI.

PRO PULCHRITUDINE.

I. (*Stob. Flor.* LXV, 12.) Quid enim? nonne ex animo et corpore composita est hominibus natura? An vero alterutrum nobis sufficit? At quomodo hoc fieri possit? Cor-

ψυχὴ δ' οὐκ ἂν εἴη μὴ ἔχουσα τὸ συνερεῖδον. (2) Τί οὖν; ὥσπερ ἐξ ἴσου κοσμεῖται ἑκάτερα τοῖς συγγενέσιν, ἡ μὲν δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ καὶ φρονήσει, τὸ δὲ ἰσχύϊ καὶ κάλλει καὶ ὑγιείᾳ· (καὶ) πῶς οὐ θαυμαστὸν λέγειν τὰ τῆς ψυχῆς καλὰ, τοῦ σώματος ὑπερορῶντα;

II. Ἡ γοῦν τοῦ σώματος εὐμορφία ψυχῆς ἐστιν ἔργον σώματι χαριζομένης δόξαν εὐμορφίας. Πεσέτω γοῦν θανάτῳ τὸ σῶμα, καὶ τῆς ψυχῆς μετῳκισμένης, οὐ στάσις, οὐ χρῶμα, οὐκ ὀφθαλμὸς, οὐ φωνὴ, οὐδὲν ἔτι καταλείπεται τῶν ἐρασμίων, προδεδομένον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων οἰκητόρων· ὥστε καὶ τὴν ψυχὴν συνυβρίζεις λανθάνων, ἧς ἐστὶν ἀνθρώπου κάλλος.

III. Ἀλλὰ μὴν, ὥσπερ ἔφην, οὐδενὸς τῶν ἄλλων [κάλλος] κινδύνων γένεσίς ἐστιν, ἀλλὰ μόνου τοῦ σώματος. Τὰ μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς κάλλη, καὶ σωτηρίας ἐλπίδες εἰσὶ, φρόνησις, εὐσέβεια, δικαιοπραγία· καὶ τὸ παιδείας εὔπρόσωπον κάλλος οἴκου καὶ πόλεως καὶ ἐθνῶν ἀθόρυβος εἰρήνη διατελεῖ γενομένη· ἡ δὲ γυναικῶν εὐμορφία ἀφορμὴ τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.

pus enim esse nequeat, nisi animo utatur: animus item esse nequeat, nisi habeat fulcrum quo nitatur. (2) Quid igitur? Quum utrumque ornetur cognatis sibi dotibus, animus justitia, temperantia, prudentia, corpus robore, forma, sanitate; quomodo non mirum sit, animi dotes pulchras appellare, corporis dotes contemnere?

II. (*Ibid.* 13.) Corporis pulchritudo est opus animi gratificantis corpori opinionem pulchritudinis. Concidat igitur corpus morte, migrante animo; nec status, nec color, nec oculus, nec vox, nil quidquam amplius relinquitur amabile, desertum quippe ac proditum a veteribus habitatoribus. Igitur corporis formam culpans, animi simul pulchritudini imprudens injuriam facis.

III. (*Ibid.* LXVI, 4.) Atqui, ut dixi, pulchritudo alia nulla, nisi quæ corporis sit, periculorum est causa. Nam animi pulchritudines, simul spem salutis continent: prudentia, pietas, justitia, et doctrinæ decora pulchritudo stabilem ac tranquillam affert pacem in familias, civitates, populos. At mulierum formositas causam præbet affectibus et cupiditatibus.

XXVII.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΟΡΓΗΣ.

Ὅσα δὲ ὀργῇ χρώμενοι πράττουσιν οἱ ἄνθρωποι, ταῦτα ἀνάγκη τυφλὰ εἶναι καὶ ἀνόητα καὶ τοῦ παντὸς ἁμαρτάνειν. Οὐ γὰρ οἷόντε ὀργῇ χρώμενον, λογισμῷ χρῆσθαι· τὸ δὲ ἄνευ λογισμοῦ ποιούμενον πᾶν ἄτεχνόν τε καὶ διεστραμμένον. (2) Λόγον οὖν ἡγεμόνα χρὴ ποιησάμενον, οὕτως ἐπιχειρεῖν τοῖς κατὰ τὸν βίον ἔργοις, τὰς ἑκάστοτε προσπιπτούσας ὀργὰς διωθούμενον καὶ διανεύοντα, ὥσπερ οἱ κυβερνῆται τὰ κύματα τὰ προσφερόμενα. Ἔστι γοῦν οὐκ ἔλαττον τὸ δέος, ὀργῆς ἀντιπρῴρου κυλινδουμένης, αὐτόν τε καὶ σύμπαντα οἶκον ἄρδην ἀπολέσαι καὶ ἀνατρέψαι μὴ διαπλεύσαντα δεξιῶς. (3) Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιμελείας εἰς αὐτὰ δεῖ καὶ μελέτης· ᾗ καὶ μάλιστα ἁλίσκονται κατ' ἄκρας οἱ παραδεξάμενοι τὸν θυμὸν ὡς σύμμαχον ἀρετῆς, ἀπολαύοντες ὅσον αὐτοῦ χρήσιμόν ἐστιν ἔν τε πολέμῳ καὶ νὴ Δία ἐν πολιτείαις, τὸ πολὺ δὲ αὐτοῦ καὶ τὸ ἐπιπολάζον ἐκκρίνειν [κελεύοντες] καὶ ἐκβάλλειν τῆς ψυχῆς, ὅπερ ὀργή τε καὶ πικρία καὶ ὀξυθυμία λέγεται, νομίσματα ἥκιστα ταῖς ἀνδρείαις ψυχαῖς πρέποντα. (4) Τίς οὖν ἐν ἡλικίᾳ τούτων γίγνεται μελέτη; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ μάλιστ' ἂν ὧδε γίγνεσθαι πόρρωθεν ἡμῶν προμελετώντων καὶ προπονούντων πλεῖστον οἷον ἐν οἰκέταις τε καὶ πρὸς γυναῖκας τὰς γαμετάς. Ὁ γὰρ οἴκοι πρᾷος, καὶ δημοσίᾳ πρᾷος πολὺ μᾶλλον ἔσται, τοιοῦτος ἔνδοθεν καὶ ὑπὸ τῶν οἴκοι πεποιημένος αὐτὸς τῆς αὑτοῦ ψυχῆς παιδαγωγός.

XXVII.

EX LIBRO DE IRA.

(*Stob. Flor.* XX, 70.) Quæcumque homines per iram faciunt, ea necesse est, veluti cæca et cogitationis expertia, a tota re aberrare. Neque enim fieri potest ut, ubi ira, ibidem et ratione utamur. At quod sine ratione fit, id omne ab arte alienum ac perversum est. (2) Igitur actionum nostrarum ducem debemus constituere rationem, atque ita demum ad vitæ negotia tractanda accedere: et iras quasque nobis accidentes dispellere aut evitare, prouti gubernatores undas ingruentes. Neque enim minor nobis quam gubernatoribus debet esse naufragii metus; ne, irarum fluctibus ex adverso contra nos se volventibus, et ipsi nos et totam familiam nostram funditus perdamus ac subvertamus, nisi sollerter ac prudenter navigemus. (3) Igitur diligentia et exercitatione ad hanc rem opus est. Unde maxime et quasi per arcem capiuntur, qui iram recipiunt tanquam sociam et adjutricem virtutis, assumentes iræ tantum, quantum utile est in bello atque adeo in republica gerenda, quod autem nimium est et abundat secernere et ejicere ex animo jubentes, quippe quod iracundia, acerbitas, proclivitas ad incandescendum vocetur, nomina minime decora fortibus animis. (4) Quænam ergo horum tollendorum in adulta ætate exercitatio fieri potest? Hæc mihi ita maxime fieri videtur, si præmeditemur exerceamusque lenitudinem quantum potest in famulis et uxoribus. Nam qui domi lenis est, multo magis publice talis erit; quum intus et in domesticis se ita formet ut sui ipse animi bonus fiat moderator.

XXVIII.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΓΕΓΟΝΕΝΑΙ ΚΑΤΑ ΠΛΑΤΩΝΑ ΤΟΝ ΚΟΣΜΟΝ.

Ὅ γε μὴν οὗτοί τε κοινῇ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν χρωμένων Πλάτωνι φοβούμενοι καὶ παραμυθούμενοι, πάντα μηχανῶνται καὶ παραβιάζονται καὶ στρέφουσιν ὡς τι δεινὸν καὶ ἄρρητον οἰόμενοι δεῖν περικαλύπτειν καὶ ἀρνεῖσθαι, τήν τε τοῦ κόσμου τήν τε τῆς ψυχῆς αὐτοῦ γένεσιν καὶ σύστασιν, οὐκ ἐξ ἀϊδίου συνεστώτων, οὐδὲ τὸν ἄπειρον χρόνον οὕτως ἐχόντων, ἰδίᾳ λόγου τέτευχε.

XXVIII.

MUNDUM CONDITUM ESSE, STATUI A PLATONE.

(*Mor.* p. 1013, D.=1240, 34.) Quod autem et hi communiter, et plerique Platonis studiosorum, timentes ac delinire studentes, omnia moliuntur et vi pervertunt, putantes tanquam flagitiosam et infandam sententiam debere occultari et negari, quæ mundum ejusque animam non ab æterno constitutam fuisse, neque ab infinito tempore ita ut nunc est se habuisse, affirmat: id peculiari disputatione explicitum est.

XXIX.

ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ ΠΡΟΣ ΧΡΥΣΙΠΠΟΝ.

I. Ὅτι μὲν οὖν ἄτοπόν ἐστι τοὺς φιλοσόφους τὸν ἐναντίον λόγον οἰομένους δεῖν τιθέναι, μὴ μετὰ συνηγορίας, ἀλλ' ὁμοίως τοῖς δικολόγοις κακοῦντας, ὥσπερ οὐ πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ περὶ νίκης ἀγωνιζομένους, εἴρηται πρὸς αὐτὸν δι' ἑτέρων.

II. Ἃ μὲν οὖν ῥητέον ὑπὲρ Πλάτωνος, ἐν ἄλλοις γέγραπται πρὸς αὐτόν.

XXIX.

DE JUSTITIA ADVERSUS CHRYSIPPUM.

I. (*Mor.* p. 1036, A =1267, 21.) Enimvero absurdum esse, ut philosophi qui putent contrariam quoque sententiam esse stabiliendam, id faciant non patrocinando, sed labefactando ut causidici, quasi non veritatis, sed victoriæ causa certetur, aliis in libris, contra eum, ostendimus.

II. (*Ibid.* p. 1272, 41.) Alibi ea scripsimus quæ pro Platone dicenda sunt adversus Chrysippum.

XXX.

ΠΕΡΙ ΗΜΕΡΩΝ.

I. Περὶ δ' ἡμερῶν ἀποφράδων, εἴτε χρὴ τίθεσθαί τινας, εἴτε μή, ὀρθῶς Ἡράκλειτος ἐπέπληξεν Ἡσιόδῳ, τὰς μὲν ἀγαθὰς ποιουμένῳ, τὰς δὲ φαύλας, ὡς ἀγνοοῦντι φύσιν ἡμέρας ἁπάσης μίαν οὖσαν, ἑτέρωθι διηπόρηται.

II. Ἀθηναῖοι τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει, τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέληνον, ἐν δὲ Σαλαμῖνι περὶ τὰς εἰκάδας, ὡς ἡμῖν ἐν τῷ Περὶ ἡμερῶν ἀποδέδεικται.

XXX.

DE DIEBUS.

I. (*Camillo* c. 19, 2.) De diebus nefastis, habendi necne sint, et an recte Heraclitus reprehenderit Hesiodum, alios bonos alios malos statuentem, et ignorantem cujusvis diei eandem esse naturam: alio loco disputavimus.

II. (*Ibid.* § 5.) Athenienses apud Naxum navali prælio vicerunt, duce Chabria, Boedromionis mensis circa plenilunium; ad Salaminem, vigesimo: ut in Commentario De Diebus ostendimus.

XXXI.

ΠΕΡΙ ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΗΣ.

ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ. Δέδια δή, ὦ φίλοι, μὴ καὶ τὸ τῆς κυνηγεσίας ἐγκώμιον ἐχθὲς ἀνεγνωσμένον ἐπάρῃ τοῦ μετρίου πέρα τοὺς φιλοθήρους ἡμῖν νεανίσκους, ὥστε τἆλλα πάρεργα καὶ τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι, πρὸς τοῦτο παντάπασι ῥυέντας· ὅπου δοκῶ μοι καὶ αὐτὸς ἐκ νέας αὖθις ἀρχῆς παρ' ἡλικίαν ἐμπαθέστερος γεγονέναι, καὶ ποθεῖν, ὥσπερ ἡ Εὐριπίδου Φαίδρα,

κυσὶ θωύξαι
βαλίαις ἐλάφοις ἐγχριπτόμενος·

XXXI.

DE VENATIONE.

(*Mor.* p. 959=1174, 7.) AUTOBULUS. Vereor sane, o amici, ne recitata heri venationis laudatio, ultra modum excitet venandi studiosos de nostris adolescentibus; ita ut reliqua omnia obiter tantum et tanquam nullius momenti agenda putent posthac, et huic uni studio se penitus addicant; quando ipse quoque denuo, idque præter ætatem, animo ad eam rem factus commotior mihi videor et cupere cum Euripidis Phædra

inclamare canes, insectari
cervas diversicolores.

οὕτως ἔθιγέ μου πυκνὰ καὶ πιθανὰ τῶν ἐπιχειρημάτων ἐπάγων ὁ λόγος.

ΣΩΚΛΑΡΟΣ. Ἀληθῆ λέγεις, ὦ Αὐτόβουλε· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔδοξέ μοι τὸ ῥητορικὸν ἐγεῖραι διὰ χρόνου, χαριζόμενος καὶ συννεαρίζων τοῖς μειρακίοις· μάλιστα δὲ ἥσθην τοὺς μονομάχους αὐτοῦ παραθέντος, ὡς οὐχ ἥκιστα τὴν θηρευτικὴν ἄξιον ἐπαινεῖν, ὅτι τοῦ πεφυκότος ἐν ἡμῖν ἢ μεμαθηκότος χαίρειν μάχαις ἀνδρῶν πρὸς ἀλλήλους διὰ σιδήρου τὸ πολὺ δεῦρο τρέψασα, καθαρὰν παρέχει θέαν, ἅμα τέχνης καὶ τόλμης νοῦν ἐχούσης πρὸς ἀνόητον ἰσχὺν καὶ βίαν ἀντιταττομένης, καὶ ἐπαινούσης τὸ Εὐριπίδειον

Ἢ βραχύ τοι σθένος ἀνέρος·
ἀλλὰ ποικιλίαις πραπίδων
δαμνᾷ φῦλα πόντου
χθονίων τ' ἀερίων τε παιδεύματα.

ita me tetigit oratio tam crebris et probabilibus usa argumentationibus.

SOCLARUS. Vera dicis, o Autobule. Videtur enim ille artem dicendi longo potest tempore resuscitasse in gratiam adolescentum, et cum iis quasi vernæ delectationi indulsisse. Maxime autem me affecit commemoratio gladiatorum; quum ostenderet haud exiguam laudem deberi venationi, quæ vim animi nostri eam, quæ sive natura, sive disciplina, amat spectacula hominum ferro decernentium, hanc igitur vim majore ex parte ad se trahens, purum præbet spectaculum artis audaciæque cum prudentia conjunctæ, quæ robori mentis experti opponatur, laudetque illud Euripideum :

Exiguæ vires hominis;
sed calliditas animi
belluas maris domat
terræque et sobolem aeris.

XXXII.

ΜΥΘΩΝ Η ΜΥΘΙΚΩΝ ΔΙΗΓΗΜΑΤΩΝ.

Πλουτάρχου δὲ εἰ τὰ μυθικὰ διηγήματα τῶν σῶν εἴσω χειρῶν ἀφῖκτο, οὔποτ' ἂν ἐλελήθει σε τίνι διαφέρει πλάσαι τε ἐξ ἀρχῆς μῦθον, καὶ τὸν κείμενον ἐφαρμόσαι πράγμασιν οἰκείοις.

XXXII.

FABULARUM VEL FABULOSARUM NARRATIONUM.

(*Julian. Or.* VII, p. 227, A.) Quodsi Plutarchi Fabulosæ Narrationes in manus tuas venissent; non illud ignorares quantum distet, fabulam ab initio novam fingere atque invenire, et inventam ab aliis veteremque ad suum argumentum accommodare.

XXXIII.

ΕΚ ΤΩΝ ΒΙΩΝ.

Α'.

ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΒΙΟΣ.

I. Ὅτι δὲ Ἡρακλῆς πρῶτος ἀπέδωκε νεκροὺς τοῖς πολεμίοις, ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλέους γέγραπται.

XXXIII.

EX VITIS.

I.

HERCULIS VITA

I. (*Thes.* c. 29.) Primus omnium Hercules corpora cæsorum hostibus reddidit : ut nos in libro de Hercule memoravimus.

II. [*Gellii* I, c. 1.] *Plutarchus* in libro quem de Herculis quali inter homines fuerit animi corporisque ingenio et virtutibus conscripsit, « scite subtiliterque ratiocinatum Pythagoram philosophum dicit in reperienda modulandaque status longitudinisque ejus præstantia. Nam quum fere constaret, curriculum stadii, quod est Pisæ ad Jovis Olympii, Herculem pedibus suis metatum, idque fecisse longum pedes sexcentos; cetera quoque stadia in terra Græcia, ab aliis postea instituta, pedum quidem esse numero sexcentum, sed tamen aliquantulum breviora; facile intellexit modum spatiumque plantæ Herculis, ratione proportionis habita, tanto fuisse quam aliorum procerius, quanto Olympicum stadium longius esset quam cetera. Comprehensa autem mensura Herculani pedis, quanta longinquitas corporis ei mensuræ conveniret, secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam, modificatus est : atque ita id collegit quod erat consequens, tanto fuisse Herculem corpore excelsiorem quam alios, quanto Olympicum stadium ceteris pari numero factis anteiret. »

III. [*Arnob.* C. G. IV, p. 144.] Chæroneus *Plutarchus* nostrarum esse partium comprobatur, qui « in Œtæis verticibus Herculem post morborum comitialium ruinas dissolutum in cinerem » prodidit.

Β'.

ΔΑΪΦΑΝΤΟΥ ΒΙΟΣ.

Τὸ δὲ τῶν Φωκίδων ἐνδόξου μὲν οὐ τετύχηκε συγγραφέως, οὐδενὸς δὲ τῶν γυναικείων ἔλαττον εἰς ἀρετήν

II.

DAIPHANTI VITA.

(*Mor.* p. 244, *B* = 301, 47.) Phocidum facinus nobilem quidem scriptorem non est nactum; at virtutis laude nulli

ἐστι, μαρτυρούμενον ἱεροῖς τε μεγάλοις, ἃ δρῶσι Φωκεῖς ἔτι νῦν περὶ Ὑάμπολιν, καὶ δόγμασι παλαιοῖς, ὧν τὸ μὲν καθ' ἕκαστον τῆς πράξεως ἐν τῷ Δαϊφάντου βίῳ γέγραπται.

Γ'.

ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΟΥΣ ΒΙΟΣ.

Ἐκ ταύτης (τῆς Ἀνδανίας) Ἀριστομένης ἐγένετο, ἐπιφανέστατος στρατηγός. Τοῦτον οἱ Λακεδαιμόνιοι πολλάκις αὐτοὺς νικήσαντα θαυμάσαντες, ὡς μόλις ἐκράτησαν ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ, ἀνατεμόντες ἐσκόπουν εἰ παρὰ τοὺς λοιποὺς ἐστί τι· καὶ εὗρον σπλάγχνον ἐξηλλαγμένον καὶ τὴν καρδίαν δασεῖαν, ὡς Ἡρόδωρος, καὶ Πλούταρχος, καὶ Ῥιανός.

Δ'.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΒΙΟΣ.

Ὅσα μὲν οὖν ἄλλα πρὸς τούτῳ τολμήματα καὶ ῥήματα τῶν Σπαρτιατῶν καταλέλοιπεν, ἐν τῷ Λεωνίδου βίῳ γραφήσεται· μικρὰ δ' οὐ χεῖρόν ἐστι καὶ νῦν διελθεῖν. Ἀγῶνα μὲν γὰρ ἐπιτάφιον αὐτῷ ἠγωνίσαντο πρὸ τῆς ἐξόδου, καὶ τοῦτον ἐθεῶντο πατέρες αὐτῶν καὶ μητέρες· αὐτὸς δὲ ὁ Λεωνίδας πρὸς μὲν τὸν εἰπόντα, παντελῶς ὀλίγους ἐξάγειν αὐτὸν ἐπὶ τὴν μάχην, Πολλοὺς μέν, ἔφη, τεθνηξομένους. Πρὸς δὲ τὴν γυναῖκα πυνθανομένην ἐξιόντος εἴ τι λέγοι, μεταστραφεὶς εἶπεν, Ἀγαθοῖς γαμεῖσθαι, καὶ ἀγαθὰ τίκτειν. Ἐν δὲ Θερμοπύλαις μετὰ τὴν κύκλωσιν, δύο τῶν ἀπὸ γένους ὑπεξελέσθαι βουλόμενος, ἐπιστολὴν ἐδίδου [τῷ] ἑτέρῳ, καὶ ἔπεμπεν· ὁ δ' οὐκ ἐδέξατο, φήσας μετ' ὀργῆς, Μαχατάς τοι, οὐκ ἀγγελιαφόρος, εἰπόμαν· τὸν δὲ ἕτερον ἐκέλευεν εἰπεῖν τι πρὸς τὰ τέλη τῶν Σπαρτιατῶν· ὁ δὲ ἀπεκρίνετο τῷ πράγματι, καὶ τὴν ἀσπίδα λαβὼν εἰς τάξιν κατέστη.

Ε'.

ΕΠΑΜΕΙΝΩΝΔΟΥ ΒΙΟΣ.

Πολλῶν δὲ σημείων μοχθηρῶν γενομένων, ὡς ἐν τῷ περὶ Ἐπαμεινώνδου γέγραπται, καὶ Προθόου τοῦ Λάκωνος ἐναντιουμένου πρὸς τὴν στρατείαν, οὐκ ἀνῆκεν ὁ Ἀγησίλαος, ἀλλ' ἐξέπραξε τὸν πόλεμον, ἐλπίζων, αὐτοῖς μὲν αὐτονόμου τῆς Ἑλλάδος ὅλης ὑπαρχούσης, ἐκσπόνδων δὲ τῶν Θηβαίων γενομένων, καιρὸν εἶναι δίκην λαβεῖν παρ' αὐτῶν.

Ϛ'.

ΣΚΙΠΙΩΝΟΣ ΒΙΟΣ.

Ἀννίβας δὲ συμπάντων ἀπέφαινε τῶν στρατηγῶν πρῶτον μὲν ἐμπειρίᾳ καὶ δεινότητι Πύρρον, Σκιπίωνα δὲ δεύτερον, ἑαυτὸν δὲ τρίτον, ὡς ἐν τοῖς περὶ Σκιπίωνος γέγραπται.

muliebri facto cedit : quippe celebratum et magnis sacrificiis quæ Phocenses hodieque ad Hyampolin peragunt, et vetustis etiam decretis : cujus rei singulas partes ego in Vita Daiphanti perscripsi.

III.

ARISTOMENIS VITA.

(*Steph. Byz s.*) *Andaniam* habuit patriam Aristomenes, clarissimus belli dux. Hunc Lacedæmonii, sæpius ab eo victi, admirantes, postquam Messenio bello ægre cepissent, corpore sectione aperto lustrarunt an præ ceteris aliquid peculiare haberet. Itaque deprehenderunt ejus viscera diversa esse ab aliorum hominum natura, et cor hirsutum : ut proditum est ab Herodoro, et Plutarcho, et Rhiano.

IV.

LEONIDÆ VITA.

(*Mor.* p. 866, B = 1055, 16.) Quos alios conatus et quæ alia dicta Spartanorum Herodotus prætermiserit, scribemus in Vita Leonidæ : nihil tamen impedit quin et hoc loco quædam ponamus. Certamen funebre Spartani profecturo Leonidæ egerunt, patribus et matribus una proficiscentium spectantibus. Ipse Leonidas dicenti, *Perpaucos tecum ad pugnam educis*, respondit, *Immo multos morituros*. Uxori interroganti proficiscentem, *ecquid mandaret*, conversus, *Bonis te nubere*, inquit, *et bonos liberos parere, te jubeo*. In Thermopylis jam cinctus ab hostibus, cupiens duos genere sibi junctos servare, alteri epistolam dedit et emisit, alterum amandavit magistratibus Spartæ aliquid nuntiaturum : quorum ille literas rejiciens cum stomacho, *Pugnator*, inquit, *veni, non tabellarius* : hic ipso respondit facto, sumptoque scuto in acie adstitit.

V.

EPAMINONDÆ VITA.

(*Ages.* c. 28, 4.) Quum crebro tetra facta essent prodigia, sicut in Epaminondæ Vita prodidimus, et Prothous Laco huic expeditioni adversaretur; non quievit Agesilaus, sed effecit ut bellum decerneretur : sperans, quum jam tota Græcia immunis ipsis faveret, Thebani autem ex fœdere exempti essent, opportunum esse tempus exigendæ ab iis pœnæ.

VI.

SCIPIONIS VITA.

(*Pyrrhi* c. 8, 5.) Hannibal vero cunctorum imperatorum censuit peritia et arte primum Pyrrhum, secundum Scipionem, tertium se : ut in Scipionis Vita prodidimus.

Ζ'.

ΣΚΙΠΙΩΝΟΣ ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ.

Ι. Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν εἰ Νασικᾶν μεμίσηκεν οὕτως ὁ δῆμος· ὅπου καὶ Σκιπίων ὁ Ἀφρικανὸς, οὗ δοκοῦσι Ῥωμαῖοι μηδένα δικαιότερον μηδὲ μᾶλλον ἀγαπῆσαι, παρὰ μικρὸν ἦλθεν ἐκπεσεῖν καὶ στέρεσθαι τῆς πρὸς τὸν δῆμον εὐνοίας· ὅτι πρῶτον μὲν ἐν Νομαντίᾳ τὴν τελευτὴν τοῦ Τιβερίου πυθόμενος ἀνεφώνησεν ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν,

Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις ταιαῦτά γε ῥέζοι·

ἔπειτα τῶν περὶ Γάϊον καὶ Φούλβιον αὐτοῦ δι' ἐκκλησίας πυνθανομένων, τί φρονοίη περὶ τῆς Τιβερίου τελευτῆς, οὐκ ἀρεσκομένην τοῖς ὑπ' ἐκείνου πεπολιτευμένοις ἀπόκρισιν ἔδωκεν. Ἐκ τούτου γὰρ ὁ μὲν δῆμος ἀντέκρουσεν αὐτῷ λέγοντι, μηδέπω τοιοῦτο ποιήσας πρότερον, αὐτὸς δὲ τὸν δῆμον εἰπεῖν κακῶς προήχθη. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἐν τῷ Σκιπίωνος βίῳ τὰ καθ' ἕκαστα γέγραπται.

ΙΙ. Καὶ ὅτε Σκιπίων Ἀφρικανὸς ἐξ οὐδενὸς αἰτίου προφανοῦς ἐτελεύτησε, καὶ σημεῖά τινα τῷ νεκρῷ πληγῶν καὶ βίας ἐπιδραμεῖν ἔδοξεν, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται, τὸ μὲν πλεῖστον ἐπὶ τὸν Φούλβιον ἦλθε τῆς διαβολῆς, ἐχθρὸν ὄντα, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐπὶ τοῦ βήματος τῷ Σκιπίωνι λαλοιδορημένον· ἥψατο δὲ καὶ τοῦ Γαΐου ὑπόνοια. Καὶ δεινὸν οὕτως ἔργον ἐπ' ἀνδρὶ τῷ πρώτῳ καὶ μεγίστῳ Ῥωμαίων τολμηθὲν οὐκ ἔτυχε δίκης, οὐδὲ εἰς ἔλεγχον προῆλθεν· ἐνέστησαν γὰρ οἱ πολλοὶ, καὶ κατέλυσαν τὴν κρίσιν ὑπὲρ τοῦ Γαΐου φοβηθέντες, μὴ περιπετὴς τῇ αἰτίᾳ τοῦ φόνου ζητουμένου γένηται.

Η'.

ΜΕΤΕΛΛΟΥ ΒΙΟΣ.

Ἀλλὰ γὰρ ὅσης μὲν ἀπέλαυσεν εὐνοίας παρὰ τὴν φυγὴν καὶ τιμῆς Μέτελλος, ὃν δὲ τρόπον ἐν Ῥόδῳ φιλοσοφῶν διητήθη, βέλτιον ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γραφομένοις εἰρήσεται.

Θ'.

ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΒΙΟΣ.

Ἀλλὰ καὶ Τιβερίῳ ὄνος, ὡς Πλούταρχος ὁ Χαιρωνεύς φησιν, ἔτι μειρακίῳ ὄντι, καὶ ἐν Ῥόδῳ ἐπὶ λόγοις ῥητορικοῖς διατρίβοντι, τὴν βασιλείαν διὰ τοῦ αὐτοῦ παθήματος προεμήνυσεν.

Ι'.

ΚΡΑΤΗΤΟΣ ΒΙΟΣ.

Ἐντυχὼν δὲ τῷ Χαιρωνείῳ Πλουτάρχῳ τὸν Κράτητος ἀναγράψαντι βίον, οὐθὲν ἐκ παρέργου τοῦ μαν-

VII.

SCIPIONIS AFRICANI.

I. (*Ti. Gracchi* c. 20, 3.) Neque mirum esse debet, infestum adeo Nasicæ fuisse populum; quum Scipio Africanus, quo populus Romanus neminem videtur justioribus de causis et impensius dilexisse, nihil propius factum sit quam ut exciderat ac dejiceretur ejus benevolentia; quod ad Numantiam, primum nuntiato Tiberii exitu, exclamasset Homericum illud,

Sic pereat quisquis designet talia facta:

deinde Caio et Fulvio in concione rogantibus eum quid ei de morte Tiberii videretur, ita respondit ut appareret sibi illius acta non placere. Hinc factum est ut ei concionanti populus obstreperet, quod ante nunquam fecerat: et ille eo est provectus, ut in populum invehetur. Verum hæc in Scipionis Vita singulatim retulimus.

(*C. Gracchi* c. 10, 4.) Et quum Scipio Africanus nulla liquida de causa mortuus esset, atque notæ in ejus corpore plagarum et impressionis apparerent, ut in ejus Vita scripsimus, suspicionis maxima pars ad Fulvium spectabat, illius hostem, qui eodem die Scipioni pro rostris conviciatus erat. Neque vero Caius expers mansit ejusdem suspicionis. Atque facinus tam atrox viro primario civitatis summoque illatum, impunitum mansit: neque de eo quæstio habita est; siquidem cognitionem interpellavit et oppressit plebs, Caio metuens; ne, si de cæde illius inquireretur, noxæ reperiretur affinis.

VIII.

METELLI VITA.

(*Mar.* c. 29, 10.) At enim, quantum studii et honoris in Metellum exulantem collatum sit, et quomodo Rhodi vacaverit philosophiæ, opportunius in illius Vita memorabimus.

IX.

TIBERII VITA.

(*Damasc. Vit. Isidori* § 64 *West.*) Sed et Tiberio asinus, ut refert Plutarchus Chæronensis, adhuc juveni et in Rhodo oratoriæ arti operam navanti, eodem affectu emissarum e corpore scintillarum, imperium præsagivit.

X.

CRATETIS VITA.

(*Julian. Or.* VI, p. 200, B.) Quodsi Plutarchum Chæronensem legeris, qui Cratetis Vitam conscripsit, nil erit

θάνειν δεήσει τὸν ἄνδρα· οὗτος ἡγεμὼν ἐγένετο Ζήνωνι τῶν καλῶν δογμάτων· ἐπὶ τούτου φασὶ τοὺς Ἕλληνας ἐπιγράφειν τοῖς ἑαυτῶν οἴκοις ἐπὶ τῶν προπυλαίων, Εἴσοδος Κράτητι Ἀγαθῷ Δαίμονι.

cur obiter hic a nobis, cujusmodi vir ille fuerit, velis cognoscere. Hic ipse præclarorum placitorum Zenoni dux et auctor exstitit. De quo etiam memoriæ proditur, Græcos istud ædium suarum vestibulis vulgo inscripsisse, *Ingressus Crateti Prospero Genio.*

XI. Ex vita Augusti excerpta Apophthegmata vide *Mor.* p. 251-253 ed. nostræ.

XXXIV.

ΛΕΙΨΑΝΑ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ΑΔΗΛΩΝ.

I. Περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον ἐχεμυθίας διὰ τούτου σαφῶς δείκνυται· λέγει γάρ,

Θερσίτ' ἀκριτόμυθε, λιγύς περ ἐὼν ἀγορητής
ἴσχεο, μηδ' ἔθελ' οἷος ἐριζέμεναι βασιλῆϊ.

Καὶ τοῦ Τηλεμάχου εἰπόντος,

Ἤ μάλα τις θεῶν ἔνδον, ὁ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,

ἐπιλαμβανόμενος ὁ πατὴρ ἔφη,

Σίγα, καὶ κατὰ σὸν νόον ἴσχανε, μηδ' ἐρέαινε·
αὕτη τοι δίκη ἐστὶ θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι.

(2) Τοῦτο ἐξήγησιν οἱ Πυθαγορικοὶ καλοῦντες, οὐδὲν ἀπεκρίνοντο τοῖς περὶ θεῶν ὅ τι τύχοιεν ἰταμῶς καὶ εὐχερῶς ἐρωτῶσι.

II. Νέοις δὲ ζηλωτέον τοὺς γέροντας, κατὰ Σιμωνίδην

Ἅθλος ἵππῳ πῶλος ὡς ἅμα τρέχειν·

καθάπερ φησὶν ὁ Πλάτων ἐπὶ τοῦ μιγνυμένου πρὸς ὕδωρ ἀκράτου, μαινόμενον θεὸν ἑτέρῳ θεῷ νήφοντι σωφρονίζεσθαι.

III. Καὶ μὴν οὐδέν ἐστιν οὕτω τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας ἴδιον, ὡς τὸ συμβολικὸν, οἷον ἐν τελετῇ μεμιγμένον φωνῇ καὶ σιωπῇ διδασκαλίας γένος· ὥστε μὴ λέγειν,

Ἀείσω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις,

ἀλλ' αὐτόθεν ἔχειν φῶς καὶ χαρακτῆρα τοῖς συνήθεσι τὸ φραζόμενον, τυφλὸν δὲ καὶ ἄσημον εἶναι τοῖς ἀπείροις. (2) Ὡς γὰρ ὁ ἄναξ ὁ ἐν Δελφοῖς οὔτε λέγει οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον· οὕτω τῶν Πυθαγορικῶν συμβόλων, καὶ τὸ φράζεσθαι δοκοῦν κρυπτόμενόν ἐστι, καὶ τὸ κρύπτεσθαι νοούμενον.

IV. Ἀλλὰ μάλιστα διψῶν ἀπέθανε τῆς γυναικὸς, ἐρῶν ἐρώσης ἀπολιπόμενος. Οὐθὲν εἰπεῖν οὔτε ποιῆσαι πρὸς αὐτὴν ἰταμὸν ἐτόλμησαν, ἀλλ' οὕτως ἐνεκαρτέρησαν ἀμφότεροι τῷ πρέποντι, ὥσπερ ἀποδείξασθαι θέλοντες ὅτι πλεῖστον αἰδοῦς ἔρωτι δικαίῳ μέτεστιν. (2) Ὅθεν ἐμοιγε πλεῖστον αὐτῇ φαίνεται χρόνον ἀνὴρ συμβεβιωκέναι· πάντα γὰρ διόλου τὸν δεκαετῆ χρόνον ὁμαλῶς συνεβίωσεν. (3) Αἱ δὲ ἄλλαι συνοικοῦσιν, οὐ συμβιοῦσιν, ὅταν λυπῶσι τοὺς ἄνδρας, ἢ ζηλοτυπῶσιν, ἢ διαφέρωνται περὶ χρημάτων, ἢ κακῶς λέγωσι, ἢ φεύγωσι θρυπτόμεναι τὰς φιλοφροσύνας καὶ συνδιαιτήσεις· ὥστ' ἂν τοῦτον ἐξαίρῃς τὸν χρόνον ἐν ᾧ ταῦτα πράττουσιν, ἀπολείπεται βραχὺς ἐκεῖνος ὁ τῆς συμβιώσεως.

XXXIV.

FRAGMENTA INCERTORUM LIBRORUM.

I. (*Stob. Flor.* XXXIII, 17.) Quantopere Homerus taciturnitatem commendaverit, luculenter ostenditur locis:

Garrule Thersita, quamquam tibi multa loquendi
Copia suppeditet, nec sis non voce suavi:
Nec tamen hic solus reges incessere, neve
Frivolus esse velis.

Item Telemacho dicente

Est aliquis deus intus, cælum qui habitat altum,

reprehendens pater subjicit,

At tu comprime linguam; fas hoc namque deorum.

Hoc Pythagorici interpretationem vocantes, nil respondebant iis qui de diis, quidquid luberet, proterve ac frivole interrogabant.

II. (*Ibid.* CXV, 18.) Juvenes æmulari debent seniores, secundum Simonidis dictum,

Ut lactens pullus cursum comitatur equæ;

et, ut Plato inquit de mero aquæ miscendo, furentem deum a sobrio deo temperari.

III. (*Ib.* V, 72.) Atqui nil adeo est proprium Pythagoricæ philosophiæ, quam symbolicum doctrinæ genus, voce et silentio permixtum, velut in sacra initiatione; ut non opus sit præmonere,

Cantabo doctis, claudatur porta profanis:

sed statim per se lucem et certam notam familiaribus habeat quævis dictio, cæca autem et ignota sit imperitis. (2) Quemadmodum enim Apollo Delphicus, ut ait Heraclitus, neque dicit, neque abscondit, sed significat: sic e Pythagoricis symbolis, et quod dici videtur, absconditur, et quod abscondi intelligitur.

IV. (*Ib.* LXIX, 22.) Mortuus est quum uxoris amore maxime flagraret, amans amantem relinquens. Nil umquam inter se proterve vel dicere vel facere ausi sunt: sed ita in decori observantia perseverarunt, tanquam de industria declaraturi verecundiæ plurimum adesse legitimo amori. (2) Itaque longo mihi tempore convixisse videtur huic uxori maritus. Nam per totum decennii tempus æquabiliter ei convixit. (3) Aliæ autem cohabitant, non convivunt, quando aut molestiam afferunt maritis, aut rivalitate erga eos laborant, aut propter pecunias dissident, aut maledicunt, aut per superbiam ac simulationem contemptus fugiant virorum blanditias et consuetudinem: ut, si hoc temporis spatium, quo ita se gerunt uxores, exemeris, valde exiguum convivendo tempus relinquatur.

V. Εἰ μὲν οὖν ὀρθῶς ἐπὶ Πλάτωνος εἶπε Διογένης, Τί δαὶ ὄφελος ἡμῖν ἀνδρὸς ὃς πολὺν ἤδη χρόνον φιλοσοφῶν, οὐδένα λελύπηκεν; ἕτεροι κρίνωσιν· ἴσως γὰρ ὡς τὸ μέλι δεῖ καὶ τὸν λόγον τοῦ φιλοσόφου τὸ γλυκὺ δηκτικὸν ἔχειν τῶν ἠλκωμένων.

VI. Καίτοι περί γε τῶν γερόντων ὁ Σοφοκλῆς εἴρηκε χαριέντως,

Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή·

καταγωγῇ γὰρ ἔοικεν ὁ γεροντικὸς θάνατος, ἐκβολὴ δὲ καὶ ναυάγιόν ἐστιν ὁ τῶν νέων· ἐκπίπτει γὰρ ἡ ψυχὴ βίᾳ συντριβομένου τοῦ σώματος.

VII. Ὀνείρῳ ἔοικεν ὁ τῶν ἀπαιδεύτων βίος, κενὰς ἔχων φαντασίας.

VIII. Οὔτ' ἐν ἰχθύσι φωνὴν, οὔτ' ἐν ἀπαιδεύτοις ἀρετὴν δεῖ ζητεῖν.

IX. Δυσάρεστοι ὄντες οἱ ἀπαίδευτοι, καθάπερ ἐξ οἰκιῶν τῶν προαιρέσεων καθ' ἡμέραν μετοικίζονται.

X. Οἱ μὲν ξένοι ἐν ταῖς ὁδοῖς, οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἐν τοῖς πράγμασι διαπλανῶνται.

XI. Μήτε λίαν πολυτελῶς, μήτε ἄγαν εὐτελῶς πειρῶ τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα καὶ δίαιταν καὶ τὴν ἑτέραν διαγωγὴν τὸ σῶμα διοικεῖν· τὸ μὲν γὰρ φθονεῖσθαι ἢ γελᾶσθαι ποιεῖ, τὸ δὲ μισεῖσθαι ἢ ἐλεεῖσθαι.

XII. Καὶ ὁδοῦ καὶ ἀληθείας χαλεπὸν ἀποπλανηθῆναι.

XIII. Τῆς ἀγνοουμένης ἀρετῆς, ὥσπερ τοῦ κατωρυγμένου χρυσίου, ἡ λαμπρότης οὐ βλέπεται.

XIV. Τὸ μὲν ἴσον ζυγῷ, τὸ δὲ ἀληθὲς τῷ ἐκ φιλοσοφίας λόγῳ κρίνεται.

XV. Ἡ μὲν τροφὴ τοῖς γυμναζομένοις, ἡ δὲ ἀρετὴ τοῖς πεπαιδευμένοις ἡδεῖα φαίνεται.

XVI. Φρόνησις εὐτυχίαν ὡς τὰ πολλὰ χαρίζεται, τύχη δὲ φρόνησιν οὐ ποιεῖ.

XVII. Ἐπισκοτεῖ τῷ μὲν ἡλίῳ πολλάκις τὰ νέφη, τῷ δὲ λογισμῷ τὰ πάθη.

XVIII. Ἐκ μὲν τοῦ ποδὸς τὴν ἄκανθαν, ἐκ δὲ τῆς ἀλόγου ψυχῆς τὴν ἄγνοιαν ὑπεξελέσθαι δεῖ.

XIX. Ὁδηγὸν τυφλὸν λαβεῖν, καὶ σύμβουλον ἀνόητον, ἴσον ἐστίν.

XX. Οὐχ οὕτω τοῖς ὀρφανοῖς παισὶν, ὡς τοῖς ἀνοήτοις ἀνθρώποις ἐπιτρόπους χρὴ παρεῖναι.

XXI. Οἱ ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν κερδῶν εἰς τὰς καλὰς ἀναλίσκοντες λειτουργίας, ὅμοιόν τι ποιοῦσι τοῖς ἀπὸ ἱεροσυλίας θεοσεβοῦσιν.

XXII. Ἔοικεν ὁ τῶν φιλαργύρων βίος νεκροῦ δείπνῳ· πάντα γὰρ ἔχων, τὸν εὐφρανθησόμενον οὐκ ἔχει.

XXIII. Οὔτε παρὰ νεκροῦ ὁμιλίαν, οὔτε παρὰ φιλαργύρου χάριν δεῖ ἐπιζητεῖν.

XXIV. Οὔτε πίπτοντός ἐστιν ὀρθοῦν, οὔτε διδάσκειν ἀγνοοῦντος, οὔτε ἀκοσμοῦντος κοσμεῖν, ἢ τάττειν ἀτακτοῦντος, ἢ ἄρχειν μὴ ἀρχομένου.

XXV. Ἔοικεν ἡ κολακεία γραπτῇ πανοπλίᾳ· διὸ τέρψιν μὲν ἔχει, χρείαν δὲ οὐδεμίαν παρέχει.

XXVI. Τὰ μὲν ξύλα τὸ πῦρ αὐξάνοντα, ὑπ' αὐτοῦ

V. (*Ib.* XIII, 43.) An recte de Platone dixerit Diogenes, *Quæ tandem nobis utilitas esse potest ejus viri, qui diu jam philosophatus nemini molestus fuit?* de hoc igitur alii judicent. Fortasse enim ita se res habet, ut oratio philosophi, haud secus ac mel, dulcedinem debeat habere conjunctam cum ejusmodi vi quæ exulceratos locos mordeat.

VI. (*Ib.* CXV, 28.) Atqui Sophocles de senibus eleganter dixit,

Vetusta parvo corpora momento ruunt.

Mors enim senilis diversorio similis est; juvenilis, ejectioni ac naufragio. Excidit enim anima vi, contrito corpore.

VII. (*App. Flor.* p. 65.) Somnio similis est indoctorum vita, quippe visa habens vana.

VIII. (*Ibid.*) Neque in piscibus vocem, neque apud indoctos virtutem quærere oportet.

IX. (*Ib.*) Indocti, quum sint morosi, quasi ex sedibus, sic de suis institutis quotidie migrant.

X. (*Ib.*) Ut peregrini in viis, ita indocti in rebus agendis, aberrant.

XI. (*Ib.* p. 75.) In vestitu, victu, et reliquo corporis cultu, neque sumptuosus nimium neque parcus sis: illud enim vel in risum te vel invidiam adducet aliorum, hoc in odium vel commiserationem.

XII. (*Ib.* p. 76.) Et a via, et a veritate aberrare malum est.

XIII. (*Hoc et seqq. e Maximo et Anton.*) Ignotæ virtutis, ut auri defossi, splendor non apparet.

XIV. Æqualitas trutina, veritas ratione philosophiæ examinatur.

XV. Ut iis qui corpus in gymnasiis exercent, cibus, ita eruditis virtus, suavis videtur.

XVI. Prudentia ut plurimum bonam fortunam donat: fortuna non item prudentiam facit.

XVII. Soli sæpe officiunt nubes, item rationi perturbationes.

XVIII. Ut pedi spinam, ita irrationali animæ ignorantiam eximere oportet.

XIX. Viæ ducem cæcum, et stultum consultorem sumere, idem est.

XX. Non ita orbis pueris, quam stultis hominibus, tutores adesse oportet.

XXI. Qui ex turpibus lucris ad honesta officia et munera sumptum convertunt, simile quid faciunt atque ii qui ex sacrilegio diis rem sacram faciant.

XXII. Avari vita similis est funebri cœnæ; nam quum nihil non habeat, neminem habet qui oblectetur.

XXIII. Nec a mortuo colloquium, nec ab avaro beneficium petendum est.

XXIV. (*Arsen. Viol.* p. 420.) Neque cadentis est erigere, neque docere indocti, neque immodesti moderari, neque imperare non obedientis.

XXV. Similis est adulatio armaturæ pictæ; quippe quæ oblectationem habet, usum non præbet.

XXVI. Ligna dum ignem augent, ab ipso igne consu-

τοῦ πυρὸς καταναλίσκεται· ὁ δὲ πλοῦτος τρέφων τοὺς κόλακας, ὑπ' αὐτῶν τούτων διαφθείρεται.

XXVII. Ὥσπερ οἱ κόρακες παρεδρεύοντες ἐξορύσσουσι τοὺς τῶν νεκρῶν ὀφθαλμούς, οὕτως οἱ κόλακες τοῖς ἐπαίνοις τοὺς λογισμοὺς διαφθείρουσι τῶν ἀνθρώπων.

XXVIII. Λαγῷ μὲν κύνα, φίλῳ δὲ κόλακα φύσει πολέμιον ἡγητέον.

XXIX. Χαίρειν χρὴ τοῖς ἐλέγχουσιν, οὐ τοῖς κολακεύουσιν· οἱ μὲν γὰρ ἡμᾶς λυποῦντες διεγείρουσιν, οἱ δὲ χαριζόμενοι ἐκλύουσι καὶ σκελίζουσι.

XXX. Οὔτε τῆς γαμετῆς τὴν ἑταίραν, οὔτε τῆς φιλίας τὴν κολακείαν δεῖ προτιμᾶν.

XXXI. Οὔτε ἐκ τοῦ κόσμου τὸν ἥλιον, οὔτε ἐκ τῆς ὁμιλίας ἀρτέον τὴν παρρησίαν.

XXXII. Θηρεύουσι τοῖς μὲν κυσὶ τοὺς λαγωούς οἱ κυνηγοί, τοῖς δὲ ἐπαίνοις τοὺς ἀνοήτους οἱ πολλοί.

XXXIII. Τὸν μὲν λιβανωτὸν τοῖς θεοῖς, τὸν δὲ ἔπαινον τοῖς ἀγαθοῖς ἀπονέμειν δεῖ.

XXXIV. Γλῶσσα βλάσφημος, διανοίας κακῆς ἔλεγχος.

XXXV. Ὁ τῶν ἀσώτων βίος, ὥσπερ καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκων ἐκφέρεται.

XXXVI. Ἡ χάρις, ὥσπερ ἡ σελήνη, ὅταν τελεία γένηται, τότε καλὴ φαίνεται.

XXXVII. Ἀχάριστον εὐεργετεῖν, καὶ νεκρὸν μυρίζειν ἐν ἴσῳ κεῖται.

XXXVIII. Φθείρεται ὁ μὲν κόσμος πυρὶ καὶ ὕδατι, ὁ δὲ τῶν ἀκολάστων πλοῦτος ἔρωτι καὶ μέθῃ.

XXXIX. Ὕβρις καὶ οἶνος ἀποκαλύπτειν εἰώθασι φίλοις τὰ ἤθη τῶν φίλων.

XL. Οἱ θυμοὶ, καθάπερ αἱ κύνες, τυφλὰ τίκτουσιν ἐγκλήματα.

XLI. Οἱ μὲν τραχεῖς ἵπποι τοῖς χαλινοῖς, οἱ δὲ ὀξεῖς θυμοὶ μετάγονται τοῖς λογισμοῖς.

XLII. Τὸ μὲν εὔκρατον ὕδωρ τὰς φλεγμονὰς, ὁ δὲ ἐπιεικὴς λόγος τὰς ὀργὰς διαλύει.

XLIII. Ὥσπερ ὄργανον, ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν λαμβάνον, ἡδὺ γίνεται, οὕτω καὶ βίος.

XLIV. Ὅπερ ἂν σιωπᾶσθαι βούλῃ, μηδενὶ εἴπῃς· ἢ πῶς παρά τινος ἀπαιτήσεις τὸ πιστὸν τῆς σιωπῆς, ὃ μὴ παρέσχες σεαυτῷ;

XLV. Τοῖς μὲν διὰ τοῦ ἡλίου πορευομένοις ἕπεται κατὰ ἀνάγκην σκιὰ, τοῖς δὲ διὰ τῆς δόξης βαδίζουσιν ἀκολουθεῖ φθόνος.

XLVI. Τὸ τῆς δόξης κάλλος ὥσπερ ὑπὸ νόσου τοῦ φθόνου ταχὺ καταφθείρεται.

XLVII. Ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τὸν σίδηρον, οὕτω τοὺς φθονεροὺς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι.

XLVIII. Εἰς κάτοπτρον κύψας, θεώρει· καὶ εἰ μὲν καλὸς φαίνει, ἄξια τούτου πρᾶττε· εἰ δὲ αἰσχρὸς, τὸ τῆς ὄψεως ἐλλειπὲς ὡράϊζε καλοκἀγαθίᾳ.

XLIX. Τὰ μὲν φυτὰ ἀπὸ τῆς ῥίζης, ἡ δὲ δόξα ἀπὸ τῆς πρώτης [ὑπο]λήψεως αὔξεται.

muntur : ita divitiæ, dum alunt adulatores, ab ipsis adulatoribus corrumpuntur.

XXVII. Ut corvi ad mortuos assident eorumque oculos effodiunt, ita adulatores laudando hominum mentes corrumpunt.

XXVIII. Lepori canis, amico aduiator natura hostis putandus est.

XXIX. Gaudere debemus magis reprehensoribus quam assentatoribus : illi enim nos admoto dolore erigunt, illi gratificando solvunt ac dejiciunt.

XXX. Neque uxori meretricem, neque amicitiæ adulationem anteponere debemus.

XXXI. Neque solem ex mundo, neque ex colloquio libertatem dicendi, tollamus.

XXXII. Venatores canibus venantur lepores, vulgus stultos capit laudibus.

XXXIII. Diis thus, bonis laudem tribuere oportet.

XXXIV. Lingua maledica, malæ mentis est index.

XXXV. Prodigorum vita, ut quotidie moriens, effertur.

XXXVI. Beneficentia, sicuti luna, quum plena fuerit, tunc pulchra apparet.

XXXVII. Ingrato benefacere, et mortuum ungere, æqualia sunt.

XXXVIII. Mundus quidem igne et aqua perit : at luxuriosorum opes amore et ebrietate.

XXXIX. Petulantia et vinum amicis mores amicorum detegere solent.

XL. Iræ, ut canes, cæcas pariunt criminationes.

XLI. Equi duri frenis, animi vehementes ratione ducuntur.

XLII. Aqua bene temperata inflammationes, lenis oratio iras dissolvit.

XLIII. Quemadmodum organum intentionem ac remissionem accipiens suave fit, sic etiam vita.

XLIV. Nemini dixeris quod taceri vis. Quomodo enim ab alio postulabis silentii fidem quam tute tibi non præstiteris?

XLV. Ut eos qui in sole ambulant, necessario sequitur umbra; ita iis qui in gloria versantur, comitatur invidia.

XLVI. Gloriæ pulchritudo ab invidia, quasi morbo, cito corrumpitur.

XLVII. Ut ferrugine ferrum, ita invidos suis ipsos moribus consumi.

XLVIII. In speculo te contemplare: et si pulcher appareas, ea fac quæ decent pulchrum; sin deformis, id quod faciei deest, honestate morum supple.

XLIX. Ut plantæ a radice, ita gloria a prima existimatione crescit.

L. Ἵππου μὲν ἀρετὴν ἐν πολέμῳ, φίλου δὲ πίστιν ἐν ἀτυχίᾳ κρίνομεν.

LI. Σκεύη τὰ μὲν καινὰ κρείττονα, φιλία δὲ ἡ παλαιοτέρα.

LII. Φεύγειν δὲ τὴν φιλίαν ὧν ἀμφίβολος ἡ διάθεσις.

LIII. Ἐν πολέμῳ μὲν πρὸς ἀσφάλειαν σίδηρος χρυσοῦ κρείσσων, ἐν δὲ τῷ ζῆν ὁ λόγος τοῦ πλούτου.

LIV. Οὔτε ἵππῳ χωρὶς χαλινοῦ, οὔτε πλούτῳ χωρὶς λογισμοῦ ἔνατὸν ἀσφαλῶς χρήσασθαι.

LV. Οὔτε συμπόσιον ἄνευ ὁμιλίας, οὔτε πλοῦτος χωρὶς ἀρετῆς ἡδονὴν ἔχει.

LVI. Αἱ μὲν ποδήρεις ἐσθῆτες τὰ σώματα, αἱ δὲ ὑπέρμετροι περιουσίαι τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσιν.

LVII. Οὔτε ἵππος εὐγενὴς κρίνοιτ' ἂν πολυτελῆ σκευὴν ἔχων, ἀλλ' ὁ τῇ φύσει λαμπρός· οὔτε ἀνὴρ σπουδαῖος ὁ πολύτιμον οὐσίαν κεκτημένος, ἀλλ' ὁ τὴν ψυχὴν γενναῖος.

LVIII. Ὁδὸν μὲν τὴν λειοτάτην ἐκλέγεσθαι χρή, βίον δὲ τὸν ἀλυπότατον.

LIX. Ἐπενδύεσθαι δεῖ τῷ μὲν θώρακι χιτῶνα, τῇ δὲ λύπῃ νοῦν.

LX. Οὔτε τὸν ἀρρωστοῦντα ἡ χρυσόπους ὠφελεῖ κλίνη, οὔτε τὸν ἀνόητον ἡ ἐπίσημος εὐτυχία.

LXI. Τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατροὺς, τοῖς δὲ ἀτυχοῦσι φίλους δεῖ συμπαρεῖναι.

LXII. Αἱ ἐπιφανεῖς τύχαι, καθάπερ οἱ σφοδροὶ τῶν ἀνέμων, μεγάλα ποιοῦσι ναυάγια.

LXIII. Ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ πλέοντες καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα, οὕτως οἱ ἐν εὐτυχίᾳ φρονοῦντες εὖ καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἡτοιμάκασι βοηθήματα.

LXIV. Ἔοικεν ἡ τύχη φαύλῳ ἀγωνοθέτῃ· πολλάκις γὰρ τοὺς μὴ νικήσαντας στεφανοῖ.

LXV. Ἀτυχίαν κρύπτε, ἵνα μὴ τοὺς ἐχθρούς σου εὐφράνῃ.

LXVI. Ἐν μὲν ταῖς μέθαις παροινοῦσιν, ἐν δὲ ταῖς εὐτυχίαις παρανοοῦσιν οἱ πλεῖστοι.

LXVII. Ἀρρωστοῦντι φορτίον ἐπιθεῖναι, ἢ ἀπαιδεύτῳ ψυχῇ εὐτυχίαν, ταὐτόν ἐστιν.

LXVIII. Νοσοῦντος δίαιτα, καὶ ἄφρονος εὐτυχία, τὸ δυσάρεστον.

LXIX. Ἡ τύχη καθάπερ τοξότης, ποτὲ μὲν ἐπιτυγχάνει βάλλουσα ἐφ' ἡμᾶς ὥσπερ ἐπί τινα σκοπὸν, ποτὲ δὲ ἐπὶ τὰ συνεγγὺς παρακείμενα ἡμῖν.

LXX. Οὔτε ναῦν ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον.

LXXI. Στάσιμοί εἰσιν αἱ τῶν πεπαιδευμένων ἐλπίδες, ὡς ἐν λιμένι τῷ λογισμῷ ὁρμοῦσαι.

LXXII. Αἱ μὲν τῆς ἀρετῆς ἐλπίδες ἴδιαί εἰσι τῆς ψυχῆς, αἱ δὲ τῆς κακίας νόθοι.

LXXIII. Ταυτόν ἐστιν ἐξ ἀσθενοῦς ἀγκυρίου σκάφος ὁρμεῖν, καὶ ἐκ φαύλης γνώμης ἐλπίδα.

LXXIV. Αἱ πονηραὶ ἐλπίδες, ὥσπερ οἱ κακοὶ ὁδηγοὶ, ἐπὶ τὰ ἁμαρτήματα ἄγουσιν.

L. Equi bonitatem in bello, amici fidem in adversa fortuna judicamus.

LI. Vasa quidem nova, at amicitia vetustior, melior sunt.

LII. Fugienda est amicitia eorum quorum animus incertus est.

LIII. In bello quidem ad corporis tutelam plus auro valet ferrum, item ad vitam bene gerendam ratio præstantior est divitiis.

LIV. Neque equo sine freno, neque divitiis sine ratione, tuto uti possumus.

LV. Neque convivium sine sermone, neque divitiæ sine virtute voluptatem habent.

LVI. Ut vestes talares corpora, sic immodicæ opes animos impediunt.

LVII. Neque equus judicatur generosus pretioso ornatu, sed naturæ excellentia: neque vir bonus censetur opum magnitudine, sed animi præstantia et robore.

LVIII. Ut via planissima, ita vita tranquillissima eligenda est.

LIX. Thoraci ut superinduenda est tunica, ita tristitiæ mens.

LX. Nec ægrotantem juvat lectus aureis suffultus pedibus, neque stultum illustris fortuna.

LXI. Ægrotantibus medicos, infortunatis amicos adesse oportet.

LXII. Splendidæ fortunæ, ut venti vehementes, magna efficiunt naufragia.

LXIII. Ut qui cœlo sereno navigant, instrumenta etiam adversus tempestates parata habent; ita qui in læta fortuna recte sapiunt, præsidia quoque adversus adversam sibi comparant.

LXIV. Fortuna similis est malo certaminum præsidi: sæpe quippe eos etiam, qui non vicerunt, tamen coronat.

LXV. Infortunium cela; ne gaudium parias inimicis tuis.

LXVI. Plurimi, ut in ebrietate delirant, ita in secunda fortuna desipiunt.

LXVII. Infirmo onus imponere, et animo indocto secundam fortunam, idem est.

LXVIII. Et ægrotantis victus, et stulti prosper successus, morosi sunt.

LXIX. Fortuna ut sagittarius, nonnunquam collineat, petens nos veluti scopum; nonnunquam ferit proxima nobis et adjacentia.

LXX. Nec navis una ancora, nec vita una spe, firmanda est.

LXXI. Stabiles sunt eruditorum spes, ut quæ in rationis portu contineantur.

LXXII. Virtutes spes sunt propriæ animi; at pravitatis spes sunt spuriæ.

LXXIII. Idem est infirma navem ancora continere, et spem in pravo consilio ponere.

LXXIV. Improbæ spes, quemadmodum pravi viæ duces, in errores inducunt.

LXXV. Οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς, οὔτε ἐλπὶς ἀγαθὴ χωρὶς πόνου γεννᾷ τι χρήσιμον.

LXXV. Nec mulier sine viro, nec bona spes sine labore, quidquam parit utile.

LXXVI. Ἡδύ ἐστιν ὥσπερ φίλῳ σπουδαίῳ, οὕτω καὶ λόγῳ καλῷ συγγηράσκειν.

LXXVI. Jucundum est ut cum bono amico, sic bona cum ratione senescere.

LXXVII. Παρεκελεύετο τοῖς νέοις τρία ταῦτα ἔχειν· ἐπὶ μὲν τῆς γνώμης σωφροσύνην, ἐπὶ δὲ τῆς γλώσσης σιγὴν, ἐπὶ δὲ τοῦ προσώπου αἰδῶ.

LXXVII. Hortabatur juvenes, tria hæc habere, in animo temperantiam, in lingua silentium, in vultu verecundiam.

LXXVIII. Ὁ μὲν χειμὼν σκέπης, τὸ δὲ γῆρας ἀλυπίας δεῖται.

LXXVIII. Hiems tegumentum, senectus vacuitatem doloris requirit.

LXXIX. Γέρων ἀνόητος, ὥσπερ τρίβων παλαιὸς, εἰς οὐδὲν ἐστιν εὔθετος.

LXXIX. Senex stultus, ut vetus pallium, nulli negotio aptus est.

LXXX. Οὔτε πῦρ ἱματίῳ περιστεῖλαι δυνατὸν, οὔτε ἁμάρτημα χρόνῳ.

LXXX. Nec ignis vestimento, nec turpe peccatum tempore tegi potest.

LXXXI. Ὁ ὑπὲρ μικρῶν ἁμαρτημάτων ἀνυπερβλήτως ὀργιζόμενος, οὐκ ἐᾷ διαγνῶναι τὸν ἁμαρτάνοντα, πότε ἔλαττον καὶ πότε μεῖζον ἠδίκησεν.

LXXXI. Qui ob levia peccata vehementissime succenset, non sinit discernere peccantem quando minus et quando majus admiserit peccatum.

LXXXII. [*Gellius* III, 5.] Plutarchus refert Arcesilaum philosophum vehementi verbo usum esse de quodam nimis delicato divite; qui incorruptus tamen et castus et perinteger dicebatur. Nam quum vocem ejus infractam capillumque arte compositum et oculos ludibundos atque illecebræ voluptatisque plenos videret : *Nihil interest*, inquit, *quibus membris cinædi sitis, posterioribus an prioribus.*

LXXXIII. Ἥ τε γὰρ αἴγειρος, ὥς φασιν ἄλλοι τε καὶ Πλούταρχος, φιλοπενθὴς καὶ εὐτελὴς πρὸς καρπογονίαν. Διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἔν τισι φησίν·

Οὐ χρὴ ποτ' ἀνθρώπων μέγαν ὄλβον ἀποβλέψαι·
τανυφλοίου γὰρ ἰσαμέριος
ὅστις αἰγείρου βιοτὰν ἀποβάλλει.

LXXXIII. (*Porphyr. De Styge ap. Stob. Flor.* CV, 57.) Nam populus arbor, ut aiunt cum alii, tum *Plutarchus*, luctui est dedita et ineflicax ad fructus perferendos. Quare etiam Sophocles alicubi dicit :

Non decet ad hominum magnas respicere divitias :
quæ uno die, passis instar foliis
populi, exstinguuntur.

LXXXIV. Ὅτι δὲ τῶν Διονυσίων καὶ τῶν Παναθηναίων, καὶ μέντοι τῶν Θεσμοφορίων καὶ τῶν Ἐλευσινίων τὰς τελετὰς Ὀρφεὺς, ἀνὴρ Ὀδρύσης, εἰς τὰς Ἀθήνας ἐκόμισε, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενος τὰ τῆς Ἴσιδος καὶ τοῦ Ὀσίριδος εἰς τὰ τῆς Δηοῦς καὶ τοῦ Διονύσου μετατέθεικεν ὄργια, διδάσκει μὲν Πλούταρχος ὁ ἐκ Χαιρωνείας τῆς Βοιωτίας.

LXXXIV. (*Theodoret. Græc. Aff.* I, p. 468, A.) Festa initiationesque Bacchi, Panathenæa, Cereris, Eleusinia Orpheus, gente Odrysus, Athenas attulit; et in Ægyptum profectus, Isidis et Osiridis sacra in Cereris et Bacchi cultum transformavit. Auctor est *Plutarchus* Chæronensis e Bœotia.

LXXXV. Πλούταρχος δὲ ὁ Χαιρωνεὺς τὴν γῆν προσηγόρευσεν Ἥραν, Λητὼ δὲ τὴν λήθην, ἢ τὴν νύκτα, ἐν ᾗ οἷόν τινα λήθην ἡ διάνοια δέχεται.

LXXXV. (*Ibid.* III, p. 515, C.) *Plutarchus* Chæronensis Terram vocat Junonem, Latonam oblivionem vel Noctem, qua mens quasi lethen, id est oblivionem, suscipit.

LXXXVI. Ὅτι πρώτους θεοὺς ἐνόμισαν καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Φοίνικες, καὶ μέντοι καὶ Ἕλληνες, ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ οὐρανὸν καὶ γῆν, καὶ τἆλλα στοιχεῖα· τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ὁ Πλάτων, καὶ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος, καὶ ὁ Χαιρωνεὺς ἐδίδαξε Πλούταρχος.

LXXXVI. (*Ibid.* p. 510, B.) Ægyptii, Phœnices, atque adeo Græci, primos pro diis habuerunt Solem, Lunam, Cœlum, Terram, et reliqua elementa. Hoc docuit et Plato, et Siculus Diodorus, et Chæronensis *Plutarchus*.

LXXXVII. Καὶ δεῖ μεμνῆσθαι καὶ ὧν ὁ Χαιρωνεὺς εἶπε περὶ τοῦ τῆς προνοίας ὀνόματος, Πλάτωνος οὕτω τὴν προμήθειαν καλέσαντος.

LXXXVII. (*Proclus In Tim.* p. 298 *Schn.*) Et meminisse oportet quæ *Chæronensis* dixit de nomine *Pronœa*, id est *Providentia* : Platonem primum ita divinam providentiam nominasse.

LXXXVIII. Ποσότητα δὲ λέγουσιν αὐτὴν (τὴν γωνίαν) ὅσοι φασὶ τὸ πρῶτον διάστημα ὑπὸ τὸ σημεῖον εἶναι τὴν γωνίαν· ὧν καὶ Πλούταρχός ἐστιν, εἰς τὴν αὐτὴν δόξαν συνωθῶν καὶ τὸν Ἀπολλώνιον. « Δεῖ γὰρ εἶναί τι, φησὶ, διάστημα πρῶτον ὑπὸ τὴν κλάσιν τῶν περιεχουσῶν γραμμῶν, ἢ ἐπιφανειῶν. » Καίτοιγε συνεχοῦς ὄντος τοῦ ὑπὸ τὸ σημεῖον διαστήματος, ἀδύνατον τὸ πρῶτον λαβεῖν· ἐπ' ἄπειρον γὰρ πᾶν διάστημα διαιρετὸν, πρὸς τῷ καὶ ἐὰν ὁπωσοῦν ἀφορίσω-

LXXXVIII. (*Proclus In Euclid.* II, p. 35.) Angulum in quantitatibus censent, quicumque eum esse dicunt primum a puncto intervallum. E quorum numero est *Plutarchus*, in eandem sententiam interpretans ac trahens Apollonium. « Oportet enim quoddam, inquit, primum « intervallum esse sub inclinatione linearum aut superfi- « cierum quæ angulum amplectuntur. » Atqui, quum intervallum sub inclinatione linearum sit continuum; fieri nequit ut primum intervallum capiamus. Omne enim intervallum est dividuum sine fine. Præterea quod, etiamsi quomodocumque determinaverimus primum intervallum,

μεν τὸ πρῶτον καὶ δι' ἐκείνου γραμμὴν ἀγάγωμεν, γίνεσθαι τρίγωνον, ἀλλ' οὐ μίαν γωνίαν.

LXXXIX. Πλουτάρχῳ δὲ δοκεῖ τὸ σαφὲς καὶ λιτὸν γνήσιον εἶναι Ἀττικισμόν· οὕτω γὰρ, φησὶν, ἐλάλησαν οἱ ῥήτορες.

XC. Οὗτος καὶ τὸν Ἰούλιον Κάνον, ἕνα τῶν Στωικῶν φιλοσόφων, ἀνεῖλε· περὶ οὗ παράδοξον Ἕλλησιν, ὡς δοκῶ, πέπλασται. Ἀπαγόμενος γὰρ πρὸς τὸ θανεῖν ἀταράχως, λέγεταί τινι τῶν ἑταίρων Ἀντιόχῳ τοὔνομα, Σελευκεῖ, συνεπομένῳ προειπεῖν, ὡς ἐντεύξεται αὐτῷ κατὰ τὴν αὐτὴν νύκτα μετὰ τὴν ἔξοδον, καὶ διαπορήσει τι τῶν σπουδῆς ἀξίων, καὶ ὅτι μετὰ τρεῖς ἡμέρας Ῥεκτὸς, εἷς τῶν ἑταίρων, ὑπὸ Γαΐου φονευθήσεται. Ἃ καὶ γέγονεν, τοῦ μὲν ἀναιρεθέντος τριταίου, τοῦ δὲ Ἀντιόχου τὴν ἐποψίαν εἰπόντος τῆς νυκτὸς, ὅτι φανεὶς Ἰούλιος Κάνος τὰ περὶ διαμονῆς τῆς ψυχῆς καὶ καθαρωτέρου φωτὸς μετὰ τὴν ἔξοδον διηγήσατο. Ταῦτα Πλούταρχος ὁ Χαιρωνεὺς ἱστορεῖ.

XCI. Ἐν τῷ συνδείπνῳ τῷ τοῦ Μαικήνα τράπεζα ἐγγώνιος ἦν ὑπὸ τῇ κλισίᾳ, τὸ μέγεθος μεγίστη, καὶ κάλλος ἄμαχος, καὶ οἷα εἰκὸς, ἐπῄνουν ἄλλοι ἄλλως αὐτήν· ὁ δὲ Ἰόρτιος, οὐκ ἔχων ὅ τι παρ' ἑαυτοῦ τερατεύσασθαι, σιγῆς γενομένης [εἶπεν], Ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἐννοεῖτε, ὦ φίλοι συμπόται, ὡς στρογγύλη ἐστὶ καὶ ἄγαν περιφερής. Ἐπὶ τοίνυν τῇ ἀκράτῳ κολακείᾳ, ὡς τὸ εἰκὸς, γέλως κατερράγη· ἐγγώνιος γὰρ ἦν καὶ οὐ στρογγύλη ἡ τοῦ Μαικήνα τράπεζα. Πλούταρχος.

XCII. Πλούταρχος λεπτοκάρυον προσάπτει τοῖς κλινοπόσιν, εἰς τὸ μὴ προσιέναι τὸν σκορπίον αὐτοῖς.

XCIII. — οἱ δὲ ἐκ μαχομένων αὐτὰ (τὰ εἴδη καὶ τὰ μόρια τῆς ζωῆς καὶ τὰ ἐνεργήματα) συναρμόζοντες, ὥσπερ οἱ περὶ Ἀττικὸν καὶ Πλούταρχον.

XCIV. Καὶ τηροῦσι μὲν αὐτὴν (τὴν ψυχὴν) ἐπὶ τῆς οἰκείας τάξεως Πλούταρχος, καὶ Πορφύριος, καὶ οἱ παλαιότεροι.

XCV. — I. Ἀρχὴν δὲ, ὡς καὶ Πλούταρχός φησιν, οὐκ ἐπεὶ δεῖταί τινων ἡμῶν ἡ φύσις, καὶ χρώμεθα τούτοις, ἤδη ἐπὶ πᾶν προακτέον καὶ πρὸς πάντα τὴν ἀδικίαν. Δίδωσι μὲν γὰρ καὶ παρέχει τοῖς ἀναγκαίοις τὴν ἄχρι τινὸς βλάβην (εἴγε βλάβη τὸ λαμβάνειν τι παρὰ τῶν φυτῶν, καίτοι ζώντων μενόντων)· τὸ δ' ἐκ περιουσίας καὶ πρὸς ἡδονὴν ἀπολλύειν ἕτερα καὶ φθείρειν, τῆς παντελοῦς ἦν ἀγριότητος καὶ ἀδικίας· καὶ ἡ τούτων ἀποχὴ οὔτε πρὸς τὸ ζῆν οὔτε πρὸς τὸ εὖ ζῆν ἡμᾶς ἠλάττου. (2) Εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀέρος καὶ ὕδατος φυτῶν τε καὶ καρπῶν ὧν ἄνευ ζῆν ἀδύνατόν ἐστιν, οὕτω φόνου ζῴων καὶ βρώσεως σαρκῶν ἐτυγχάνομεν δεόμενοι πρὸς τὸν βίον, ἀναγκαίαν ἡ φύσις συμπλοκὴν εἶχεν ἂν πρὸς ταύτην τὴν ἀδικίαν· εἰ δὲ πολλοὶ μὲν ἱερεῖς θεῶν, πολλοὶ δὲ βασιλεῖς βαρβάρων ἀγνεύοντες, ἄπειρα δὲ γένη ζῴων, τὸ παράπαν οὐ θιγγάνοντα τῆς τοιαύτης τροφῆς, ζῶσι καὶ τυγχάνουσι τοῦ κατὰ φύσιν τέλους, πῶς οὐκ ἔστιν ἄτοπος ὁ κελεύων (εἴ τισιν ἀναγκαζοίμεθα πολεμεῖν), μηδὲ οἷς ἔξεστιν εἰρηνικῶς ὁμιλεῖν,

et per illud angulum ducamus; triangulum oriatur, non unicus angulus.

LXXXIX. (*Isidor. Pelus. Ep.* II, 42.) *Plutarcho* autem videtur perspicuitas ac tenuitas germana esse Attica oratio: ita enim, inquit, oratores locuti sunt.

XC. (*Syncell. Chron. a.* 37, p. 330.) Caius Cæsar Caligula etiam Julium Canum, unum e Stoicis philosophis, interfecit: de quo Græci incredibile quid, ut puto, finxerunt. Dicitur enim hic ad supplicium ductus tranquillo animo, prædixisse cuidam familiari ipsum comitanti, Antiocho Seleuciensi, se proxima post obitum nocte ad eum venturum ac de quæstione tractatu digna disputaturum: tertio die Rectum, unum e familiaribus, a Caio interfectum iri. Quæ et evenerunt, Recto post tertiam diem interfecto, Antiocho autem referente, Julium Canum ipsi apparuisse, ac de immortalitate animæ et puriore in qua degat luce, post obitum exposuisse. Hæc *Plutarchus* Chæronensis memoriæ prodit.

XCI. (*Suidas in* Ἐγγώνιος *et* Ἰόρτιος.) In convivio Mæcenatis mensa sub tentorio posita erat angulos habens, magnitudinis et pulchritudinis eximiæ: quam, ut par est, alii aliter laudabant. Iortius vero quum nihil novum et insolitum proferre posset, facto silentio, Illud vero, inquit, non animadvertitis, cari compotatores, mensam hanc esse apprime rotundam. Hanc igitur immodicam assentationem omnes effuso risu exceperunt. Angularis enim, non rotunda, erat illa Mæcenatis mensa. *Plutarchus.*

XCII. (*Geopon.* XIII, 9.) *Plutarchus* nucem avellanam lectulorum pedibus alligat, ut scorpius ad ipsos non accedat.

XCIII. (*Iamblich. ap. Stob. Ecl. phys.* p. 894.) — alii ex contrariis vitæ species et actiones componentes, ut Atticus et *Plutarchus.*

XCIV. (*Ib.* p. 1064.) Et *Plutarchus* quidem et Porphyrius, ac vetustiores, animam suo in loco et ordine manere statuunt.

XCV. (*Porphyr. De abstin.* III, 18 *et seqq.*) I. Omnino autem, ut *Plutarchus* dicit, non propterea, quia natura nostra quibusdam indiget et utitur, continuo in omnia proferenda est injuria. Dat enim hoc et concedit nobis natura, ut pro necessitate quadamtenus ad damnum aliis inferendum progrediamur, siquidem et plantæ damnum patiuntur si quid ab iis sumimus, licet vivæ maneant: at ex abundantia et voluptatis causa perdere ac destruere alia, summæ erat immanitatis et injustitiæ: atque eorum abstinentia non impediebat quominus et viveremus, et bene viveremus. (2) Nam si quemadmodum aere, plantis, fructibus, sine quibus vivere non possumus, sic animalium cæde et esu carnium indigeremus ad vivendum; necessarium cum injustitia nexum et vinculum nostra haberet natura. At si multi et deorum sacerdotes, et barbarorum reges, per castimoniam et religionem, infinita porro animalium genera, talem cibum nunquam tangunt et tamen naturali fine ac bono non frustrantur; quomodo non absurdus ille fit, qui, si cum quibusdam bellum gerere cogamur, nos jubeat ne cum reliquis quidem, quibuscum licet, pacem

ἀλλὰ ἢ πρὸς μηδὲν τῇ δικαιοσύνῃ χρωμένους ζῆν, ἢ πρὸς πάντα χρωμένους μὴ ζῆν; (3) Ὥσπερ οὖν ἐπ' ἀνθρώπων, ὁ μὲν αὐτοῦ σωτηρίας ἕνεκα καὶ παίδων ἢ πατρίδος, ἢ χρήματά τινων παραιρούμενος, ἢ χώραν ἐπιτρίβων καὶ πόλιν, ἔχει πρόσχημα τῆς ἀδικίας τὴν ἀνάγκην· ὅστις δὲ ταῦτα δρᾷ διὰ πλοῦτον, ἢ κόρον, ἢ ἡδονὰς τρυφώσας, καὶ ἀποπληρώσεις οὐκ ἀναγκαίων ποριζόμενος ἐπιθυμιῶν, ἄμικτος εἶναι δοκεῖ καὶ ἀκρατὴς καὶ πονηρός· οὕτω τὰς μὲν εἰς φυτὰ βλάβας, καὶ πυρὸς καὶ ναμάτων ἀναλώσεις, κουράς τε προβάτων καὶ γάλα, βοῶν τε ἐξημέρωσιν καὶ κατάζευξιν ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ διαμονῇ τοῖς χρωμένοις ὁ θεὸς δίδωσι συγγνώμων· ζῷα δὲ ὑπάγειν σφαγαῖς καὶ μαγειρεύειν ἀναπιμπλαμένους φόνου, μὴ τροφῆς ἢ πληρώσεως χάριν, ἀλλ' ἡδονῆς καὶ λαιμαργίας ποιουμένους τέλος, ὑπερφυὲς ὡς ἄνομον καὶ δεινόν. (4) Ἀρκεῖ γὰρ ὅτι μηδὲν πονεῖν δεομένοις χρώμεθα προκάμνουσι καὶ μοχθοῦσιν,

ἵππων ὄνων τ' ὀχεῖα καὶ ταύρων γονάς,

ὡς Αἰσχύλος φησίν,

ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα

χειρωσάμενοι καὶ καταζεύξαντες.

II. Ὁ δὲ ἀξιῶν ἡμᾶς ὄψῳ μὴ χρῆσθαι βοΐ, μηδὲ πνεῦμα καὶ ζωὴν διολλύντας καὶ διαφθείραντας, ἡδύσματα πλησμονῆς καὶ καλλωπίσματα προστίθεσθαι τραπέζῃς, τίνος ἀναγκαίου πρὸς σωτηρίαν ἢ καλοῦ πρὸς ἀρετὴν ἀφαιρεῖται τὸν βίον; Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ζῴοις τὰ φυτὰ παραβάλλειν, κομιδῇ βίαιον. Τὰ μὲν γὰρ αἰσθάνεσθαι πέφυκε καὶ ἀλγεῖν καὶ φοβεῖσθαι καὶ βλάπτεσθαι· διὸ καὶ ἀδικεῖσθαι· τοῖς δ' οὐθέν ἐστιν αἰσθητὸν, οὕτως δὲ οὐδὲ ἀλλότριον, οὐδὲ κακὸν, οὐδὲ βλάβη τις, οὐδὲ ἀδικία· καὶ γὰρ οἰκειώσεως πάσης καὶ ἀλλοτριώσεως ἀρχὴ τὸ αἰσθάνεσθαι· τὴν δὲ οἰκείωσιν ἀρχὴν τίθενται δικαιοσύνης οἱ ἀπὸ Ζήνωνος. (2) Πῶς δὲ οὐκ ἄλογον πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐπ' αἰσθήσει μόνον ζῶντας ὁρῶντας, νοῦν δὲ καὶ λόγον οὐκ ἔχοντας, πολλοὺς δὲ πάλιν ὠμότητι καὶ θυμῷ καὶ πλεονεξίᾳ τὰ φοβερώτατα τῶν θηρίων ὑπερβεβληκότας, παιδοφόνους καὶ πατροκτόνους, τυράννους καὶ βασάνων ὑπουργοὺς, πρὸς μὲν τούτους οἴεσθαί [τι] εἶναι ἡμῖν· πρὸς δὲ τὸν ἀροτῆρα βοῦν, καὶ τὸν σύντροφον κύνα, καὶ τὰ γάλακτι μὲν τρέφοντα, κουρᾷ δὲ κοσμοῦντα θρέμματα μηδὲν εἶναι, πῶς οὐ παραλογώτατόν ἐστι;

III. Ἀλλ' ἐκεῖνο νὴ Δία τοῦ Χρυσίππου πιθανὸν ἦν ὡς ἡμᾶς αὐτῶν καὶ ἀλλήλων οἱ θεοὶ χάριν ἐποιήσαντο, ἡμῶν δὲ τὰ ζῷα, συμπολεμεῖν μὲν ἵππους, καὶ συνθηρεύειν κύνας, ἀνδρείας δὲ γυμνάσια παρδάλεις καὶ ἄρκτους καὶ λέοντας· ἡ δὲ ὗς (ἐνταῦθα γὰρ τῶν χαρίτων τὸ ἥδιστον) οὐ δι' ἄλλο τι πλὴν θύεσθαι ἐγεγόνει, καὶ τῇ σαρκὶ τὴν ψυχὴν ὁ θεὸς οἷον ἅλας ἐνέμιξεν, εὐοψίαν ἡμῖν μηχανώμενος· (2) ὅπως δὲ ζωμοῦ καὶ παραδειπνίων ἀφθονίαν ἔχωμεν, ὄστρεά τε παντοδαπὰ καὶ πορφύρας καὶ ἀκαλήφας καὶ γένη πτηνῶν ποικίλα παρεσκεύασεν, οὐκ ἀλλαχόθεν, ἀλλ' ὡς αὐτοῦ μέγα μέρος ἐνταῦθα τρέψας εἰς γλυκυθυμίας, τὰς τιτθὰς

agere, et vel non vivere justitia erga omnia genera observanda, vel vivere ea erga nullum genus observanda. (3) Quemadmodum igitur in actionibus erga homines, is qui aut suæ aut natorum aut patriæ salutis causa, aliorum vel pecunias rapit, vel urbem et agros vexat, habet prætextum injustitiæ necessitatem: qui vero hæc facit divitiarum profusione, voluptatum luxurie ac satietate, quærens quomodo cupiditates minime necessarias expleat, is videtur abhorrens ab humanæ communione societatis, incontinens, improbus: ita deus ignoscit iis qui suæ ipsi salutis causa plantis damna inferunt, ignem et fontes consumunt, oves tondent et mulgent, boves mansuefaciunt ac subjugant: at vero animalia cædibus subjicere, dilaniare, cruore inquinari, non ut cibi appetitum expleamus, sed gulæ libidini satisfaciamus: supra omnem naturæ modum, dirum et injustum est. (4) Satis enim est, quod ea laboris ipsa non indigentia convertimus eum ad usum, ut pro nobis laborent, et

equorum, asinorum vecturam, et taurorum generationes,

ut Æschylus inquit,

servorum vicarios, laborumque successores

habeamus domitu et subjugatione.

II. At qui nos vetat, bove pro obsonio uti, pernicie et interitu spiritus vitæque parata confectaque satietatis condimenta mensæque ornamenta apponere, quo tandem is vitam humanam privat bono, vel necessario ad salutem vel honesto ad virtutem? Ceterum animalia plantis comparare, valde absurdum est: quandoquidem animalium ea est natura ut sentiant, doleant, timeant, damno lædantur; plantarum ea, ut nil sentiant, itaque nihil iis alienum, nihil malum, nihil damnum, nihil injustum sit. Nam conciliationis omnis et alienationis principium sensus est: conciliationem autem principium justitiæ statuunt Zeno et qui eum sequuntur. (2) Quomodo igitur non est ab omni ratione alienum, quum videamus multos homines sensu tantum vivere, mentem rationemque non habere; multos etiam sævitia, ira, habendi cupiditate, feras vel maxime horribiles superare, natorum parentumque parricidas, tyrannos, tormentorum opifices; cum istis jus et communionem nobis esse putare; cum bove aratore, cum cane domestico convictus socio, cum pecudibus et lacte nos suo nutrientibus et tonsura ornantibus, nullum nobis esse jus putare, quomodo non ab omni ratione prorsus alienum est?

III. At nimirum illud Chrysippi probabile est decretum: deos nos et ipsorum et nostrorum invicem causa, animalia nostrorum causa fecisse, equos ad belli societatem, canes ad venationis adjumentum, ad fortitudinis exercitationem pardos, ursos, leones: sus vero, hoc enim est festivissimum Chrysippi commentum, et veluti in suilla carne et sale suavitas et gratia; sua igitur, ut ait Chrysippus, nullum alium in finem facta est, nisi ut juguletur et comedatur; ejusque carni animam veluti salem admiscuit deus, ut nobis obsonii delicias pararet. (2) Qui quidem etiam ut jusculi et cupediarum copiam haberemus, varia ostrearum genera, purpuras, urticas, diversas volucrum species produxit, neque id aliunde et extrinsecus, sed ex se ipse, magnam sui partem ad nos convertens tanquam

ὑπερβαλλόμενος, καὶ καταπυκνώσας ταῖς ἡδοναῖς καὶ ἀπολαύσεσι τὸν περίγειον τόπον. (3) Ὅτῳ δὲ ταῦτα δοκεῖ τι τοῦ πιθανοῦ καὶ θεῷ πρέποντος μετέχειν, σκοπείτω τί πρὸς ἐκεῖνον ἐρεῖ τὸν λόγον, ὃν Καρνεάδης ἔλεγεν, ἕκαστον τῶν φύσει γεγονότων, ὅταν τοῦ πρὸς ὃ πέφυκε καὶ γέγονε τυγχάνῃ τέλους, ὠφελεῖται· κοινότερον δὲ τῆς ὠφελείας, ἣν εὐχρηστίαν οὗτοι λέγουσιν, ἀκουστέον· ἡ δὲ ὧς φύσει γέγονε πρὸς τὸ σφαγῆναι καὶ καταβρωθῆναι· καὶ τοῦτο πάσχουσα, τυγχάνει τοῦ πρὸς ὃ πέφυκε, καὶ ὠφελεῖται. (4) Καὶ μὴν εἰ πρὸς ἀνθρώπων χρῆσιν ὁ θεὸς μεμηχάνηται τὰ ζῷα, τί χρησόμεθα μυίαις, ἐμπίσι, νυκτερίσι, κανθάροις, σκορπίοις, ἐχίδναις; ὧν τὰ μὲν ὁρᾶν εἰδεχθῆ, καὶ θιγγάνειν μιαρὰ, καὶ κατ' ὀδμὰς δυσανάσχετα, καὶ φθέγγεται δεινὸν καὶ ἀτερπές· τὰ δ' ἀντικρυς ὀλέθρια τοῖς [ἐν]τυγχάνουσιν· φαλαίνας τε καὶ πρίστεις καὶ τὰ ἄλλα κήτη, ἃ μυρία βόσκειν Ὅμηρός φησιν ἀγάστονον Ἀμφιτρίτην, τί οὐκ ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ δημιουργὸς, ὅπη χρήσιμα τῇ φύσει γέγονε; (5) Εἰ δὲ οὐ πάντα φασὶν ἡμῖν καὶ δι' ἡμᾶς γεγονέναι, πρὸς τῷ σύγχυσιν ἔχειν πολλὴν καὶ ἀσάφειαν τὸν διορισμὸν, οὐδὲ ἐκφεύγομεν τὸ ἀδικεῖν, ἐπιτιθέμενοι καὶ χρώμενοι βλαβερῶς τοῖς οὐ δι' ἡμᾶς, ἀλλ' ὥσπερ ἡμεῖς κατὰ φύσιν γεγεννημένοις. (6) Ἐῶ λέγειν ὅτι χρείᾳ τὸ πρὸς ἡμᾶς ὁρίζοντες, οὐκ ἂν φθάνοιμεν ἑαυτοὺς ἕνεκα τῶν ὀλεθριωτάτων ζῴων, οἷα κροκόδειλοι καὶ φάλαιναι καὶ δράκοντες, γεγονέναι συγχωροῦντες. Ἡμῖν μὲν γὰρ οὐθὲν ἀπ' ἐκείνων ὑπάρχει τοπαράπαν ὠφελεῖσθαι· τὰ δὲ ἁρπάζοντα καὶ διαφθείροντα τοὺς παραπίπτοντας ἀνθρώπους βορᾷ χρῆται, μηδὲν ἡμῶν κατὰ τοῦτο δρῶντα χαλεπώτερον, πλὴν ὅτι τὰ μὲν ἔνδεια καὶ λιμὸς ἐπὶ ταύτην ἄγει τὴν ἀδικίαν, ἡμεῖς δὲ ὕβρει καὶ τρυφῆς ἕνεκα, παίζοντες πολλάκις ἐν θεάτροις καὶ κυνηγεσίοις, τὰ πλεῖστα τῶν ζῴων φονεύομεν.

XCVI. Διὰ τί μὴ συνίσταται νέφη ἐν τῷ πολὺ τῆς γῆς ὑπερανεστηκότι τόπῳ; ὅτι γὰρ οὐ συνίσταται, ἐκ τῆς μακρᾶς ἱστορίας ἐστὶ δῆλον· τὰ γὰρ ὑψηλότατα τῶν ὀρῶν ὑπερνεφῆ τέ ἐστι καὶ ὑπερήνεμα. Τέφραν γὰρ ἔν τισι τούτων ἀποθέμενοί τινες, ἢ καὶ ἐκ θυσιῶν τῶν ἐν ἐκείνοις γενομένων ἀπολελοιπότες, μετὰ πλείστους ἐνιαυτοὺς περιεργασάμενοι, κειμένην εὗρον αὐτὴν οὕτως ὡς ἔθεσαν. Καὶ ἐν Κυλλήνῃ δέ φασιν (Ἀρκαδίας δ' ὄρος) βληθεῖσαν, μήτε ὑπὸ πνευμάτων διεσκεδασμένην. (2) Ἱστορεῖ δὲ Πλούταρχος καὶ γράμματα μεῖναι εἰς ἑτέραν τῶν ἱερείων ἀνάβασιν ἐκ τῆς προτέρας ἐν τῷ Ὀλύμπῳ τῷ Μακεδονικῷ. Ἀλλὰ καὶ οἱ τὰ τοιαῦτα τῶν ὀρῶν διοδεύοντες, ὡς καὶ ἐμοί τις τὸν Ὄλυμπον διοδεύσας ἔλεγε, κατωτέρω τῆς πορείας αὐτῶν τὰς τῶν νεφῶν γινομένας συστάσεις καὶ ὑετὸν συνιστάμενον ἀστραπῶν τε ἔλλαμψιν, καὶ κτύπου βροντῶν ἤκουον φερομένου κάτωθεν· καὶ ἁπλῶς ὅσα συμβαίνουσιν ἐκ τῆς τῶν νεφῶν συγκρίσεως καὶ ἡμῖν ἄνω γενόμενα φαίνεται, ἐκείνων κατωτέρω συνίσταται. Καίτοιγε οὐδὲ πολύ τι τῆς γῆς τὰ ὑψηλότατα τῶν

nutricis mammas, eamque adeo superans, totumque hunc circum terram locum voluptatibus, suavitatibus, earumque perceptionibus condensavit. (3) Si cui hæc probabilia nec a divina natura abhorrere videantur, cogitet quid Carneadi respondeat, statuenti unumquodque eorum, quæ natura exstiterunt, utilitatem consequi, si finem consequatur eum ad quem a natura factum sit : laxiori autem sensu accipienda est utilitas pro bono usu quem isti appellant : suem vero natura factam esse ut juguletur et comedatur : idque quando ei evenit, finem consequitur suum et utilitate afficitur. (4) At si Deus animalia in hominum usum fabricatus est, cui usui nobis futuræ sunt muscæ, culices, vespertiliones, scarabæi, scorpii, viperæ? quorum alia sunt et visu odiosa, et tactu immunda, et odore intolerabilia, et voce injucunda et horrenda; alia perniciosa omnino occurrentibus. Balænæ, pistrices, et alia cete, « quæ innumera, » ut inquit Homerus, « alit circumsonans Amphitrite, » ad quem naturæ usum factæ sint, quare nos earum opifex nos docuit? (5) Sin vero dicunt, non omnia nobis in nostrumque usum procreata esse; præterquam quod confusa admodum et obscura distinctio est, nihilo magis effugiemus injustitiam, si illis vim inferamus et noxie utamur quæ non propter nos, sed prouti nos secundum naturam facta sunt. (6) Et nil dico de ista repugnantiæ consequentia, qua, simulac illud, quod *propter nos* vocamus, solo usu metiri voluerimus, continuo concedere debeamus nos factos esse propter perniciosissimas bestias, quales sunt crocodili, balænæ, dracones. Nos enim ab istis nullam omnino utilitatem percipimus : ista vero homines obvios rapiunt ac vorant; nil quidquam illa sævius quam nos agentia : siquidem illa per famem et inopiam ad injustitiam impelluntur; nos per contumeliam, lusum luxumque in theatris et venationibus pleraque animalia interficimus. (*Sequentia in Mor.* p. 1215 *sqq.*)

XCVI. (*Philoponus In Aristot. Meteor.* I, p. 82.) Quare non consistunt nubes in regione multum supra terram edita? Non enim consistere, testis est inde a longinquis temporibus repetita historia. Nam altissimi montes altiores sunt quam nubes et venti. In ejusmodi enim montibus quidam cinerem vel deposuerunt, vel e sacrificiis peractis reliquerunt, deinde præterlapsis compluribus annis repetentes inviserunt et ita jacentem repererunt prouti eum reliquerant. Etiam in Cyllene, Arcadiæ monte, ferunt, cinerem projectum nec a ventis dispersum esse. (2) Et memoriæ prodidit *Plutarchus*, in Macedoniæ monte Olympo, inde a priore usque ad alterum sacrificiorum adscensum literas cineri inscriptas permansisse. Quin etiam ii qui tales montes eundo peragraruut, ut et mihi quidam narravit qui in Olympo fuerat, testantur infra ipsorum viam demum nubes consistere, pluviam colligi, fulgura lucere; et tonitrus fragorem inferius ferri audiverunt. Et prorsus omnia quæ ex nubium concretione oriuntur, nobisque superne fieri videntur, infra illos consistunt. Quamquam altissimi montes non magno quodam spatio su-

ὀρῶν ὑπῆρται. Οἱ γὰρ τῆς μηχανικῆς ἐπιστήμονες τέχνης, διὰ τῶν ὀργάνων, δι' ὧν τὰ ὄρη μετρεῖν εἰώθασις, εὑρόντες τούτων τὰ ὕψη, τὰ μέγιστά φασι τῶν ὀρῶν δέκα καὶ δύο σταδίων ἔχειν τὴν κάθετον.

b XCVII. Ψυχροί τινες τὴν φύσιν οἱ τέττιγες· διὸ μετὰ θερινὰς τροπὰς ἀπάρχονται τῆς ᾠδῆς· καὶ ἡλίου ἀπερχομένου τὸν ἑαυτῶν μεθίασι κέλαδον· ὥστε μεσημβρίας εἰσὶν ᾠδικώτεροι. Τέττιξ γοῦν θῆλυς κατὰ λολὺ ψυχροτέρα τοῦ ἄρρενος, καὶ φύσις αὐτῇ τὴν σιω- 10 πὴν ἐγκελεύεται, ἐπίτασιν ἐντιθεῖσα ψυχρότητος· διὸ κωτίλος τέττιξ οὐκ ἔστι θῆλυς, ἀλλ' οἷά τις Θεανὼ σιωπῶσα τὰ ἄρρητα. Πλούταρχος.

XCVIII. Φειδόμενον χρεῖττον ἀποθανεῖν ἢ ζῶντα ἐνδεῆ εἶναι.

pra terram elati sunt. Nam mechanicæ artis periti, qui instrumentis, quibus montes metiri solent, eorum altitudinem invenerunt, dicunt altissimos montes perpendiculum duodecim stadiorum habere.

XCVII. (*Apostol. Prov.* XVIII, 39, *ex Theophylacto Quæst.* XIII.) Cicadæ natura frigidæ sunt. Quo fit ut post solstitium æstivum canere incipiant, et sole occidente cantum intermittant suum, sub meridiem autem vociliores sint. Femina igitur cicada masculo longe frigidior est; unde natura ipsi silentium imperat per intentionem frigidi temperamenti. Ergo femina cicada non est loquax, sed veluti quædam Theano tacens ea quæ non sunt dicenda. *Plutarchi* (?).

XCVIII. (*Georgidæ Gnomol.* p. 94.) Præstat parcum mori quam indigere viventem.

XXXV. INSTITUTIO TRAJANI.(*)

EPISTOLA AD TRAJANUM.

Plutarchus Trajano Salutem Dicit. Modestiam tuam noveram non appetere principatum, quem tamen semper morum elegantia mereri studuisti. Quo quidem tanto diguior judicaris, quanto a crimine ambitionis videris esse remotior. Tuæ itaque virtuti congratulor, et fortunæ meæ; si tamen recte gesseris quem probe meruisti. Alioquin te periculis, et me detrahentium linguis subjectum iri non dubito; quum et ignaviam Imperatorum Roma non ferat, et sermo publicus delicta discipulorum refundere soleat in præceptores. Sic Seneca Neronis sui merito detrahentium carpitur linguis, adolescentium suorum temeritas in Quintilianum refunditur, et Socrates in pupillum suum clementior fuisse criminatur. Tu vero quidvis rectissime geres, si non recesseris a te ipso. Si primum te composueris, si tua omnia disposueris ad virtutem, recte tibi procedent universa. Politicæ constitutionis majorum vires tibi expressi: cui si obtemperas, Plutarchum vivendi habes auctorem. Alioquin præsentem epistolam testem invoco; quia in perniciem imperii non pergis auctore Plutarcho.

I. (**) Est ergo primum omnium, ut princeps se totum metiatur, et quod in toto corpore reipublicæ, cujus vice fruatur, diligenter advertat. Est autem respublica (sicut Plutarcho placet) corpus quoddam, quod divini muneris beneficio animatur, et summæ æquitatis agitur nutu, et regitur quodam moderamine rationis. Ea vero, quæ cultum religionis in nobis instituunt et informant, et Dei (ne secundum Plutarchum *deorum* dicam) cæremonias tradunt, vicem animæ in corpore reipublicæ obtinent. Illos vero, qui religionis cultui præsunt, quasi animam corporis suspicere et venerari oportet. Quis enim sanctitatis ministros, Dei ipsius vicarios esse ambigit? Porro, sicut anima totius habet corporis principatum; ita et hi, quos ille religionis præfectos vocat, toti corpori præsunt. Augustus Cæsar eousque sacrorum pontificibus subjectus fuit, donec et ipse, ne cui omnino subesset, Vestalis creatus est pontifex, et paulo post ad deos relatus est vivus. Princeps vero capitis in republica obtinet locum, uni subjectus Deo, et his qui vices illius agunt in terris: quoniam et in humano corpore ab anima vegetatur caput et regitur. Cordis locum senatus obtinet, a quo bonorum operum et malorum procedunt initia. Oculorum, aurium et linguæ officia sibi vindicant judices et præsides provinciarum. Officiales et milites manibus coaptantur. Qui semper adsitunt principi, lateribus assimilantur. Quæstores et commentarienses (non illos dico qui carceribus præsunt, sed comites rerum privatarum) ad ventris et intestinorum refert imaginem: quæ si immensa aviditate congesserint, et congesta tenacius reservaverint, innumerabiles et incurabiles generant morbos, ut vitiis eorum totius corporis ruina immineat. Pedibus vero solo jugiter inhærentibus, agricolæ coaptantur: quibus capitis providentia tanto magis necessaria est, quo plura inveniunt diverticula, dum in obsequio corporis in terra gradiuntur, eisque justius tegumentorum debetur suffragium, qui totius corporis erigunt, sustinent et promovent molem. Pedum adminicula robustissimo corpori tolle: suis viribus non procedet; sed aut turpiter, inutiliter et moleste manibus repet, aut brutorum animalium more movebitur (*).

III. In summa ergo quatuor sunt, quæ nititur reipublicæ principibus inculcare: reverentiam Dei, cultum sui, disciplinam officialium et potestatum, affectum et protectionem subditorum. Deum ergo in primis asserit honorandum: deinde se ipsum colendum unicuique: post, ut doctrinam præpositi totius disciplina domus redoleat: et tandem universitas subjectorum de capitis præpositorum sibi incolumitate lætetur. Magnorum quoque virorum strategematibus et strategematicis utitur (**).

IV. Ego in hoc, sicut et in plurimis, Plutarchum censeo audiendum, qui deam cæcam (*fortunam*) colendam esse negat, asserens eam nisi e cæcis coli non posse. Multa quoque proponit exempla, quibus liquet omnes cæcæ deæ cultores cæcatos et præcipitatos tandem in foveam exterminii. Testatur hoc Galba, qui totam ætatem luculenter producens in senium, hujus deæ familiaritate et cultu in brevi elatus, et in breviori præcipitatus est. Qualiter autem apud Suetonium quære. Queritur tamen præfatus philosophus, et in aure jam dicti principis lacrimabiliter ingemiscit, et quod hæc vitio cæcitatis et teme-

(*) Ex Joannis Sarisbericensis Policratico, lib. V-VIII.

(**) Sarisb.: *Sequuntur ejusdem politicæ constitutionis capitula... quæ pro parte præsenti opusculo curavi inserere, ita tamen, ut sententiarum vestigia potius imitarer quam passus verborum.*

(*) Pergit Sarisber. · *Ponit in hunc modum more suo quam plurima, quæ diligentius diffusiore tractatu prosequitur, ad informationem reipublicæ et magistratuum eruditionem. Quæ omnia syllabatim exsequi, servilis interpretationis est, quæ potius affectat speciem quam vires auctoris exprimere. Et quia apud ipsum de cæremoniis et cultura deorum plura, quæ religioso principi putabat ingerenda, superstitiosius disputata sunt, his omissis quæ ad idololatriæ cultum pertinent, perstringamus breviter sensum hominis, quo principem et officia reipublicæ ad cultum justitiæ informabat.*

(**) Addit: *quæ si per singula inserantur, tædiosa erunt lectori, et pro parte a fidei nostræ sinceritate recedent.* Sequuntur multa partim aliunde petita, ut Putarchea non satis certis indiciis distinguas.

ritatis probrosa dea, et omnibus ignominiosa numinibus, omnium deorum templa fœdaverit, et deorum omnium præripuerit cultum; ut præter ædes privatas, quas in orbe et urbe passim habet, rupem etiam Tarpejam occupaverit, supremo Jovi coæquata, et publicæ fortunæ imago aurea in Capitolio ab advenis, convenis et indigenis publice adoretur; et tantam præ ceteris habet auctoritatem, quod in tota ratione mortalium (ut dici solet) sola utramque paginam videtur implere. Videas eam ibi rotam versare volubilem : quodque magis mirere, ejusdem rotæ impulsu de pectore Jovis sororum pensa præcipitat et conculcat. Quisquis enim Fortunam statuit, fata præcipitat et convellit. (*) Fortuna semper consistit in his quæ improvisa emergunt. Eam usquequaque nititur evacuare Plutarchus; et ex præmissis quatuor locis, naturæ, officii, morum, conditionis, totius reverentiæ manare credit originem. (**) Ille quidem in cultu deorum eos præcipue asserit venerandos, qui ei familiarius et vicinius accedunt : aut natura, ut Liber Indorum domitor, Hercules, qui eo ipso in se Jovem protestatus est, quod angues jugulavit in cunis : aut officio, ut pontifices præfectique sacrorum : aut moribus, ut philosophi, qui mentis divinæ haustum investigatione et dispensatione sapientiæ indicant : aut conditione, ut quos favor numinis extulit, ut aliis præessent, ex causa potius familiari quam officio publico.

V. Nam præcedentia (***) *Plutarchi* in Institutione Trajani, et Julii Frontini in libro Strategematum sunt.

VI. Quid de continentia dicam rerumque contemptu, quandoquidem *Plutarchi* Strategematica nonnulla promisi. M. Catonem eodem vino quo remiges contentum fuisse traditur. Nunc autem, ut in Trajano *Plutarchi* Strategematicis imponatur modus, tantæ fortitudinis et civilitatis fuit, ut Romani imperii fines, quod post Augustum defensum magis fuerat, quam nobiliter ampliatum, longe lateque diffunderet.

VII. Cordis locum, auctore *Plutarcho*, Senatus obtinet. Senatus vero, sicut majoribus placuit, officii nomen est, et habet ætatis notam : siquidem sic dicitur a senectute. Eum vero Athenienses Areopagum dicebant, eo quod in illius totius populi virtus consisteret, et quum ab eis præclara plurima inventa sint, nihil salubrius, nihil gloriosius institutum est quam senatus. Quid enim nobilius est cœtu senum, qui emeriti a vulgaribus officiis, ad consilii et regiminis officium transeunt, et in marcido corpore exserunt mentis vires, eo sapientiæ magis apti negotiis, quo in exercitiis corporis minus possunt. Eorum utique tantus honor exstitit apud Græcos, ut duces reipublicæ nusquam procederent, nihil egregium ageretur, quod senes instituti non inducerent, aut approbarent, et quod magis est ab initio urbis conditæ, nomina eorum aureis literis scriptæ sunt, ipsique Patres conscripti appellati, qui alios sapientia, ætate et affectu paterno præcedebant. Penes istos consiliorum erat auctoritas et omnium publice gerendorum. Ceterum licet ab ætate nominis videatur esse origo, hanc ego arbitror tam corporis esse quam mentis. Ætas namque mentis sapientia est, in qua omnium officiorum consistit distributio et artificium totius vitæ. Ars namque recte vivendi, ut placet Stoicis, ars artium est. Nullam vero esse artem maximarum rerum, quum in minimis quoque artem esse nullus ignoret, opinio est hominum parum considerate loquentium et in maximis rebus errantium, omnia magis pro libito statuentium quam pro veritate.

VIII. [*Prol. VI.*] Dum Plutarchi vestigia in Trajani institutione familiarius sequor, me ipsum arbitror hac imagine compellari : eroque ludibrio omnium, nisi diligentius persequar quod incepi : me enim in præsenti clientem ejus professus sum. Sequor ergo eum et a capite reipublicæ cum eo usque ad pedes descendam; ea tamen conditione, ut, si his, quibus jura permittitur ignorare, mordacior in hac parte apparuero, id non mihi, sed Plutarcho adscribant, aut sibi potius, qui regulam quam profitentur, et qua vivendum est eis, discere noluerunt.

IX. Manus itaque reipublicæ aut armata est, aut inermis. Armata quidem est, quæ castrensem exercet militiam : inermis, quæ justitiam expedit, et ab armis feriando juris militiæ servit. Neque enim reipublicæ militant soli illi, qui galeis thoracibusque muniti, in hostes exercent gladios aut tela quælibet, sed et patroni causarum, qui gloriosæ vocis confisi munimine, lapsa erigunt, fatigata reparant; nec minus provident humano generi, quam si laborantium vitam, spem, posterosque armorum præsidio ab hostibus tuerentur. Militant et publicani, apparitores et officiales omnium judicum. Sicut enim alia sunt officia pacis, alia belli, ita eadem necesse est per alios et alios expediri. Armata itaque manus in hostem duntaxat exercetur, at inermis extenditur et in civem. Porro utriusque necessaria est disciplina, quia utriusque solet insignis esse militia. Usus quoque mannum capitis sui protestatur imaginem... Oportet, inquit Pericles, collegam Sophoclem arguens, prætorem non modo manus, sed oculos habere continentes. Est autem præsidentium continentia illa laudabilis, quum ab exactionibus et injuriis continent manus suas, et cohibent alienas. Manus tamen utriusque militiæ, armatæ videlicet et inermis, manus est principis; et nisi utramque cohibeat, parum continens est. Et quidem arctius compescenda est inermis, eo quod quum armati præcipiantur abstinere ab exactionibus et rapinis, inermis etiam a muneribus arcetur. Si tamen pœna alicui irrogatur legitima, si exigitur aut accipitur quod jure statutum est aut concessum, nequaquam punitur aut reprehenditur. Hoc enim quidquid sit, exactionis nomen non recipit; neque cadit in muneris rationem, quod officiales accipere prohibentur. Quia vero officialium licentia major est, dum sub prætextu officii spoliare possunt aut vexare privatos, quod contra officium præsumunt, pœna feriendum est graviori.

X. (*Cap.* 21.) Poetarum doctissimus Maro, ad quem Plutarchus suum destinat Trajanum, ut civilem vitam ab apibus mutuetur, *Admiranda canit levium spectacula rerum* [*et cetera, Georg.* IV, 3-218.]

XI. (*Cap.* 19.) Quocirca qui miles esse voluerit, prædiscat artem, eamque usu et exercitio firmet, ut quum electus fuerit et militiæ sacramento adstrictus, reipublicæ et sibi utiliter vivat, et non sit, prout Plutarchus ait, *manus manca*. His enim verbis in Institutione Trajani novissime usus est. Sequamur ergo eum, et, sicut ipse ait, *quasi soccos pedibus faciamus, ut non offendantur ad lapidem obicemve alium, quem multiplex ingerit casus.*

XII. (*Cap.* 20.) Unde Plutarchus ea dicit in omnibus exsequenda, quæ humilioribus, id est multitudini, prosint.

XIII. (*Cap.* 25.) Rem politicam legitur Socrates instituisse, et in eam dedisse præcepta, quæ a sinceritate sapientiæ, quasi quodam fonte naturæ, manare dicuntur. Hoc autem in summa colligitur, ut quæ in republica humiliora sunt, majorum officio diligentius conserventur. Institutionem Trajani, cujus mentio superius facta est, diligentius relege; et hæc latius conscripta invenies.

XIV. (*L.* VII, *c.* 17.) Sed poterunt de his, quæ sunt ab Institutione Trajani superius dicta [cap. IX], sufficere.

XV. [*L.* VIII, *c.* 17.] In quo princeps differat a tyranno, dum revolveretur auctore Plutarcho Institutio Trajani, superius dictum est, et quæ principis sint officia, aut reipublicæ membra, diligenter expositum.

XVI. [*Ib.*] Ut Plutarchi verbo utar, *præfecti regionum impugnantes legem Domiti.*

XXXVI. [*Idem* IV, 8.] De magistratuum moderatione librum fertur scripsisse Plutarchus, qui inscribitur *Archigrammaton* [?], et magistratum suæ urbis ad patientiam et justitiæ cultum verbis instituisse dicitur et exemplis.

(*) Sequuntur hic loca latinorum poetarum et alia non Plutarchea.

(**) « *Superstitiosius tamen hoc infidelium more exsequitur. Unde nonnullas sententias ejus, sensu et sermone catholico, curavi inserere.* »

(***) Sunt autem (cap. 7) Alexandri, Scipionis et Camilli ex Frontino excerpta, Augusti et Trajani ex Suetonio et Eutropio.

PSEUDOPLUTARCHEA.

ΥΠΕΡ ΕΥΓΕΝΕΙΑΣ.

I. « Ἄπιστος ἡ τῶν σοφιστῶν συκοφαντία κατὰ τῆς « εὐγενείας, εἰ μηδὲ τὰ ἐν μέσῳ καὶ πᾶσι γνώριμα « σκοποῦσιν, ὅτι πρὸς τὰς ὀχείας τοὺς εὐγενεῖς ἵππους « καὶ κύνας ὠνοῦνται καὶ κιχρῶνται, καὶ ἀμπέλων « εὐγενῆ σπέρματα καὶ ἐλαιῶν καὶ τῶν ἄλλων δένδρων, « ἀνθρώπου δὲ οὐδὲν ὄφελος νομίζουσιν εὐγένειαν εἰς « τὰς μελλούσας διαδοχάς· ἀλλ' αὐτὸ πείθονται βάρ- « βαρον εἶναι καὶ Ἑλληνικὸν σπέρμα, καὶ οὐκ οἴονται « λεληθυίας τινὰς ἀρχὰς καὶ σπέρματα ἀρετῆς συγκα- « ταβάλλεσθαι τοῖς γεννωμένοις, ὥσπερ τῷ Τηλεμάχῳ « τοῦ Ὀδυσσέως, ἐφ' οὗ καὶ πάνυ τῷ ὀνόματι ὁ ποιητὴς « εἴρηκεν,

« ἐνέστακται μένος ἠΰ·

« ὡς ἂν ἐν ταῖς σπερμάτων ὀλίγαις σταγόσι καὶ τῶν « ἀρετῆς συρρεόντων ἀγαθῶν. » (2) Ἐπαινεῖται μὲν ὑφ' Ὁμήρου Νέστωρ πολλαχῶς, ἐκεῖνο δὲ τὰ πρῶτα φέρει·

Νηλείῳ υἷι ἐοικώς,
Νέστορι·

καὶ προσαγορεύων Ἀγαμέμνων Ὀδυσσέα,

Διογενὲς Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ·

φησὶ δὲ καὶ ἄλλον μὲν Ἀρμονίδεω, ἄλλον δὲ Στροφίου, καὶ ἄλλον μεγάλου Δολοπίωνος, καὶ πολλάκις Δαρδανίδας εὐγενεῖς, καὶ Δηϊκόωντα κρατεροῦ Περγάσου υἱόν, καὶ ἄλλους ἐκ πατρὸς Διοκλέους,

γένος δ' ἦν ἐκ ποταμοῖο
Ἀλφειοῦ, ὅστ' εὐρὺ ῥέει Πυλίων διὰ γαίης·

καὶ ἄλλον Ἀμύντορος, ἔτι δὲ καὶ Σελάγου, καὶ θείου Μέντορος, καὶ Ὀτρυντέως, καὶ Ἀγήνορος. (3) Τὸν δὲ Ἰδομενέα πρὸς Δηΐφοβον λέγοντα ποιεῖ τάδε·

Μίνως δ' αὖ τέκεθ' υἱὸν ἀμύμονα Δευκαλίωνα.

Τὸν δ' Ἀχιλλέα Πηλείδην καλεῖ, καὶ τὸν Αἰνείαν Πριάμου ἐξ αἵματος εὐχόμενον εἶναι· οὕτως γὰρ πρὸς τὸν Ἀχιλλέα λέγοντα ποιεῖ,

Ἴδμεν δ' ἀλλήλων γενεὴν, ἴδμεν δὲ τοκῆας,
πρόκλυτ' ἀκούοντες ἔπεα θνητῶν ἀνθρώπων·
φασί σε μὲν Πηλῆος ἀμύμονος ἔκγονον εἶναι,
μητρὸς δ' ἐκ Θέτιδος καλλιπλοκάμου ἁλοσύδνης·
αὐτὰρ ἐγὼν υἱὸς μεγαλήτορος Ἀγχίσαο.

Καὶ αὖθις (τί γὰρ βλάψειέν που πλείω χορηγεῖν;)

Δάρδανον αὖ πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς,
κτίσσε δὲ Δαρδανίην, ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρὴ
ἐν πεδίῳ πεπόλιστο, πόλις μερόπων ἀνθρώπων,

PRO NOBILITATE.

(915—918.)

I. (*Stob. Flor.* 88, 12.) Nihil est minus probabile, quam ea calumnia sophistarum, qua utuntur in nobilitatem, quippe qui res propositas omnium oculis et pervagatas non vident, nec expendunt. Ad initus equarum equi nobiles, ad canum congressus quæ catuliunt, generosi canes emuntur, ad vites, oleas ceterasque arbores propagandas optimæ viviradices deliguntur : hominis tamen nobilitatem nihil momenti ad spem posteritatis moresque filiorum afferre existimant. Neque interesse quidquam sibi persuadent, utrum barbaris an Græcis parentibus vitam debeas : neque censent arcana quædam primordia virtutis et igniculos in ortu cujusque spargi, ut Telemacho virtus impressa fuit Ulyssis, quod insigni admodum [*imo* proprio] verbo Poeta designavit :

Infusum nobile patris robur ;

nempe indicans, una cum vitæ seminariis, quorum quasi stillæ non ita multæ influxerint, virtutis emolumenta et incitamenta delabi. (2) Laudatur ab Homero Nestor multis nominibus, et tamen prior (*a patre ?*) hæc illius laus :

Neleio sanguine creti.

Et Agamemnon Ulyssem compellans :

Dive Jovis Laertiada sate sanguine magni.

Narrat idem alium ab alto Meneo [*posui* Harmonida], et alium Strophio genitum, et alium magno Dolopione satum. Et sæpe Dardanidas vocat claro e sanguine natos, Deicoonta potenti Pergaso genitum, et alios natos genitore Diocleo,

Cui genus Alpheo, Pylios qui gurgite campos
influit :

alium Amynto [Amyntore] genitum, rursus alium a Selago, alium divino Mentore, alium sanguine natum Tryntæi [Otryntei], alium Agenore natum. (3) Idomeneum vero ad Deiphobum hæc facit loquentem :

Unde satus Minos, qui Deucalionа parentem
edidit illustrem.

Suum quoque Achillem sanguine satum Pelei dicit, et Æneam sanguine satum Priami, quem sic facit alloquentem Achillem :

Unde tuum genus, unde meum, primique parentes,
scimus ab antiquis : neque enim cognovimus illos.
Te perhibent Pelei claro de sanguine natum ;
diva parens Thetis est : sed nobis inclyta surgit
magnanimi Anchisæ et Veneris materna propago.

Eodem quoque loco (quid enim nocuerit plura referre ?)

A Jove progenies nobis, Jove Dardanus ortus,
urbem Dardaniam qui condidit : Ilion ingens
nondum erat, in magnis habitabant vallibus Idæ.

Δάρδανος αὖ τέκεθ' υἱὸν Ἐριχθόνιον βασιλῆα,
ὃς δὴ ἀρνειότατος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων·
ἀλλ' ἔθ' ὑπωρείας ᾤκεον πολυπιδάκου Ἴδης.
τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἔλος κάτα βουκολέοντο
θηλεῖαι πώλοισιν ἀγαλλόμεναι ἀταλῇσι.
Τάων καὶ Βορέης ἠράσαντο βοσκομενάων,
ἵππῳ δ' εἰσάμενος παρελέξατο κυανοχαίτῃ·
αἱ δ' ὑποκυσάμεναι ἔτεκον δυοκαίδεκα πώλους.
Αἱ δ' ὅτε μὲν σκιρτῷεν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων·
ἀλλ' ὅτε δὴ σκιρτῷεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης,
ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος ἁλὸς πολίοιο θέεσκον.
Τρῶα δ' Ἐριχθόνιος τέκετο Τρώεσσιν ἄνακτα·
Τρωὸς δ' αὖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο,
Ἶλός τ' Ἀσσάρακός τε, καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης,
ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων·
τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν,
κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.
Ἶλος δ' αὖ τέκεθ' υἱὸν ἀμύμονα Λαομέδοντα·
Λαομέδων δ' ἄρα Τιθωνὸν τέκετο, Πρίαμόν τε,
Λάμπον τε Κλυτίον θ', Ἱκετάονά τ' ὄζον Ἄρηος·
Ἀσσάρακος δὲ Κάπιν· ὁ δ' ἄρ' Ἀγχίσην τέκε παῖδα·
αὐτὰρ ἔμ' Ἀγχίσης, Πρίαμος δ' ἔτεχ' Ἕκτορα δῖον.
[. . . . . .
Ἦ ῥα καὶ Αἰνείας φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσιν
ἦεν ἅταρ μιν ἔφην μὰψ αὔτως εὐχετάασθαι.]

Venit Erichthonius post te tua, Dardane, proles,
ante alios præstans opibus: ter mille vagantes
qui pascebat equas, lambentesque ubera pullos.
Concupit has Boreas, faciemque imitatus equinam,
nigricomas sectatur equas, votoque potitur,
vernat ubi tellus, et florida pascua: nati
bis sex alipedes Boreæ de semine, quorum
quilibet intactæ segetis per summa volasset
gramina, nec teneras cursu læsisset aristas:
vel mare per medium fluctu suspensus in ipso,
ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
Tros ab Erichthonio satus est: de sanguine Trois
Ilus, et Assaracus, similisque deo Ganymedes,
egregius forma, raptus sublimis in auras,
a superis cælo positus divûm inter honores,
pulcher ut ante Jovem miscoret pocula mensis.
Laomedonta Ilus genuit, Priamum Laomedon,
Tithonum, Lampum, Clytium, fortem Hicetaonta.
Assaracus Capin, Anchisen Capis: hinc ego natus;
hinc mihi nobilitas, hinc surgunt nomina gentis.
Hectora rex Priamus genuit mortalibus istis.
Et ereptum sibi videns illum Achilles ait:
Incassum nec se Veneris de sanguine natum
jactabat.

(4) Καὶ πρὸς ἄλλον αὐτὸς ὁ Πρίαμος,

Πέπνυσαι δὲ νόῳ, μακάρων δ' ἐξ ἐσσὶ τοκήων.

(4) Priamus quoque ad alium:

Credo equidem sanctos, qui te genuere, parentes.

Οὐκ ἂν ἐποίησεν, οἶμαι, τοσάκις ὁ φρονιμώτατος ποιητῶν γονέων, γένους, εὐγενείας μνήμην, εἰ ταῦτα τοῖς αἰνετοῖς οὐκ ἠξίωσεν ἐναριθμητέα.

Non opinor toties parentes, genus, nobilitatem vates prudentissimus commemoraret, nisi ea inter res laude dignas numerandas existimasset.

II. Ὁ δὲ Τυρταῖος τοὺς αὑτοῦ στρατιώτας εἰς πόλεμον παρακαλούμενος « γενεὰν Ἡρακλέους ἀνικήτου » φησὶν αὐτούς. Ποσάκις παρὰ Σιμωνίδῃ, Πινδάρῳ, Ἀλκαίῳ, Ἴβύκῳ, Στησιχόρῳ, ἡ εὐγένεια ἐν λόγου καὶ τιμῆς μέρει ἐστί; Ἔτι δ' ὁ Πλάτων ὅταν τὴν τῶν γονέων δόξαν θησαυρὸν εἶναι μέγαν φησὶν, οὐ καταφρονεῖν ἑαυτῆς διδάσκει τὴν εὐγένειαν. « Τῶν εὐγενῶν οἰκεῖον, ὁ Φιλήμων λέγει, πρὸς τὸν πόλεμον καὶ θάνατον ὁρμᾶν, ὡς ἱερεῖα ». (2) Καίτοι οὐκ οἶδα πῶς τὰς ἀκροτάτας τῶν πολιτειῶν ταπεινώσεις ἐκεῖθεν ὁρῶμεν ἀποβεβηκυίας, ὅταν ἀγενεῖς μεταλάβωσι τοῦ πολιτεύειν. Ἐν τῇ πολυκηδεστάτῃ ἐκείνῃ Χαιρωνείᾳ μάχῃ γενόμενος ὑπὸ Φιλίππου Δημάδης αἰχμάλωτος ἐρωτῶντι αὐτῷ, « Ποῦ τῶν Ἀθηναίων εὐγένεια; ποῦ τῶν Κεκροπιδῶν γένος; ποῦ ῥώμη »; « Οἶσθα, φησὶν, ἂν, ὦ βασιλεῦ, εἰ τῶν μὲν Ἀθηναίων ὁ Φίλιππος, τῶν δὲ Μακεδόνων ἦρχεν ὁ Χάρης ». Ἔτυχε δ' ὁ Χάρης τότε στρατηγήσας. (3) Τί οὖν Ἀλέξιδος ἀναιδέστερον; ὃς, τῆς στρατηγίας τὴν γεωργίαν προτιμῶν, οὐκ ἐν νῷ εἶχεν ὅσον τοῦ τῶν κεκτημένων τὸ δουλωτικὸν πρᾶγμα διαφερόμενον τυγχάνει· « καὶ ἡμεῖς, φησὶν, ἀγενεῖς οὐχ ἧττον στρατευόμεν ». Ἀλλὰ μὴν οὐχ ἡ αὐτὴ τιμὴ ἑκατέροις, οὐχ ὁ αὐτὸς θυμὸς, οὐδ' ὁρμή· εἰ δὲ τὴν ἀλήθειαν ἐκθλίψεις, οὐχ ἡ αὐτὴ προθυμία τῷ τε ἀγενεῖ καὶ τῷ εὐγενεῖ ὑπακούουσιν.

II. Tyrtæus hortaturus in prælium suos, Herculis invicti progeniem dixit eos esse. Quoties apud Simonidem, Pindarum, Alcæum, Ibycum, Stesichorum, nobilitas majorum commendatur? Quin et Plato gloriam parentum quum magnum thesaurum ait esse, non se contemnere docet nobilitatem. Horum esse proprium ait Philemon, ut in mortem ruant et bellum, non aliter atque victimæ. (2) Quin nescio quo pacto in summis rerum publicarum inclinationibus id accidisse videas, ut hæ, ignobilibus rempublicam occupantibus, occiderent. Ita Demades a Philippo captus funesta illa ad Chæroneam pugna, rogante Philippo, *ubi esset nobilitas Atheniensium, ubi Cecropidarum illud genus, ubi robur? Tu quidam*, ait, *agnosceres, Rex, urbis robur, si Philippus Atheniensibus, Chares Macedonibus imperaret.* Forte enim tum Chares præfuerat. (3) Quid igitur impudentius Alexide, qui quum agricolam nobili militanti præferat, non agnoscit, quantum servile opus ab herili differat: *At nos quoque ignobiles*, inquit, *militamus.* Sed certe non eadem præmia utrisque, non idem semper animus, idem ardor; quin si verum excutias, non eadem alacritate parent ignobili, qua nobili.

III. Ἀνακαλεῖς με πρὸς τοὺς πάλαι χρόνους· ἆρα εἰς Δευκαλίωνος, ἢ τὰ παρὰ Χαλδαίοις καὶ Αἰγυπτίοις

III. Revocas me ad vetusta tempora? An ad Deucalionis? et [aut] si quæ a Chaldæis aut Ægyptiis vetustiora prodita

ἐκδεδομένα; Ἀλλὰ τοῦτ' ἦν πρὸς τὸν ἄρρυθμον ἐκεῖνον καὶ ἄτακτον ὄγκον, πρός τε τὰς ἀρχὰς ἀνατέλλοντος αἰῶνος ἡμᾶς ἀνακαλεῖν. Αὐξηθείσας πόλεις, ἀγροὺς φυτευομένους, ἀμπελώνων ἐργασίαν οὐκ ἀνακτέον εἰς ταύτην [τὴν] παλαιὰν ἀταξίαν, οὔτ' εἰκὸς εὐγενὲς αἷμα ἐπὶ τὰ τοῦ διακεκοσμημένου παντὸς ἀναφέρειν στοιχεῖα. (2) Βούλει γοῦν ἀναχωρῶμεν εἰς χρόνους, ἐν οἷς ἐκεῖνός φησι,

Δήεις τὸν γε σύεσσι παρήμενον· αἱ δὲ νέμονται
πὰρ Κόρακος πέτρην, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ;

Ἀλλὰ τότε καταλήψῃ ἂν μὴ στερηθεῖσαν τῆς οἰκείας τιμῆς τὴν εὐγένειαν. Ἐν ποιμέσι τραφεὶς ὁ Ῥωμύλος ὁρᾷς ὡς Ἄρεος αἷμα πνεῖ, ὡς βασιλικῶν ἤδη προθεσμιῶν ἀντιποιούμενος. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τὸν Κῦρον λέγουσι πεπονθέναι. (3) Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν τοῦ Ἀμάσιδος λεκάνην ἀνακαλεῖς, ἄγε δή τί ποτε φησὶν Ἡρόδοτος, ἢ καὶ μᾶλλον ὡς αὐτὸν Ἄμασιν κακουργήσαντα καὶ στρεβλώσαντα τὸ ἄκρον τῆς δόξης τῆς βασιλικῆς. Ἀκούωμεν οὖν αὐτόν, ἐπειδὴ θέλῃς. (4) « Τὰ μὲν δὴ πρῶτα κατώνοντο τὸν Ἄμασιν Αἰγύπτιοι, καὶ ἐν οὐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἦγον, ἅτε δὴ δημότην τὸ πρὶν ἐόντα, καὶ οἰκίης οὐκ ἐπιφανέος· μετὰ δέ, σοφίῃ αὐτοὺς ὁ Ἄμασις, οὐκ εὐγνωμοσύνῃ προσηγάγετο. Ἦν οἱ ἄλλα τε ἀγαθὰ μυρία, ἐν δὲ καὶ ποδανιπτὴρ χρύσεος, ἐν τῷ αὐτός τε ὁ Ἄμασις καὶ οἱ δαιτυμόνες οἱ πάντες τοὺς πόδας ἑκάστοτε ἐναπενιζέατο. Τοῦτον κατ' ὧν κόψας ἄγαλμα δαίμονος ἐξ αὐτοῦ ἐποιήσατο, καὶ ἵδρυσε τῆς πόλεως ὅκου ἦν ἐπιτηδεώτατον. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι φοιτέοντες πρὸς τὤγαλμα ἐσέβοντο μεγάλως. Μαθὼν δὲ ὁ Ἄμασις τὸ ἐκ τῶν ἀστῶν ποιεύμενον, συγκαλέσας Αἰγυπτίους ἐξέφηνε, φὰς ἐκ τοῦ ποδανιπτῆρος τὤγαλμα γεγονέναι, ἐς τὸν πρότερον μὲν τοὺς Αἰγυπτίους ἐνεμεῖν τε καὶ ἐνουρέειν, καὶ πόδας ἐναπονίζεσθαι, τότε δὲ μεγάλως σέβεσθαι. Ἤδη ὦν, ἔφη λέγων, ὁμοίως αὐτὸς τῷ ποδανιπτῆρι πεπρηγέναι· εἰ γὰρ πρότερον ἦεν δημότης, ἀλλ' ἐν τῷ παρεόντι εἶναι αὐτέων βασιλεύς, καὶ τιμᾶν τε καὶ προμηθέεσθαι ἑωυτοῦ ἐκέλευε. Τοιούτῳ μὲν τρόπῳ προσηγάγετο τοὺς Αἰγυπτίους, ὥστε δικαιοῦν δουλεύειν. » (5) Εἰ ταῦτα ψεύδεται ὁ Ἡρόδοτος, οἷα δέον παρ' αὐτῷ μηδαμῶς, οὐδέν ἐστιν ὅπερ πράγματα παρέχοι τῇ εὐγενείᾳ· ἐὰν οὕτως μέν, οὐκ ἐξ ἑνὸς Ἀμάσιδος προσποιήσεως καὶ εἰς τοὺς θεοὺς ἀθεμίτου ἀσελγείας ἀντιληπτέος ὁ λόγος πρὸς τὸ τῆς εὐγενείας καταφρονεῖν· ἀλλὰ νὴ Δία μᾶλλον ἐκεῖνος ἐοικεν ὑπὲρ τῆς εὐγενείας ἀπολογούμενος, ὁ τὸν Ἄμασιν ὑπὸ τῶν περὶ αὐτὸν ἀτιμηθέντα διδάσκων ὡς οὐκ ἐνσήμου γένους ὑπάρχοντα· ἀλλ' ἀξιῶν διὰ τὴν ἄρρητον σκῆψιν ὡς ἐν θεοῦ λόγῳ προσκυνεῖσθαι, ἐκ τοῦ φαύλου τῆς γενετῆς ὑπερφρονηθείς, ἐδείκνυσεν ἱκανῶς, ὅτι, ἂν ὑπῆρχεν ἡ εὐγένεια, οὐκ ἔδει τινὸς ὑποκρίσεως καὶ τῆς ἀπὸ λεκάνης παραβολῆς.

IV. Σὺ δ' ἐπεί με πρὸς τὰς τῶν βασιλειῶν ἀρχὰς καὶ τὸν Δηϊόκην τὸν Μῆδον ἀνακαλεῖς καὶ πάντοθεν

sunt? At hoc fuerit, ad rudem illam indigestamque molem et primordia nascentis seculi nos revocare. Auctas urbes, consitos agros, exculta vineta, nolis revocare ad vetustatem illam inconditam : ita nec generosum illum sanguinem fuerit revocare ad initia exornati mundi. (2) Visne igitur ad ea redeamus tempora, quibus, ut ille ait,

Sectantem videas, qui errant per pascua porcos,
ad Coracis saxum, juxta fontemque Arethusam?

Sed eo tempore deprehendes suum honorem delatum nobilitati. Inter pastores educatus Romulus, vides, quo pacto Martium sanguinem spirarit, velut insignia regni inter pastores quoque affectans. Cyro quoque idem accidisse proditum est. (3) Quando vero ad Amasis pelvim me revocas : age vero loquentem Herodotum audiamus, aut forte (*potius ipsum*) depravantem Amasin et contaminantem regium fastigium. Sed quando ita vis, audiamus Herodotum. (4) Ille quidem sic : « Principio quidem regni Amasin Ægyptii contempserunt, nec in ulla magna et illustri parte duxerunt : quippe qui de plebe non illustri loco natus esset. Post vero calliditate quadam, non benignitate eos ad se pellexit. Erant ei cum aliæ divitiæ innumeræ, tum pelvis aurea, in qua ipse omnesque convivæ semper pedes lavabant. Ex ea statuam dei fecit, quam in clarissimo urbis loco statuit. Ægyptii vero ad signum concurrentes, maxima id religione venerabantur. Quod quum Amasis ex civibus et oppidanis comperisset, Ægyptios convocavit, eisque exposuit, simulacrum illud, quod tum colerent, ex ea pelvi, in quam prius et vomerent et mejerent, et in qua pedes lavarent, esse factum. Similis, inquit, mei, quæ pelvis ratio est. Si enim antehac de plebe fui, at nunc certe, inquit, rex sum vester. Atque iis, ut se et colerent, et vererentur, imperavit. Hac quidem ratione Ægyptios conciliavit, ut æquo animo servirtutem ferrent. » (5) Si falso hæc prodidit Herodotus, qualia utinam nulla essent apud eum auctorem, nihil est quod inde facessamus negotium nobilitati. Si vere, nec ex Amasis quidem unius simulatione et nefario in deos facinore aucupanda ratio, qua contemnamus nobilitatem. Imo per Jovem videtur ille nobilitatis defensor, qui contemptum docuerit Amasin a suis, quod illustri loco natus non esset : quin per simulationem nefariam modum quum invenit, qui se colendum exhiberet ob plebeios natales rex contemptus : satis indicavit, si adfuisset nobilitas, nihil opus fuisse vana ea seductione et comparatione ex pelvi ducta.

IV. Sed quando me quoque revocas ad exordia regnorum, et Deiocem Medum rursusque illum Herodotum

ὥσπερ ὀμφαλὸν τὸν σὸν ἐκεῖνον Ἡρόδοτον προβάλλεις, καὶ τὰ περὶ Δηϊόκην διαρρήδην ἐκδοθέντα διακρίνωμεν. Ἐκεῖνος γὰρ οὕτως·

2. « Ἀνὴρ ἐν τοῖσι Μήδοισι σοφὸς, τῷ οὔνομα ἦν Δηϊόκης, παῖς δ' ἦν Φραόρτεω· οὗτος ὁ Δηϊόκης ἐρασθεὶς τυραννίδος, ἐποίεε τάδε. Κατοικημένων τῶν Μήδων κατὰ κώμας, ἐν γῇ ἑωυτοῦ ἐὼν καὶ πρότερον δόκιμος, καὶ μᾶλλόν τε καὶ προθυμότερον δικαιοσύνην ἐπιθέμενος ἤσκεε· καὶ ταῦτα μέντοι, ἐούσης ἀνομίης πολλῆς ἀνὰ πᾶσαν τὴν Μηδικὴν, ἐποίει, ἐπιστάμενος ὅτι τῷ δικαίῳ τὸ ἄδικον πολέμιόν ἐστι. Οἱ δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς κώμης Μῆδοι ὁρῶντες αὐτοῦ τοὺς τρόπους, δικαστήν μιν ἑωυτῶν αἱρέοντο. Ὁ δὲ δὴ, οἷα μνεώμενος ἀρχὴν, ἰθύς τε καὶ δίκαιος ἦν, ποιέων τε ταῦτα, ἐπαινον εἶχε οὐκ ὀλίγον πρὸς τῶν πολιτέων, οὕτω ὥστε πυνθανόμενοι ἐν τῇσι ἄλλῃσι κώμῃσι, ὡς Δηϊόκης εἴη ἀνὴρ μοῦνος κατὰ τὸ ὀρθὸν δικάζων, πρότερον περιπίπτοντες ἀδίκοισι γνώμῃσι, τότε ἐπείτε ἤκουσαν, ἄσμενοι ἐφοίτεον παρὰ τὸν Δηϊόκεα, καὶ αὐτοὶ δικασόμενοι· τέλος δὲ οὐδενὶ ἄλλῳ ἐπετράποντο. Πλεῦνος δὲ ἀεὶ γινομένου τοῦ ἐπιφοιτέοντος, οἷα πυνθανομένων τὰς δίκας ἀποβαίνειν κατὰ τὸ ἐὸν, γνοὺς ὁ Δηϊόκης ἐς ἑωυτὸν πᾶν ἀνακείμενον, οὔτε κατίζειν ἔτι ἤθελε, ἐνθάπερ πρότερον προκατίζων ἐδίκαζε, οὔτ' ἔφη δικᾶν ἔτι· οὐ γάρ οἱ λυσιτελέειν τῶν ἑωυτοῦ ἐξημεληκότα τοῖσι πέλας δι' ἡμέρης δικάζειν. Ἐούσης οὖν ἁρπαγῆς καὶ ἀνομίης ἔτι πολλῷ μᾶλλον ἀνὰ τὰς κώμας ἢ πρότερον ἦν, συνελέχθησαν οἱ Μῆδοι ἐς τωὐτὸ, καὶ ἐδίδοσάν σφισι λόγον, λέγοντες περὶ τῶν κατηκόντων. Ὡς δ' ἐγὼ δοκέω, κάλλιστα ἔλεγον οἱ τοῦ Δηϊόκεω φίλοι· Οὐ γὰρ δὴ τρόπῳ τῷ παρέοντι χρεώμενοι δυνατοί ἐσμεν οἰκέειν τὴν χώρην, φέρε, στήσωμεν ἡμέων αὐτῶν βασιλέα, καὶ οὕτω ἥ τε χώρη εὐνομήσεται, καὶ αὐτοὶ πρὸς ἔργα τρεψόμεθα, οὐδὲ ὑπ' ἀνομίας ἀνάστατοι ἐσόμεθα. Ταῦτά κη λέγοντες πείθουσι ἑωυτοὺς βασιλεύεσθαι. Αὐτίκα δὲ προβαλλομένων ὅντινα στήσονται βασιλέα, ὁ Δηϊόκης ἦν πολλὸς ὑπὸ παντὸς ἀνδρὸς καὶ προβαλλόμενος καὶ αἰνεόμενος, ἐς ὃ τοῦτον καταινέουσι βασιλέα σφίσιν. »

3. Ἆρά τι διασύρει τῆς εὐγενείας ὁ σὸς ἐκεῖνος Δηϊόκης; ποία γὰρ τῇ εὐγενείᾳ τιμὴ μείζων ἢ ἀπὸ τοῦ περὶ τὴν ἐπιεικειαν ἐκείνου διαλογισμοῦ καὶ τὴν ἰσότητα καὶ τὴν δικαιοσύνην τὴν αὐτῆς ἀρχὴν ἀποκεῖθαι, ἵνα μή σε πείθω εἰς τοῦτό με προελθόντα, ὥστε τὴν ἀρετὴν (σὺν) μόνῃ καὶ γυμνῇ συγκρίνειν τῇ εὐγενείᾳ· οὐ γὰρ ἐκεῖνα ἀκούειν βούλομαι·

> Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεὺς,
> ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἀμείβε,
> χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

(4) Καίτοι ὁ τοῦ Ἡροδότου Δηϊόκης, ὁ ἐξ ἐπιεικείας χρηματίζων, εἰ πάντες διὰ τὴν τοῦ δικαίου ἐπιθυμίαν εἰς αὐτὸν βασιλείαν ἀναφέρουσι, τῇ μὲν βασιλείας, τῇ δὲ εὐγενείας ἑαυτὸν ἀξιώτατον ἀποδηλοῖ· ἔπειτα δὲ βασιλείαν κεκτημένος οὐκ ἐπὶ μικρὸν τὴν τοῦ δικαίου ὑπόκρισιν

veluti umbonem undique opponis, excutiamus quoque de Deioce illius scripta. Enimvero ille sic :

(2) « Vir erat apud Medos sapiens, cui nomen erat Deioces, Phraortei filius. Hic Deioces, quum tyrannidem affectaret, hæc gerebat. Quum Medi in vicis habitarent, apud suos cum antea in honore erat, tum studiose justitiam æquitatemque excolebat, eaque faciebat, quum magnæ injuriæ in agro Medorum magnaque vis oriretur, quod sciret, jus injustitiæ repugnare. Medi autem, qui eandem viciniam incolebant, perspecta Deiocis sapientia et justitia, ad eum de jure referebant. Is autem, qui imperium affectaret, æquum se præbuit, ex quo ab omnibus civibus magnam est laudem consecutus, ut in aliis vicis, quum Deiocem intelligerent unum esse, qui æquitatem in judicando servaret, ii, qui prius sententiis iniquis condemnarentur, ultro ad eum de controversiis suis et causis referrent : postremo eo uno erant contenti, nulli id permittentes. Ubi autem multitudo augebatur occurrentium, ex his qui rescissent æque ferri judicia, Deiocesque perspiceret, in se unum omnia devolvi, desiit eo loco sedere, quo jus prius dicebat, neque judicia facere voluit. Neque enim aiebat sibi esse utile, si integros dies, re familiari neglecta, terminandis litibus vacaret. Quum itaque patrarentur delicta, rapinæque passim per vicos impunitate majore etiam quam antea, accidit ut Medi, habito concilio, quo statu essent res communes, deliberarent. Mihi quidem videntur Deiocis amici præclarissima usi oratione : si hoc vitæ genus, viri Medi, semper sequamur, in hoc agro nostro diutius habitare non possumus. Itaque rex constituendus est nobis. Sic enim et ager æquitate constituetur, et ipsi nos ad opera conferemus, nec injuriis prememur. Medis, ut regi se subjiciant, hac persuadent oratione. Quumque statim deliberarent, quem tandem regem constituerent, Deioces quum ab omnibus laudatus et propositus esset, rex est constitutus. »

3. Enimvero Deioces ille tuus quid, quæso, nobilitati detrahit? quid enim nobilitati honorificentius, quam a divina illa æqui boni disceptatione, æquitatem justitiamque originem sumpsisse? Nolo enim eo me pervenisse putes, ut virtutem cum sola nudaque nobilitate conferam, ne illud jure audiam :

> Jupiter eripuit sensus de pectore Glauci,
> aurea Tydidæ qui amens mutaverit arma
> pro factis ex ære bovesque valentia centum
> illis quæ fuerant bobus pendenda novenis.

(4) Sed tamen Herodoti ille Deioces, qui jus ex æquo bono dicit, quum undique rapti æqui boni cupiditate ad eum omnes confluant, regnum etiam deferant, regno se dignissimum et nobilitate ostendit. Nec vero regnum adeptus temporariam ostendit fuisse simulationem justi æqui, qui

ὑπῆρξαι δείκνυσιν, ἐνδελεχῶς περὶ τὰ διαιτήματα σωφρονέστατος τυγχὼν, καὶ τῶν βιαίων καὶ ἀσελγῶν τὴν κόλασιν περὶ πολλοῦ ποιούμενος, τοσούτῳ ταῖς δίκαις ἐνδοξότερος, ὅσῳ πρὸς τὰ πρὶν διαφέρων ἦν βασιλεὺς ὤν.

V. Ἀλλὰ μὴν οὐκ ἔξαρνός εἰμι, τὴν εὐγένειαν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἀρχὴν εἰληφέναι, ὑπ' αὐτῆς ὑποστηρίζεσθαι, (ὑπ') ἐκείνης ἀκτῖσι γίνεσθαι λαμπράν· τὸ δ' αὐτὴν ἀτιμάζεσθαι, τοῦτ' ἐμοὶ πάνυ δυσχερές· ἀξιωτάτην δὲ παντὸς μετεωρισμοῦ διισχυρίσομαι. Ὅστις δὲ κτώμενος τυγχάνῃ τῇ προηγουμένῃ ἀρετῇ ἀκόλουθον εὐγένειαν, τοῦτον προτιμητέον τοῖς εὐγενείας στερηθεῖσιν ἐπαγγελοῦμαι. Ὡς δὲ μὴ διελέγχωμαι τῇ ὁμωνυμίᾳ, τὴν εὐγένειαν καλῶ, ἐπαινῶ, καὶ ταύτης ἀπολογίας ἀξιῶ τὴν τοῦ γένους λεγομένην ἀρετὴν, τὴν ὡς διὰ βημάτων παρὰ προγόνων καὶ τῶν πάππων καὶ τῶν προπάππων μνήμην ἐν ἡμῖν ἀνανεάζουσαν, καὶ ἡμᾶς ἐν ἐκείνων ὀνόμασι καὶ γνωρίμους καὶ εὐσήμους ποιοῦσαν. (2) Ἀρέσκει δὲ καὶ τὸ Σαπφοῦς τούτοις προσάπτειν·

Ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετᾶς οὐκ ἀσινὴς πάροικος,
ἁ δ' ἐξ ἀμφοτέρων κρᾶσις εὐδαιμονίας ἔχει ἄκρον.

Τί ἄρα, φήσεις, αὐτὸς προΐστασαι τῆς ἀπ' ἀρετῆς σοι τυχούσης εὐγενείας; ἐὰν γὰρ ὑπὲρ αὐτῆς μὴ λόγους ποιήσῃς, λήγοις ἂν ὧν ὅπερ ἦσαν οἱ πρόγονοι. Ὅστις γὰρ ἀντιλαμβάνει τῆς ἀπὸ τῶν ἐκγόνων λειφθείσης εὐγενείας, οὗτος διὰ πολλῆς αἰτίας γενναῖος δύναται καλεῖσθαι· εἰ δὲ μή, ἀλλ' οὐκ εὐθὺς διὰ ταῦτα προσκρούεσθαι δεῖ, οὐ δῆτα μᾶλλον, ἢ μουσικὴ, γεωμετρία, πολιτικὴ, ἰατρεία, στρατηγία, ἐὰν τύχωσιν εἰς φλαῦρον ἄνθρωπον πεπτωκυῖαι. (3) Οὕτως ὁρᾷς ὡς οὐκ ἔστιν ὅπως ἡμᾶς ἐπὶ πλείω καταστρεβλῶμεν ἐπιπόνως ἐξετάζοντες, διὰ τί τὴν εὐγένειαν ἐκ τῶν παλαιῶν χρημάτων τε καὶ ἀρετῆς διαμετροῦμεν.

VI. Οὐδὲ μὴν οὐδ' αὐτὸς Ἀριστοτέλης, ὃν ὥσπερ Διώκοντα τουτονὶ τὸν ἀγῶνα προσκαλεῖτε, οὕτως εὐγενείας ἀνισόρροπος διαιτητής ἐστιν, ὥσθ' ὑμῖν συμφωνεῖσθαι. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς Πολιτικοῖς ἄλλως τε ἄλλο ζητοῦντος ἐκεῖ γνώμη σχεδὸν αὕτη.

[2. « Ὅτι μέν τοίνυν εἰσὶ φύσει τινὲς, οἱ μὲν ἐλεύθεροι, οἱ δὲ δοῦλοι, φανερὸν, οἷς καὶ συμφέρει τὸ δουλεύειν καὶ δίκαιόν ἐστι. Ὅτι δὲ καὶ οἱ τἀναντία φάσκοντες τρόπον τινὰ λέγουσιν ὀρθῶς, οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν. Διχῶς γὰρ λέγεται τὸ δουλεύειν, καὶ ὁ δοῦλος· ἔστι γάρ τις κατὰ νόμον δοῦλος, καὶ δουλεύων. Ὁ γὰρ νόμος ὁμολογία τίς ἐστιν, ἐν ᾧ τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναί φασι. Τοῦτο δὴ τὸ δίκαιον πολλοὶ τῶν ἐν τοῖς νόμοις, ὥσπερ ῥήτορα, γράφονται παρανόμων, ὡς δεινὸν εἰ τοῦ βιάσασθαι δυναμένου, καὶ κατὰ δύναμιν κρείττονος, ἔσται δοῦλον καὶ ἀρχόμενον τὸ βιασθέν. Καὶ τοῖς μὲν οὕτω δοκεῖ· τοῖς δὲ ἐκείνως, καὶ τῶν σοφῶν. Αἴτιον δὲ ταύτης τῆς ἀμφισβητήσεως, καὶ ὃ ποιεῖ τοὺς λόγους ἐπαλλάττειν, ὅτι τρόπον τινὰ ἀρετὴ τυγχάνουσα χορηγίας, καὶ βιάζεσθαι δύναται μάλιστα· καὶ ἔστιν ἀεὶ τὸ κρατοῦν ἐν ὑπεροχῇ ἀγαθοῦ τινος· ὥστε δοκεῖν μὴ ἄνευ ἀρετῆς εἶναι τὴν βίαν, ἀλλὰ

jus quoque semper dixerit moderatissime, violentosque et sceleratos coercuerit, quum judicia exerceret; regnum etiam adeptus majore auctoritate.

V. Nec negabo, nobilitatem generis initia duxisse a virtute, eadem fulciri, ejusdem radiis illustrari. Nihili autem eam fieri moleste feram, quin potius dignissimam esse, quæ extollatur, contendam, quique virtuti duci comitem nobilitatem adjunctam possederit, jure præferri his, qui nobilitate generis destituuntur, profitebor. Ne me autem circumvenias verbi ambiguitate, nobilitatem eam laudo, eam orno, quæ virtus dicitur generis, quæ a majoribus veluti per gradus ad nos delata, et avos proavosque nobis in memoriam revocat, et nos, excitato eorum nomine, iis satos, notos illustresque reddit. (2) Non enim displicet Sapphus versus, si hic [huc?] detorqueamus :

Opes citra virtutis eximium decus
domum male incolunt : sin has commisceas,
felicitas hinc summa belle nascitur.

Quin igitur, ais, tueris ipse virtute tibi partam nobilitatem? nisi enim tueare, desinis id esse, quod posteri fuere. Enimvero qui tuetur relictam a posteris [*imo* parentibus, γονέων] gloriam et virtutem, ipse quidem multis nominibus generosus dici potest : si non tuetur, non ideo incessenda abigendaque nobilitas : non minus hercule, quam musica, aut geometria, aut jus civile, aut medicina, aut ars militaris, si inciderint in nequam hominem. (3) Ita vides, diutius non esse, quod nos torqueamus, dum anxie disquirimus, cur ex antiquis opibus, aut virtute antiqua nobilitatem metiamur.

VI. Neque vero, quem subinde ad has partes vocatis, Aristoteles tam iniquus æstimator fuit nobilitatis, quam illum facitis. Nam ejus quidem hæc propemodum sententia est in libris de Republica, tametsi aliud quærens eo loco incidat in hanc nobilitatis quæstionem :

2. « Ostendimus, alios ad libertatem, ad servitutem alios institui a natura : et illis quidem imperare, his obsequi, et par esse, et ad felicitatem humanam pertinere. Quod autem ii qui in diversa abeunt, et omnem servitutem indignam putant, non omnino absurda sentiant, hinc facile colligi potest : nam bifariam servum ac servitutem definimus, lege scilicet ac natura. Est autem lex gentium consensus, quo ita ab omnibus sancitum est, ut, quæ bello capta sunt, ea cedant victoris mancipio. Hoc jus plerique legumlatores iniquæ rogationis accusant, indignum putantes, aliquem victum ac subactum in servitutem ejus abire, qui viribus præstet, et vim afferre possit. Quæ sententia a multis sapientum asserta est, a multis item explosa. Hujus variationis causa est, quod virtus nixa potentia plurimum pollet, et quodammodo in reluctantes manum potest injicere. Quicquid enim fortius ac præstantius est, id alicujus boni prærogativa videtur excellere. Hinc late illa pervasit opinio, vim non longe abesse a virtute.

περὶ τοῦ δικαίου μόνον εἶναι τὴν ἀμφισβήτησιν. Διὰ γὰρ τοῦτο τοῖς μὲν εὔνοια δοκεῖ τὸ δίκαιον εἶναι, τοῖς δ' αὐτὸ τοῦτο δίκαιον, τὸ τὸν κρείττονα ἄρχειν, ἐπεὶ διαστάντων γε χωρὶς τούτων τῶν λόγων, οὔτ' ἰσχυρὸν οὐδὲν ἔχουσιν οὔτε πιθανὸν ἄτεροι λόγοι, ὡς οὐ δεῖ τὸ βέλτιον κατ' ἀρετὴν ἄρχειν καὶ δεσπόζειν. Ὅλως δ' ἀντεχόμενοί τινες, ὡς οἴονται, δικαίου τινός (ὁ γὰρ νόμος δίκαιόν τι), τὴν κατὰ πόλεμον δουλείαν τιθέασι δικαίαν· ἅμα δ' οὐ φασί· τήν τε γὰρ ἀρχὴν ἐνδέχεται μὴ δικαίαν εἶναι τῶν πολέμων, καὶ τὸν ἀνάξιον δουλεύειν οὐδαμῶς ἂν φαίη τις δοῦλον εἶναι· εἰ δὲ μή, συμβήσεται τοὺς εὐγενεστάτους εἶναι δοκοῦντας, δούλους εἶναι, καὶ ἐκ δούλων, ἐὰν συμβῇ πραθῆναι ληφθέντας. Διόπερ αὐτοὺς οὐ βούλονται λέγειν δούλους, ἀλλὰ τοὺς βαρβάρους. Καίτοι ὅταν τοῦτο λέγωσιν, οὐδὲν ἄλλο ζητοῦσιν ἢ τὸ φύσει δοῦλον, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς εἴπομεν· ἀνάγκη γὰρ εἶναί τινας φάναι, τοὺς μὲν πανταχοῦ δούλους, τοὺς δ' οὐδαμοῦ. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ εὐγενείας· αὐτοὺς μὲν γὰρ οὐ μόνον παρ' αὑτοῖς εὐγενεῖς, ἀλλὰ πανταχοῦ νομίζουσιν· τοὺς δὲ βαρβάρους οἴκοι μόνον, ὡς ὅν τι τὸ μὲν ἁπλῶς εὐγενὲς καὶ ἐλεύθερον, τὸ δ' οὐχ ἁπλῶς· ὥσπερ καὶ ἡ Θεοδέκτου Ἑλένη φησί·

> Θείων δ' ἀπ' ἀμφοῖν ἔκγονον ῥιζωμάτων
> τις ἂν προσειπεῖν ἀξιώσειεν λάτριν;

Ὅταν δὲ τοῦτο λέγωσιν, οὐθενὶ ἀλλ' ἢ ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διορίζουσι τὸ δοῦλον καὶ ἐλεύθερον, καὶ τοὺς εὐγενεῖς καὶ τοὺς δυσγενεῖς. Ἀξιοῦσι γάρ, ὥσπερ ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπον, καὶ ἐκ θηρίων γένεσθαι θηρίον, οὕτω καὶ ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθόν· ἡ δὲ φύσις βούλεται μὲν τοῦτο ποιεῖν πολλάκις, οὐ μέντοι δύναται. »]

VII. Τοσοῦτον δεῖ παρ' αὐτῷ τὴν εὐγένειαν διασύρεσθαι, ὥστε εἰς ἄκραν τιμὴν προφερομένη ἐοικέναι. Πρῶτον μὲν ὅταν δηλοῖ, μὴ δίκαιον εἶναι, ἐὰν εὐγενέστατοι καὶ γενναιότατοι καὶ ἐνδοξότατοι ἀξιούμενοι, [ἂν] αἰχμάλωτοι γένωνται, δοῦλοι ὦσι, καὶ ἐν ἀνοράποδον ἔχωνται λόγῳ. Καὶ γὰρ οὐκ εἰκότως ἐνδέχεται δοῦλος γίνεσθαι ὁ εὐγενέστατος ἁλοὺς ἐν πολέμῳ. Ὁ τοῦτο μὴ δίκαιον εἶναι φάσκων, τὴν εὐγένειαν οὐκ ἐξαυρίττει· ἔπειτα δὲ διαιρῶν τοὺς εὐγενεῖς κατὰ διαφοράς, καὶ μὴ δοκιμάζων τοὺς βαρβάρους οὐ συγχωροῦντας ἄλλην ἢ τὴν οἰκοθεν εὐγένειαν. (2) Ἡ δὲ τοῦ Θεοδέκτου Ἑλένη ὅλῳ τῷ σωρῷ διακοσμεῖ τὴν εὐγένειαν, ὡς ὄντως ἐνδοξοτάτην ἀνέκαθεν ἀπ' εὐγενῶν ὑπάρχουσαν. Ἀμωσγέπως καὶ ὁ Ἑρμόδωρος ἀδικον ἀμφισβήτησιν ἀνατελλομένην φησὶν, οὔτε δικαίᾳ κρίσει οὔθ' ὅπλοις τέλους τετυχυῖαν, παρ' ἐκείνοις ἀδελφοῖς, ὧν ἕτερος μὲν ἀπὸ πατρὸς, ἕτερος δὲ ἀπὸ μητρὸς προσεποίει τὴν εὐγένειαν. (3) Τελευταῖος δὲ ἅλις δηλοῖ, ὡς οὐκ ἀποδεχόμενος τὸν λόγον τὸν ταῖς ἀρεταῖς καὶ κακίαις τὴν εὐγένειαν καὶ τὴν τοῦ γένους ἀμαυρότητα διορίζοντα, ὅτι πέφυκε μὲν ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου, τοὺς δ' ὅμως διακρίνεσθαι. Εἰ δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἄνθρωποι φυόμενοι διὰ τοῦτο ἰσότιμοι καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἀριθμῷ καταλεκτέοι, οὐδ' ὁ ἐξοχώτατος ἀρετῇ ἀπὸ τοῦ

Sed in hoc uno quæstionis nodus versatur, quod justum alii putant, benevolentia sibi imperium parare, alii contra malunt cum, qui viribus præstat, vim ac dominatum exercere. Verum inter dissidentes sententias animadvertendum est, qui negant virtutem priorem præsidere ac dominari debere, nihil afferre se dignum, aut quod facile aliis possit persuaderi, etsi ipsi sibi videantur nonnihil affine justitiæ in medium afferre. Siquidem lex quid justum et dicitur et putatur : lege autem introducta est servitus, qua bello capta corpora victori cedunt. Hanc itaque servitutem justam arbitrantur. Sed enim justam et injustam fateantur, necesse est. Justam quidem, ut proposito serviant : injustam, si bellum injustum, et ex iniquis causis susceptum fuisse convincatur. Præterea, quis tam amens, qui ingenuum, et servitute prorsus indignum, servum dixerit? Sic enim et clarissimis ortos natalibus servos esse contingat. Quin et ex servitute in servitutem relabi, si aut rursus capiantur, aut captivi jure belli veneant. Licet ii, ut suam tueantur sententiam, hujus fortunæ homines non servos, sed barbaros vocent. Sed [si] hoc ferunt, invitu superiorem illam sententiam asserunt, de qua diximus, non alios esse servos, quam eos, quibus servitutem natura ingenuit, alioqui nulli omnino sunt servi. Hos autem ubique et perpetuo servos esse fateri oportet : illos autem nusquam et nunquam. Eadem ferme de nobilitate sentiunt : quosdam scilicet esse nobiles, non domi tantum, et quando suæ spontis sunt : sed ubique, etiamsi per injuriam fortunæ in servitutem cadant. At barbaros domi tantum esse nobiles. Ceu vero quædam sit simplex et absoluta servitus, quædam conditione præfinita. Ad quod Helena apud Theodectem videtur allusisse :

> Prognatam utrinque me deorum sanguine
> quis, oro, servam jure nuncupaverit?

Ceterum hujus sententiæ assertores servum ac liberum, nobilem et ignobilem, non aliter videntur quam vitio et virtute definire : existimantes, sic e bonis bonos, ex ingenuis ingenuos nasci, veluti ex homine homines, ex feris feræ generarentur. Quod sane perpetuum est naturæ institutum, verum quod non semper ad exitum potest perducere. »

VII. Tantum abest ut nobilitati eo loco detraxerit Aristoteles, ut eam extulisse videatur. Primum dum ostendit, iniquum esse, si ita accidat, ut optime nati et animi summe generosi existimationem adepti, ac nobiles, si forte capti veneant, servi sint, atque numero mancipiorum teneantur. Hoc quidem si indignum, ut nobilissimus vir oppressus bello aut vi serviat; qui indignum esse ait, non explodit nobilitatem; deinde (*imo* nec) dum et distinctionem refert nobilium, et qui barbaris non alibi quam nobilitatem domi concedunt, haud satis probat. (2) Quin Theodectis Helena cumulo omni nobilitatem ornat, *ut* utrimque quum fuerit parens nobilissimus, vere nobilissimam vocet. Siquidem et Hermodorus iniquam controversiam natam ait, neque vero judicio æquo, ac ne armis quidem satis finitam, fratrum eorum, quorum alter paternam, alter maternam nobilitatem præferebat. (3) Denique satis ostendit, non satis se eorum probare orationem, qui non alia quidem re, quam virtute et vitio nobilem et obscuro loco natum definiant. Ex hominibus enim homo quamvis prodeat natura, tamen hos discerni. Alioqui si ex hominibus prodeuntes eodem loco, eodem numero habendi, nec virtute quidem excellentissimus a

κακίστου καὶ ἀσελγεστάτου διαφέρων ἂν ἦν. Τοῦτο γὰρ ἡ φύσις θαμὰ ἀποδοῦναι ἐπιθυμεῖ, θαμὰ δὲ ἐμποδίζεται ἀποτυγχάνουσα τῆς ἀποτελειώσεως. (4) Τί δὲ χρὴ ἐξ Ἀριστοτέλους συνειλεγμένα μαρτύρια κατὰ τῆς εὐγενείας προφέρειν; ἐκεῖνον γὰρ ὁρῶμεν ἐν ἐκδεδομένῳ Περὶ Εὐγενείας βιβλίῳ καὶ ἐν τοῖς ἐπαινετοῖς διακεκοσμηκότα καὶ ἐν τῶν ἀγαθῶν λόγῳ διηριθμηκότα.

VIII. Πάλιν ἐπειδὴ μᾶλλον ἐνστὰς προβάλλεις τὸν αὐτὸν Ἀριστοτέλη, φέρε, ἐξετάζωμεν, πρότερον ἐκεῖνος τοσοῦτον προὐπηλάκισε τὴν εὐγένειαν, ὅσον σὺ βρενθύῃ. Οὕτως γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς αὐτὸς ἄλλοθι·

[2. « Ἴσως γὰρ ἂν φαίη τις, κατὰ παντὸς ὑπεροχὴν ἀγαθοῦ δεῖν ἀνίσως νενεμῆσθαι τὰς ἀρχάς, εἰ πάντα τὰ λοιπὰ μηδὲν διαφέροιεν, ἀλλ' ὅμοιοι τυγχάνοιεν ὄντες· τοῖς γὰρ διαφέρουσιν ἕτερον εἶναι τὸ δίκαιον, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν. Ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο ἀληθὲς, ἔσται καὶ κατὰ χρῶμα καὶ κατὰ μέγεθος καὶ καθ' ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν πλεονεξία τις τῶν πολιτικῶν δικαίων τοῖς ὑπερέχουσιν. Ἡ τοῦτο ἐπιπόλαιον τὸ ψεῦδος; φανερὸν δ' ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν καὶ δυνάμεων· τῶν γὰρ ὁμοίων αὐλητῶν τὴν τέχνην οὐ δοτέον πλεονεξίαν τῶν αὐλῶν τοῖς εὐγενεστέροις· οὐδὲν γὰρ αὐλήσουσι βέλτιον· δεῖ δὲ τῷ κατὰ τὸ ἔργον ὑπερέχοντι διδόναι καὶ τῶν ὀργάνων τὴν ὑπεροχήν. Εἰ δὲ μήπω δῆλον τὸ λεγόμενον, ἔτι μᾶλλον αὐτὸ προαγαγοῦσιν ἔσται φανερόν. Εἰ γὰρ εἴη τις ὑπερέχων μὲν κατὰ τὴν αὐλητικὴν, πολὺ δ' ἐλλείπων κατ' εὐγένειαν ἢ κάλλος, εἰ καὶ μεῖζον ἕκαστον ἐκείνων ἀγαθόν ἐστι τῆς αὐλητικῆς (λέγω δὲ τήν τ' εὐγένειαν καὶ τὸ κάλλος), καὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ὑπερέχουσι πλέον τῆς αὐλητικῆς, ἢ ἐκεῖνος κατὰ τὴν αὐλητικὴν, ὅμως τούτῳ δοτέον τοὺς διαφέροντας τῶν αὐλῶν· δεῖ γὰρ εἰς τὸ ἔργον συμβάλλεσθαι τὴν ὑπεροχὴν καὶ τοῦ πλούτου καὶ τῆς εὐγενείας· συμβάλλονται δὲ οὐδέν. Ἔτι κατά γε τοῦτον τὸν λόγον πᾶν ἀγαθὸν πρὸς πᾶν ἂν εἴη συμβλητόν. Εἰ γὰρ μᾶλλον τὸ τι μέγεθος, καὶ ὅλως ἂν τὸ μέγεθος ἐναμιλλον εἴη καὶ πρὸς πλοῦτον καὶ πρὸς ἐλευθερίαν· ὥστ' εἰ πλέον ὁδὶ διαφέρει κατὰ μέγεθος, ἢ ὁδὶ κατ' ἀρετὴν, καὶ πλέον ὑπερέχει ὅλως ἀρετῆς μέγεθος, εἴη ἂν συμβλητὰ πάντα· τοσόνδε γὰρ μέγεθος εἰ κρεῖττον τοσοῦδε, τοσόνδε δῆλον ὡς ἴσον. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, δῆλον ὡς καὶ ἐπὶ τῶν πολιτικῶν εὐλόγως οὐ κατὰ πᾶσαν ἀνισότητα ἀμφισβητοῦσι τῶν ἀρχῶν. Εἰ γὰρ οἱ μὲν βραδεῖς, οἱ δὲ ταχεῖς, οὐδὲν διὰ τοῦτο δεῖ τοὺς μὲν πλείον, τοὺς δ' ἔλαττον ἔχειν. Ἀλλ' ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἡ τούτων διαφορὰ λαμβάνει τὴν τιμήν· ἀλλ' ἐξ ὧν πόλις συνέστηκεν, ἐν τούτοις ἀναγκαῖον ποιεῖσθαι τὴν ἀμφισβήτησιν. Διόπερ εὐλόγως ἀντιποιοῦνται τῆς τιμῆς οἱ εὐγενεῖς καὶ ἐλεύθεροι καὶ πλούσιοι. Δεῖ γὰρ ἐλευθέρους τ' εἶναι καὶ τίμημα φέρυντας· οὐ γὰρ ἂν εἴη πόλις ἐξ ἀπόρων πάντων, ὥσπερ οὐδ' ἐκ δούλων. Ἀλλὰ μὴν εἰ δεῖ τούτων, δῆλον ὅτι καὶ δικαιοσύνης, καὶ τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς· οὐδὲ γὰρ ἄνευ τούτων οἰκεῖσθαι πόλιν δυνατόν· πλὴν ἄνευ μὲν τῶν προτέρων

sceleratissimo et improbissimo differret. Sed certe, ait, frequenter natura cupit, sed enim perficere non potest. (4) Quid autem prodest corrogata ex Aristotele testimonia in nobilitatem proferre, quem libro edito de Nobilitate, nobilitatem laudasse ornasseque aperte videamus, bonisque adnumerasse?

VIII. Rursus autem quando urges opponisque eundem Aristotelem; age vero exquiramus, an tantum labis ille nobilitati asperserit, quantum ipse jactitas. Sic enim ille iisdem in libris alio loco:

2. « Dicat forsitan aliquis, propter cujuscumque boni præstantiam, etiamsi reliquis in rebus omnibus nullum sit discrimen, nec sint inter se dissimiles, tamen oportere esse inæquabilem magistratuum distributionem. Differentibus enim aliud diversumque jus esse, pro cujusque eorum, quibus reddendum est, dignitate. Atqui si istud verum est, iis, qui colore et magnitudine, et quovis alio bono vincent, melior erit conditio, parsque major earum rerum, quæ distribuentur in civitate. An hoc vitium falsi non abditum est, sed apparet in summo? Perspicuum enim in aliis scientiis et facultatibus. Nam si tibicines arte similes sunt, nobilioribus genere danda non est amplior tibiarum conditio, nihilo enim doctius inflabunt tibias: sed ei, qui munere canendi ceteris præstat, major est instrumentorum exhibendus honos. Si, quod dicitur a nobis, nondum perspicuum, id postea longius progredientibus dilucidum erit. Si quis excelleret arte tibiarum, multoque inferior esset nobilitate vel pulchritudine, etsi utrumque bonum, nobilitatem dico et pulchritudinem, majus est, quam ars tibiarum, et id ex proportione et comparatione, multo magis tibicinum artem, quam tibicen ille canendi præstantia reliquos superat, tamen illi dandæ, quæ excellunt, tibiæ. Nam quod plus est divitiarum nobilitatisque, eo pertinere debet, ut ratio canendi sit perfectior: at neutra res eo pertinet. Deinde hac ratione omne bonum cum omni bono esset conferendum. Etenim si qua magnitudo ut corporis excelleret, omnino magnitudo cum divitiis atque libertate quadam æmulatione certaret. Et ita si plus haberet hic virtutis, minus ille, et major esset hujus virtute illius magnitudo, conferenda essent omnia. Si enim tanta magnitudo, quanta est in uno, superat tantum virtutis, quantum in altero est; perspicuum est, eundem modum magnitudinis et virtutis æquabilem esse. Quum autem istud esse non possit, manifestum est in rebus civilibus non propter omnem inæquabilitatem, de magistratibus cives contendere. Nam si alii tardi sunt, alii celeres, non idcirco par est, ut hi plus, illi minus accipiant civilium bonorum: sed in gymnicis certaminibus illorum contentio pretium aufert. At ex quibus constat civitas, in iis controversiam oboriri necesse est. Est igitur, cur nobiles, et liberi, et divites de honore contendant. Cives enim liberos esse, et ex censu in ærarium pecuniam ferre oportet. Non enim si pauperes tenuesque sint omnes, aut servi, constet civitas. Atqui si his opus est, non est dubium quin et justitia atque bellica virtute sit opus, propterea quod fieri non potest, ut illa si desint, habitetur retineaturque civitas. Veruntа-

5.

ἀδύνατον εἶναι πόλιν, ἄνευ δὲ τούτων οἰκεῖσθαι καλῶς. Πρὸς μὲν οὖν τὸ πόλιν εἶναι, δόξειεν ἂν ἢ πάντα, ἢ ἐνιά γε τούτων, ὀρθῶς ἀμφισβητεῖν· πρὸς μέντοι ζωὴν ἀγαθὴν ἡ παιδεία καὶ ἡ ἀρετὴ μάλιστα δικαίως ἂν ἀμφισβητοίησαν, καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον. Ἐπεὶ δὲ οὔτε πάντων ἴσον ἔχειν δεῖ τοὺς ἴσους ἔν τι μόνον ὄντας, οὔτε ἄνισον τοὺς ἀνίσους καθ' ἕν· ἀνάγκη πάσας εἶναι τὰς τοιαύτας πολιτείας παρεκβάσεις. Εἴρηται μὲν οὖν καὶ πρότερον, ὅτι διαμφισβητοῦσι τρόπον τινὰ δικαίως πάντες, ἁπλῶς δ' οὐ πάντες δικαίως· οἱ πλούσιοι μὲν, ὅτι πλεῖον μέτεστι τῆς χώρας αὐτοῖς, ἡ δὲ χώρα κοινόν· ἔτι πρὸς τὰ συμβόλαια πιστοὶ μᾶλλον ὡς ἐπὶ τὸ πλέον· οἱ δὲ ἐλεύθεροι καὶ εὐγενεῖς, ὡς ἐγγὺς ἀλλήλων· πολῖται γὰρ μᾶλλον οἱ γενναιότεροι τῶν ἀγεννῶν· ἡ δ' εὐγένεια παρ' ἑκάστοις οἰκοι τίμιος· ἔτι ὁπότι βελτίους εἰκὸς τοὺς ἐκ βελτιόνων· εὐγένεια γάρ ἐστιν ἀρετὴ γένους. Ὁμοίως δὴ φήσομεν δικαίως καὶ τὴν ἀρετὴν ἀμφισβητεῖν· κοινωνικὴν γὰρ ἀρετὴν εἶναί φαμεν τὴν δικαιοσύνην, ἧς πάσας ἀναγκαῖον ἀκολουθεῖν τὰς ἄλλας. Ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ πλείους πρὸς τοὺς ἐλάττους· καὶ γὰρ πλείους καὶ κρείττους καὶ πλουσιώτεροι καὶ βελτίους εἰσὶν, ὡς λαμβανομένων τῶν πλειόνων πρὸς τοὺς ἐλάττους. Ἆρ' οὖν εἰ πάντες εἶεν ἐν μιᾷ πόλει (λέγω δ' οἷον οἵ τ' ἀγαθοὶ καὶ οἱ πλούσιοι καὶ εὐγενεῖς, ἔτι δὲ πλῆθος ἄλλο τι πολιτικόν), πότερον ἀμφισβήτησις ἔσται, τίνας ἄρχειν δεῖ, ἢ οὐκ ἔσται; Καθ' ἑκάστην μὲν οὖν πολιτείαν τῶν εἰρημένων ἀναμφισβήτητος ἡ κρίσις, τίνας ἄρχειν δεῖ· τοῖς γὰρ κυρίοις διαφέρουσιν ἀλλήλων, οἷον ἡ μὲν τῷ διὰ πλουσίων, ἡ δὲ τῷ διὰ τῶν σπουδαίων ἀνδρῶν εἶναι, καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστη τὸν αὐτὸν τρόπον. Ἀλλ' ὅμως σκοπῶμεν, ὅταν περὶ τὸν αὐτὸν ταῦθ' ὑπάρχῃ χρόνον, πῶς διοριστέον. Εἰ δὴ τὸν ἀριθμὸν εἶεν ὀλίγοι πάμπαν οἱ τὴν ἀρετὴν ἔχοντες, τίνα δεῖ διελεῖν τὸν τρόπον; ἢ τὸ ὀλίγοι πρὸς τὸ ἔργον δεῖ σκοπεῖν, εἰ δυνατοὶ διοικεῖν τὴν πόλιν; ἢ τοσοῦτοι τὸ πλῆθος, ὥστ' εἶναι πόλιν ἐξ αὐτῶν; Ἔστι δὲ ἀπορία τις πρὸς ἅπαντας τοὺς διαμφισβητοῦντας περὶ τῶν πολιτικῶν τιμῶν. Δόξαιεν γὰρ οὐδὲν λέγειν δίκαιον οἱ διὰ τὸν πλοῦτον ἀξιοῦντες ἄρχειν· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ κατὰ γένος. Δῆλον γὰρ ὡς εἴ τις πάλιν εἷς πλουσιώτερος ἁπάντων ἐστὶ, δῆλον ὅτι κατὰ τὸ αὐτὸ δίκαιον τοῦτον ἄρχειν τὸν ἕνα ἁπάντων δεήσει· ὁμοίως δὲ καὶ τὸν εὐγενείᾳ διαφέροντα, τῶν ἀμφισβητούντων δι' ἐλευθερίαν. Ταυτὸ δὲ τοῦτο ἴσως συμβήσεται καὶ περὶ τὰς ἀριστοκρατίας ἐπὶ τῆς ἀρετῆς. Εἰ γάρ τις εἷς ἀμείνων ἀνὴρ εἴη ἁπάντων τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι σπουδαίων ὄντων, τοῦτον εἶναι δεῖ κύριον κατὰ ταυτὸ δίκαιον. Οὐκοῦν εἰ καὶ τὸ πλῆθος εἶναί γε δεῖ κύριον, διότι κρείττους εἰσὶ τῶν ὀλίγων· κἂν εἷς, ἢ πλείους μὲν τοῦ ἑνὸς, ἐλάττους δὲ τῶν πολλῶν, κρείττους ὦσι τῶν ἄλλων, τούτους ἂν δέοι κυρίους εἶναι μᾶλλον ἢ τὸ πλῆθος. Πάντα δὴ ταῦτ' ἔοικε φανερὸν ποιεῖν, ὅτι τούτων τῶν ὅρων οὐδεὶς ὀρθός ἐστι, καθ' ὃν ἀξιοῦσιν αὐτοὶ μὲν ἄρχειν, τοὺς δ' ἄλλους ὑπὸ

men sine prioribus civitas esse, sine his pulchre frequentari non potest. Ut sit igitur civitas, aut hæc omnia, aut aliqua non injuria de bono majore contendunt. Ut autem bene vivatur, disciplina virtusque, quemadmodum prius est dictum, optimo jure de ampliore præmio certare possit. Quod igitur nec ex omnibus æquabilem capere partem debent ii, qui tantum in una aliqua re sunt pares, nec inæquabilem, qui in uno sunt impares, necesse est, eas respublicas, in quibus inest hoc mali, a recta via deflectere. Sed et antea diximus, cives omnes jure quodammodo de commodis, quæ ex civitate percipiuntur, contendere, absoluto jure et simplici, non omnes. Divites quidem se dignos honore arbitrantur, quoniam illis est plus loci. Locus autem commune quiddam : præterea in pactis conventis sæpius plus illorum fidei committitur. Quæstionem afferunt etiam liberi et nobiles, quasi ad eandem prope dignitatem accedant. Potius quidem cives habendi genere illustriores, quam obscuro loco nati. Nobilitati quisque domi exhibet honorem, quia verisimile est, ex melioribus prodire meliores. Nobilitas autem virtus generis est. Non aliter quoque dicemus et virtutem de principatu jure contendere. Nam virtutem, qua societas humana continetur, dicimus esse justitiam, quam aliæ necessario comitantur omnes. Sed etiam plures cives, si cum paucioribus conferuntur, videntur esse præponendi : etenim potentiores et ditiores melioresque sunt, quandoquidem plures cum paucioribus comparantur. An igitur, si in una civitate essent omnes (dico bonos et divites et nobiles, et aliam præterea civium multitudinem), an, inquam, si una essent, ambigitur, quos oporteat imperare, an vero dubium non erit? Certe in omni republica, de qua mentionem fecimus, ambiguum judicium non est, quibus imperandi munus incumbat. Hæc ab illa differt imperantium discrimine, ut hæc, quod divitum imperio constet, illa, quod virorum bonorum, et eodem modo unaquæque reliquarum. Veruntamen si uno et eodem tempore insint hæc ordinum genera, quærunt, quonam pacto sit explicanda dirimendaque controversia, et cui imperium deferendum. Quodsi omnino pauci numero sunt ii, quibus est virtus, qui erit modus explicandæ controversiæ? an paucitas cum munere et onere imperandi conferenda? possintne pauci administrare civitatem, an tot numero præficiendi, ut ex illis efficiatur civitas? Atque etiam dubitationis affertur aliquid in eos omnes, qui de civitatis honoribus certant. Nam qui divitiis itemque genere freti se dignos arbitrantur imperio, nullo jure suam causam defendere videntur : quia si quis unus rursus omnium ditissimus est, unum ceteris omnibus præesse debere eodem jure aperte ostenditur. Eodem modo si quis nobilitate excelleret, unus imperaret omnibus iis, qui libertate freti de imperio contendunt. Sed et civitatibus, quibus optimi præsunt, similis forsan orietur de virtute contentio. Nam si quis unus vir melior esset aliis, qui probi in administratione reipublicæ versantur, eodem jure ceteris eum præesse oporteret. Quum igitur multitudo, quia paucis est potentior, imperare debeat : si unus aut uno plures, sed multitudine pauciores, reliquis essent potentiores, illi potius, quam multitudo, summæ rerum præessent. Sane hæc omnia planum facere videntur, nullum ex his recte præscriptum esse finem, propter quem isti volunt imperare, et alios omnes a se regi. Certe

σφῶν ἄρχεσθαι πάντας. Καὶ γὰρ δὴ καὶ πρὸς τοὺς κατ' ἀρετὴν ἀξιοῦντας κυρίους εἶναι τοῦ πολιτεύματος, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς κατὰ πλοῦτον, ἔχοιεν ἂν λέγειν τὰ πλήθη λόγον τινὰ δίκαιον. »]

IX. Ἐν τούτοις Ἀριστοτέλης οὐ μόνον οὐ διέβαλε τὴν εὐγένειαν, ἀλλὰ καὶ ἐπῄνεσε. Τῶν καλῶν εἶναί φησι τὴν εὐγένειαν, αὐτὴν δὲ καίπερ οὐκ ἀεὶ προτιμᾷ, καὶ ὅλως οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ τῇ ἀρετῇ, μόνον δηλοῖ, ὅτι οὐκ ἀποδέχεται τὸ ἄτοπον ἐκεῖνο, κατ' ἐξοχήν, καίπερ ἐν ἄλλοις ἴσους ὄντας, ἀνίσως δεῖν τῶν ἀρχῶν μεταδίδοσθαι. (2) Τοῖν ἰσοτέχνοιν αὐληταῖν μὴ προκριτέον τὸν εὐγενέστερον ἐν τοῖς αὐλοῖς, οὐ γὰρ βέλτιον αὐλήσειεν ἄν, ἀλλὰ τὸν εὐτεχνότερον· τί γὰρ ἡ εὐγένεια ποιεῖ πρὸς τὴν ἐμπειρίαν τῶν αὐλῶν; ἀλλὰ μᾶλλον ἀποφαίνει, τῇ πόλει χρησίμους εἶναι τοὺς εὐγενεῖς, τοὺς ἐλευθέρους, [τοὺς πλουσίους,] ἔτι δὲ χρησιμωτέραν τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἀνδρείαν. Τέλος δὲ, τί ἐκεῖνος οὐχ ἅλις ἐμφαίνει μὴ στυφελιζομένην τὴν εὐγένειαν, ὅταν αὐτὴν ἐν τιμῇ ἔχεσθαι παρὰ πᾶσι λέγει, ὡς πιθανὸν δοκεῖν τοὺς ἐκ βελτιόνων πεφυκότας βελτίους τυγχάνειν; (3) Πῶς οὖν τῆς ὑπὸ τοῦ παντὸς ἀνθρωπίνου γένους εὐγενείας τιμωμένης ἡμεῖς καταφρονοῦμεν, διασπῶμεν, διασύρομεν; Ἵνα δὲ μὴ χολὴν κινῇς ἡμῖν, οὕτω συχνάκις ἀνακληθέντος ἐκείνου τοῦ σοῦ Ἀριστοτέλους, ἢ τὰ ἐκείνων δόγματα ἀποβλητέα, ἢ τοῖς ἀγαθοῖς προσαριθμητέον τὴν εὐγένειαν, ὥσπερ καὶ τὸν πλοῦτον, καὶ πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν συμφέρειν οὐκ ἂν δύναιο ἔξαρνος εἶναι.

X. Πάλιν ἐκεῖνο φλυαρεῖς· « Τί γὰρ ἄλλο νομίζομεν « εἶναι τὴν εὐγένειαν, εἰ μὴ παλαιὸν πλοῦτον, ἢ καὶ δό- « ξαν παλαιὰν, οὐδέτερον ἐφ' ἡμῖν ἄν, ἀλλὰ τὰ μὲν τύ- « χης ἀδήλου, τὰ δ' ἀκρασίας χάριν ἀνθρωπίνης; ὥστ' « ἐκ δυοῖν ἀλλοτρίων κρέμαται τὸ πεφυσημένον ὄνομα ἡ « εὐγένεια. Καὶ ὁ πλοῦτος μὲν οὐχ ὁμοίους αὐτῷ τοὺς « γεννηθέντας ποιεῖ, ἀλλ' ὁ ἐξ ἀρετῆς γεννηθεὶς εἰκο- « νίζεται, τῶν ἐπὶ τῆς ψυχῆς δικαίων εἰς τοὺς ἐκγό- « νους διαχεομένων· καὶ τοῦτ' ἔστιν ἡ ὄντως εὐγένεια, « ὁμοίωσις δικαιοσύνης. (2) Ἆρ' οὖν εὐγενέστερος ἦν « ὁ Μίδου πλοῦτος τῆς Ἀριστείδου πενίας; καίτοι ὁ μὲν « οὐδ' ἐντάφια καταλιπὼν, τῷ δὲ Φρυγὶ πάντ' ἂν ἐδύ- « νατο εἶναι τάφος. Ἀλλ' οὐκ ἐν πλουσίῳ τὸ εὐγενές. « (Πυρὸς ἔχει τινὰ τρόπον πᾶσα πονηρία· ἀμφότερα « χωρὶς τροφῆς ἀφανίζεται σβεννύμενα.) Ἡ δὲ Σωκρά- « τους ἀδοξία, μαίας καὶ ἑρμογλύφου πατρὸς, οὐκ ἦν « εὐγενεστέρα τῆς Σαρδαναπάλλου δόξης; Μὴ σύ γε « νομίζῃς ὅτι Ξέρξης εὐγενέστερος ἦν Κυναιγείρου· « καίτοι ὁ μὲν ὑπὲρ τῆς ἰδίας πατρίδος ἀπεκόπη τὴν « χεῖρα, ὁ δ' ὑπὲρ τοῦ ζῆν ἔφυγεν, ἀντὶ τῆς μεγάλης « βασιλείας μεγάλην περικείμενος δειλίαν. »

XI. Λέγεται μὲν ταῦτα μεγαλοπρεπῶς· ἐγὼ δὲ οὐχ οὕτως ἀλλότριός εἰμι τῆς ἐπιεικείας, ὥστε τιθέναι τῇ ἀρετῇ ἐναντίαν τὴν εὐγένειαν. Οὐ ποιήσω, οὐ λέξω· τὸ δὲ τῆς εὐγενείας ὄνομα κενὸν εἶναι, μηδαμῶς συμφήσω· οὐχ ἧττον ἂν ὡς ἄχρηστα τὰ χρήματα εἰς θά-

enim in eos, qui nomine virtutis administrationi reipublicæ præesse volunt, itemque in eos, qui divitiis abundantes arrogant sibi principatum, ostendere possent veram justamque rationem ii qui in civitatibus numero plures sunt. »

IX. At enim his verbis Aristoteles tantum abest ut detraxerit nobilitati, ut eam etiam ornarit. Bonum esse ait nobilitatem, quam si non semper præfert, nec plane eodem illo loco virtutem [*eodem cum virtute loco habet*]; tantum indicat, improbare se absurditatem eorum, qui putent, secundum præcellentiam, etsi in ceteris sint æquales, necesse esse inæqualiter magistratus dispartiri. (2) Paribus in arte tibicinibus laudandam negat prærogativam fistularum, et [ei?] qui sit nobilior, nihilo enim melius caneret, at his qui ea in arte superexcellunt. Quid enim eo loco nobilitas facit ad peritiam fistularum? Quin potius ostendit, opus esse civitati nobilibus, liberis, opulentis, et multo magis justitia et virtute bellica. Denique quid illud? num satis ostendit nihilo hic labefactatam nobilitatem, quum nobilitatem apud omnes in honore haberi ait, quasi verisimile sit, ex melioribus ortos meliores? (3) Quid igitur, quæ consensu generis humani in pretio habita est nobilitas, a nobis contemnitur, convellitur, laceratur? Ac ne bilem nobis moveas, tam-sæpe accersito illo tuo Aristotele, aut placita ejus esse repudianda, aut bonis adnumerandam nobilitatem, ut et opes, easque conducere ad vitam beatam, negare non potes.

X. Rursus illud deblateras: (*Stob. Flor.* 86, 21, Κατὰ εὐγενείας) « An non existimamus omnes, ipsam nobilitatem in opibus aut gloria, quam longi temporis progressus confirmavit, esse positam? Atqui neutrum horum est in potestate nostra: sed alterum fortunæ temeritati, alterum intemperiis hominum est obnoxium. Itaque nobilitatis arrogans hoc nomen, quod, ut sumamus animos, facit, a duabus rebus, quæ proprie nostrûm non sunt, pendet. Perinde nec divitiæ reddunt filios ei similes, qui illos procreavit: sed qui natus ex virtute fuerit, impressam animo suo gerit imaginem æqui et boni, quum ea sola transmittatur a parentibus in liberos. Hæc demum vera nobilitas est, morum similitudo secundum justitiam. (2) [*Ib.* 22.] Numquid autem opulentia Midæ nobilior, quam Aristidis inopia? Tamen hic ne in sepulchrum quidem sumptum reliquit moriens: Phrygi quicquid suppetebat, facile vicem sepulchri obiisset. Verum sita non est in opibus nobilitas, omnis autem improbitas ad instar ignis fere est: nam utrumque horum, nisi alatur, evanescit et exstinguitur. Quid Socratis ignobilitas, matre obstetrice, statuario patre, an non plus veræ nobilitatis præ se tulit, quam illa Sardanapali gloria? Ne vero censeas nobiliorem Xerxem fuisse Cynægiro. Huic enim pro patria dimicanti manus amputata est: ille vitæ præsidium fuga quæsivit, et regni amplissimi gloriam mutavit cum turpitudine summæ timiditatis. »

XI. Dicuntur ista quidem magnifice. Nec vero tam iniquus sum æstimator rerum, ut nobilitatem unam committam cum virtute aut opibus. Non faciam, non dicam. Et tamen nobilitatis vanum esse nomen tibi hercle non assentiar. Non minus quidem, quam et qui opes inanes et

Τὸ Αἰσώπου βατραχίδιον πρὸς τὴν μητέρα ἐξογκωμένην καὶ ἐρωτῶσαν, εἰ ὁ τοὺς ἀπούσης αὐτῆς γόνους βεβορὼς μείζων ἦν, ἀπέκρινεν· Οὐδ' εἰ μέση διαρραγῇς, φησὶν, ὦ μῆτερ, ἐκείνῳ τύχῃς ἴση· οὕτως οὐδ' οἱ ἀγενεῖς λεγέτωσαν ὅσα βούλονται, βασκαινέτωσαν τῇ εὐγενείᾳ, οὐδέποτε τῶν εὐγενῶν κρείττονες ἔσονται, οὔτε πάρισοι, μὴ προύργου ποιήσαντες τὴν ἀρετήν. Πόθεν δή; ἢ ἐξ ἴσης ἀνθρώπων μοίρας; ἢ φύσει τινί; *** ἢ τοῖς Αἰσωπικοῖς μύθοις πάλιν προσέχοντες, ἃ ἡ ἐργάτις ἡμέρα τῇ ἑορτῇ ἀντήρητο, ὡς ὑφ' αὐτῆς ἐπιπεπονημένων, ῥᾳθύμως διὰ λαιμαργίας ἀναλισκούσῃ· Φέρε δὴ, ἔφη, τὰς μοίρας ἀλλήλαις μεταβάλλωμεν. Ἡ δ' ἀπέκρινεν, Οὐ θέμις, τὸ ὑπὸ Διὸς ἐπιτελούμενόν μοι τῶν

tius ad virtutem, laborem, tuendos in officio cives, populares juvandos: merito ut, qui plus quam deceat, sibi ipsis solum nati videantur, jure, quæ a Satyro audiit Pallas, quum tibia oblectaretur, audire possint:

Haud te decet forma ista, mitte tibias,
sume arma, buccas, ut decet, componito.

Sed moniti nobilitatis paternæ, hanc intueri, hac se oblectare, huic augendæ incumbere debent, seseque altera illa nobilitate insignire, ad illudque subinde respicere poetæ peritissimi:

Non decet ut Hector pronus incumbere tectis
ille velit clarus, fixusque insidere plumis.

Illudque Priami de Mercurio elogium ut in eos competat, curent diligenter:

Corporis admiranda tua est species, sapis atque
mente simul: satus es majorum stemmate claro.

Jure quoque Ulyssis illud ad Penelopen proferre possint, voluptate pestifera superata:

Sic itidem Circes retinebar in ædibus altis,
conjugii tædas cuperet dum, meque maritum:
aut animum potuit nequaquam flectere nostrum.

Quam enim præclarum, non ab assentatoribus, at ex animo a probis laudatisque viris audire, quod audiit Hector a Polydamante:

Namque alii deus ut curæ sint Martia facta,
aut alii dedit, ut sapiat, sit providus, atque
cum sibi tumque aliis, ac oppida servet ab hoste;
atque hæc ipse tenes in primis, optime ductor.

Et illud ejusdem:

Ceu mitis pater hic populo imperitare solebat.

(4) At apud Euripidem, ais, Electra an non jure ridet nobilitatem? dum ex Atreo illustrem (si modo illustrem) Agamemnonem ait natum? dumque Jove nati Tantali pœnam refert? Sed enim non unius aut alterius insolentiam nobilitati nocere æquum fuerit: nec illa se ait exprobrare infortunia. Quumque refert, multum esse malum aut morbum, cujus non ferat onus hominis natura: ad communem hominum sortem potius respexit. (5) Nec vero pessime Archilochus:

Talis hominibus enim
animus inest, o Glauce, Leptine sate,
mortalibus, qualem in dies deus excitat.

Ranuncula Æsopica, matre intumescente, et rogante, majorne esset, qui, se absente, vorasset partus suos: Non si media dirumparis, mater, æqualis illi eris, respondit. Ita nec ignobiles, dicant quod volent, detrahant nobilitati, obloquantur, nunquam [unq.?] superiores erunt nobilibus, non æquales, nisi virtutis specimen ediderint. Unde id tandem? An inæquali sorte hominum? an genio aliquo? an Jovis magni consilio, ut ait Hesiodus, accidit ut alii obscuri, alii inclyti sint? an (ut ad fabulas Æsopicas redeamus) quum festo diei profestus insultaret, et, quæ summis laboribus quæreret, illum per socordiam atque ingluviem consumere quereretur, ferret hanc conditionem? mutarent sortem ex profesto festus fieret. Respondit a

ἱερῶν κλῆρον καταλείπειν· συμφέρειν τῷ Διὶ ἑκὰς τῶν μυστηρίων ἀποτρέπειν τὸν βέβηλον ὄχλον. (Λείπει τὰ ἑξῆς.)

Jove sortem sacrorum sibi commissam, nefas esse relinqui : interesse Jovis, procul arceri a mysteriis profanum vulgus. *Desunt reliqua.*

ΠΕΡΙ

ΠΟΤΑΜΩΝ ΚΑΙ ΟΡΩΝ ΕΠΩΝΥΜΙΑΣ

ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΩΝ.

I.

ΥΔΑΣΠΗΣ.

I. Ὑδάσπης ποταμός ἐστι τῆς Ἰνδίας νεανικῶς καταφερόμενος εἰς τὴν Σαρωνιτικὴν Σύρτιν· [ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἰνδός· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην.] Χρυσίππη διὰ μῆνιν Ἀφροδίτης εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τοῦ γεννήσαντος Ὑδάσπου, καὶ μὴ στέγουσα τοὺς παρὰ φύσιν ἔρωτας, νυκτὸς βαθείας τῷ προειρημένῳ συνῆλθε, τῆς τροφοῦ συνεργούσης. Κατηχηθεὶς δὲ περὶ τῶν συμβεβηκότων ὁ βασιλεὺς τὴν μὲν ἐνεδρεύσασαν αὐτὸν γραῦν ζῶσαν κατέχωσεν· τὴν δὲ θυγατέρα σταυρώσας, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Ἰνδὸν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ὑδάσπης μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος Λύχνις καλούμενος· ἐλαιώδης δέ ἐστι τῇ χρόᾳ, καὶ ζεστὸς πάνυ· σελήνης αὐξομένης εὑρίσκεται πρὸς μελῳδίαν αὐλῶν· χρῶνται δὲ οἱ ἐν ἐξοχῇ τυγχάνοντες αὐτῷ.

III. Εὑρίσκεται δ' αὐτοῦ παρὰ τὰς καλουμένας Πύλας βοτάνη παρόμοιος ἡλιοτροπίῳ· ταύτην λειοτριβοῦντες, τῷ χυλῷ τοῖς καύμασιν ἀλείφονται, καὶ φέρουσιν ἀκινδύνως τῆς περισσοτέρας θερμασίας τὴν ἀναθυμίασιν.

IV. Οἱ δ' ἐγχώριοι, τὰς ἀσεβῶς ἀναστρεφομένας παρθένους σταυροῖς προσηλώσαντες, εἰς αὐτὸν βάλλουσι, τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν Ἀφροδίτης ὕμνον ᾄδοντες.

V. Κατορύσσουσι δὲ κατ' ἐνιαυτὸν γραῦν κατάκριτον, παρὰ τὸν ὀνομαζόμενον λόφον Θηρογόνον· ἅμα γὰρ τὴν πρεσβῦτιν [κατορυχθῆναι] ἑρπετῶν πλῆθος ἐκ τῆς ἀκρωρείας ἐξέρχεται, καὶ τὰ περιιπτάμενα τῶν ἀλόγων ζῴων κατεσθίει· καθὼς ἱστορεῖ Χρύσερμος ἐν π' Ἰνδικῶν. Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Ἀρχέλαος ἐν ιγ' περὶ Ποταμῶν.

VI. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Ἐλέφας καλούμενον δι' αἰτίαν τοιαύτην· Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος μετὰ στρατεύματος εἰς Ἰνδίαν ἐλθόντος, καὶ τῶν ἐγχωρίων κρίσιν ἐχόντων ἀντιπολεμεῖν αὐτῷ, Πώρου τοῦ βασιλέως τῶν τόπων ἐλέφας αἰφνιδίως οἰστροπλὴξ γενόμενος, ἐπὶ τὸν Ἡλίου λόφον ἀνέβη, καὶ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρησάμενος εἶπεν· Δέσποτα βασιλεῦ, τὸ γένος ἀπὸ Γηγασίου κατάγων, μηδὲν ἐξ ἐναντίας Ἀλεξάνδρου ποι-

---

DE

FLUVIORUM ET MONTIUM NOMINIBUS

ET DE IIS QUÆ IN ILLIS INVENIUNTUR.

I.

HYDASPES.

I. *Hydaspes fluvius* est Indiæ vehementius influens in Syrtin Saroniticam; *olim vocabatur Indus; mutatum nomen de causa ejusmodi.* Quum Chrysippe, Veneris ob iram, in parentis Hydaspis desiderium incidisset, et amorem quo præter naturam tenebatur, nequiret cohibere, profunda nocte, nutrice adjuvante, convenit. Rex vero, iis quæ contigerant compertis, anum quæ insidias sibi paraverat, vivam sepeliri jussit, et filia in crucem sublata, præ mœrore extremo se præcipitem dedit in fluvium Indum, qui ab eo postea denominatus est Hydaspes.

II. Nascitur in eo lapis Lychnis vocatus, qui olei colorem præ se fert, valdeque fervidus [densus? ναστὸς] est. Invenitur ille, adolescente luna, ad cantum tibiarum : et usui est excellentioribus.

III. Occurrit ibidem prope Pylas quas vocant, herba similis heliotropio : cujus contritæ succo contra solis æstus unguntur, et sine periculo quantumvis magnæ caliditatis exhalationem ferunt.

IV. At indigenæ, virgines quæ non caste vixerint, clavis cruci affigunt, et in hunc fluvium dejiciunt, dialecto vernacula Veneris hymnum canendo.

V. Defodiunt et vetulam condemnatam quotannis juxta verticem Therogonum. Simul enim ac vetula defossa est, illuc reptilium multitudo ex cacumine statim procedit, et quæ circumvolant muta animalia devorat, ut narrant Chrysermus libro Rerum Indicarum octogesimo, et Archelaus, qui diligentius de his egit libro XIII de Fluminibus.

VI. Adjacet vero huic fluvio mons, Elephas; qui ob hanc causam ita vocatus : quum Alexander Macedo in Indiam venisset cum exercitu, et indigenæ ei totis viribus resistere decernerent, elephas Pori illius regionis regis derepente œstro percitus Solis collem ascendit, et vocem humanam depromens, in hæc erupit : « Domine rex, qui a Gegasio (Pegasio?) familiam ducis, ne quidquam contra Alexandrum suscipias : Jovis etenim est Alexander » : et

ήσης· Διὸς γάρ ἐστι (Γηγάσιος). Καὶ τελέσας τὸν λόγον ἔθανεν. Ἀκούσας δὲ τούτων ὁ Πῶρος, ψοφοδεὴς τοῦ Ἀλεξάνδρου γόνασι προσέπεσεν, εἰρήνην αἰτούμενος· τυχὼν δὲ ὧν ἤθελε, τὸ ὄρος Ἐλέφαντα μετωνόμασεν· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν γ′ περὶ Ὀρῶν.

absoluto sermone occubuit. Quibus auditis Porus supplex Alexandri genua amplexus est, pacem expetens : quam quum consecutus esset, montem illum Elephantem nominavit, ut testatur Dercyllus libro III de Montibus.

II.

ΙΣΜΗΝΟΣ.

I. Ἰσμηνὸς ποταμός ἐστι τῆς Βοιωτίας κατὰ πόλιν Θήβας· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Κάδμου ποὺς, ἀπ' αἰτίας τοιαύτης· Κάδμος τὸν κρηνοφύλακα δράκοντα τοξεύσας, καὶ εὑρὼν ὥσπερ πεφαρμακευμένον φόνου τὸ ὕδωρ, περιήρχετο τὴν χώραν ζητῶν πηγήν· γενόμενος δὲ κατὰ τὸ Κωρύκαιον ἄντρον, κατὰ πρόνοιαν Ἀθηνᾶς τὸν δεξιὸν πόδα βαθύτερον εἰς πηλὸν ἤρεισεν· ποταμοῦ δ' ἀναδοθέντος ἐκ τοῦ τόπου, ὁ ἥρως βουθυτήσας Κάδμου πόδα προσηγόρευσεν αὐτόν. Μετὰ δέ τινα χρόνον Ἰσμηνὸς, Ἀμφίονος καὶ Νιόβης παῖς, ὑπ' Ἀπόλλωνος τοξευθεὶς, καὶ ἀλγηδόνι συνεχόμενος, ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς τὸν προειρημένον ποταμὸν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἰσμηνὸς ὠνομάσθη· καθὼς ἱστορεῖ Σώστρατος ἐν β′ περὶ Ποταμῶν.

II. Παράκειται δ' αὐτῷ Κιθαιρὼν ὄρος, ὀνομαζόμενον δὲ πρότερον Ἀστέριον, δι' αἰτίαν τοιαύτην. Βοιωτοῦ τοῦ Ποσειδῶνος, ἐκ δυοῖν γυναικῶν τῶν ἐπισήμων θέλοντος γῆμαι τὴν ὠφελιμωτέραν, καὶ ἐν ταῖς ἀκρωρείαις λόφου τινὸς ἀνωνύμου νυκτὸς περιμένοντος ἀμφοτέρας, αἰφνιδίως ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθεὶς ἀστὴρ [ἐν]έπεσε τοῖς Εὐρυθεμίστης ὤμοις, καὶ ἀφανὴς ἐγένετο. Βοιωτὸς δὲ τὸ σημαινόμενον νοήσας, τὴν μὲν κόρην ἔγημε, τὸ δ' ὄρος ὠνόμασεν Ἀστέριον ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος. Ὕστερον δ' ἐκλήθη Κιθαιρὼν δι' αἰτίαν τοιαύτην. Τισιφόνη, μία τῶν Ἐρινύων, εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα παιδὸς εὐπρεποῦς, Κιθαιρῶνος τοὔνομα, καὶ μὴ στέγουσα τὴν ἐπίτασιν τῶν ἐρώτων, λόγους αὐτῷ περὶ συνόδων ἀπέστειλεν· ὁ δὲ τὸ καταπληκτικὸν τῆς προειρημένης φοβηθεὶς, οὐδ' ἀποκρίσεως αὐτὴν ἠξίωσεν· ἡ δ' ἀποτυχοῦσα τῆς προαιρέσεως, ἐκ τῶν πλοκάμων ἕνα τῶν δρακόντων ἀπέσπασεν, καὶ ἐπὶ τὸν ὑπερήφανον ἔβαλεν· ὁ δ' ὄφις τοῖς κόλποις περισφίγξας αὐτὸν, ἀνεῖλεν Ἀστερίου ποιμαίνοντα ἐν ταῖς ἀκρωρείαις. Κατὰ δὲ πρόνοιαν θεῶν τὸ ὄρος ἀπ' αὐτοῦ μετωνομάσθη Κιθαιρὼν, καθὼς ἱστορεῖ Λέων ὁ Βυζάντιος ἐν τοῖς Βοιωτιακοῖς.

III. Ἑρμησιάναξ δὲ ὁ Κύπριος ἱστορίας μέμνηται τοιαύτης. Ἑλικὼν καὶ Κιθαιρὼν, ἀδελφοὶ τυγχάνοντες, διαφόρους ἔσχον τῶν τρόπων τὰς διαθέσεις· ὁ μὲν γὰρ Ἑλικὼν, πραότερος ὑπάρχων καὶ προσηνὴς, συμπαθῶς ἐγηροβόσκει τοὺς γονεῖς· ὁ δὲ Κιθαιρὼν, πλεονέκτης τυγχάνων, καὶ θέλων εἰς ἑαυτὸν μεταστῆσαι τὴν οὐσίαν, πρῶτον μὲν ἐφόνευσε τὸν γεννήσαντα, τὸν δ' ἀδελφὸν ἐξ ἐνέδρας κατακρημνίζων, καὶ αὐτὸς συγκατηνέχθη· κατὰ δὲ θεῶν πρόνοιαν εἰς ὁμώνυμα ὄρη

II.

ISMENUS.

I. Ismenus fluvius est Bœotiæ juxta Thebas : qui prius fuit nuncupatus Cadmi pes, hac de causa. Quum Cadmus sagittis confixisset draconem qui fontem custodiebat, et aquam veneno ejus infectam cerneret, circuivit regionem, alium fontem quo sitim levaret, quærens. Appulsus vero ad antrum Corycæum Palladis beneficio, dextrum pedem altius in limum defixit : unde exortum est flumen, quod a Cadmo, postquam sacrificia peregerat, Cadmi pes vocatum est. Pauco post tempore Ismenus Amphionis et Niobes filius, ab Apolline sagitta confossus, quum dolore opprimeretur, se in id præcipitem dedit, et ab ipso Ismenus tandem dictum fuit, ut narrat Sostratus in secundo de Fluminibus.

II. Adjacet vero ipsi mons Cithæron, prius Asterius ideo vocatus, quod quum Bœotus Neptuni filius ex duabus nobilibus mulieribus eam quæ sibi utilior videbatur, ducere vellet, et in cacumine collis cujusdam innominati nocte utramque exspectaret, derepente stella de cœlo delata cecidit in humeros Eurythemistes, et evanuit statim. Ille vero prævidens quid illud portenderet, puellam duxit, et montem Asterium ab illo casu denominavit : quam postremo Cithæronem vocarunt, ob hanc causam : Quum Tisiphone Erinnyum una Cithæronis pulcherrimi pueri amore correpta esset, et eum occultare nullo modo posset, illius congressus ausa est petere. At Cithæron furiæ horrorem exosus, non dignatus est ei vel responsum dare : unde vana spe delusa e crinibus serpentum unum avulsit, et in superbum juvenem projecit, quem serpens nexibus suis constringens interemit, in Asterii montis cacuminibus greges tunc temporis pascentem. Diis autem ita volentibus mons ille ab eo vocatus est Cithæron, ut auctor est Leo Byzantius in libris Rerum Bœoticarum.

III. At Hermesianax Cyprius hanc historiam refert : Helicon et Cithæron fratres diversis erant moribus præditi : Helicon enim dulcis et benignus parentes seniores humaniter nutriebat; Cithæron vero paulo avidior et corradere omnem substantiam percupiens, primum quidem occidit patrem, deinde fratrem ex insidiis præcipitem dedit, sed cum eo ipsemet decidit. Unde deorum providentia ver-

μεταμορφωθέντες, ἐγένοντο Κιθαιρὼν μὲν διὰ τὴν ἀσέβειαν, Ἐρινύων μυχὸς, Ἑλικὼν δὲ διὰ [τὴν] φιλοστοργίαν, Μουσῶν ἐνδιαίτημα.

III.

ΕΒΡΟΣ.

I. Ἕβρος ποταμός ἐστι τῆς Θράκης, [**] προσηγορίαν εἰληφὼς ἀπὸ τῆς συστροφῆς τῆς καταφορᾶς τοῦ ὕδατος. [**] Κάσανδρος (δὲ) ὁ βασιλεὺς τῶν τόπων, γήμας Κροτονίκην, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς υἱὸν Ἕβρον· ἀποταξάμενος δὲ τῇ συμβιώσει τῆς προτέρας γυναικὸς, ἐπέγημε τῷ τέκνῳ Δαμασίππην τὴν Ἄτρακος· ἥτις εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τοῦ προγόνου, λόγους αὐτῷ περὶ συνόδων ἀπέστειλεν. Ὁ δ' ὡς Ἐρινὺν φυγὼν τὴν μητρυιὰν, προσηυκαίρει κυνηγίαις. Ἀποτυχοῦσα δὲ τῆς προαιρέσεως ἡ ἀσελγὴς κατεψεύσατο τοῦ σώφρονος, ὡς βιάσασθαι αὐτὴν θελήσαντος. Κάσανδρος δὲ τῷ ζήλῳ συμπεριενεχθεὶς, μεθ' ὁρμῆς ἐπὶ τὴν ὕλην ἠνέχθη, καὶ σπασάμενος τὸ ξίφος, ἐδίωκε τὸν υἱὸν, ὡς ἐπίβουλον τῶν πατρώων γάμων. Ὁ δὲ υἱὸς περικατάληπτος γενόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Ῥόμβον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἕβρος μετωνομάσθη· καθὼς ἱστορεῖ Τιμόθεος ἐν ια' περὶ Ποταμῶν.

II. Ὄρος δ' αὐτῷ παράκειται Παγγαῖον, τὴν προσηγορίαν ἔχον δι' αἰτίαν τοιαύτην. Παγγαῖος, Ἄρεως καὶ Κριτοβούλης παῖς, τῇ θυγατρὶ κατ' ἄγνοιαν συγγενόμενος καὶ ἀθυμίᾳ συσχεθείς, ἔδραμεν εἰς Καρμάνιον ὄρος, καὶ διὰ λύπης ὑπερβολὴν σπασάμενος τὸ ξίφος, ἑαυτὸν ἀνεῖλε· κατὰ δὲ πρόνοιαν θεῶν ὁ τόπος μετωνομάσθη Παγγαῖος.

III. Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ (τῷ προειρημένῳ ποταμῷ) βοτάνη παρόμοιος ὀριγάνῳ, ἧς τὰ ἄκρα δρεψάμενοι Θρᾷκες ἐπιτιθέασι πυρὶ μετὰ τὸν κόρον τῆς δημητριακῆς τροφῆς, καὶ τὴν ἀναφερομένην ἀναθυμίασιν δεχόμενοι ταῖς ἀναπνοιαῖς, καροῦνται καὶ εἰς βαθὺν ὕπνον καταφέρονται.

IV. Γεννᾶται δὲ καὶ ἐν τῷ Παγγαίῳ ὄρει βοτάνη, κιθάρα καλουμένη, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. [Αἱ] διασπαράξασαι τὸν Ὀρφέα τὰ μέλη τοῦ προειρημένου εἰς ποταμὸν ἔβαλον Ἕβρον· καὶ ἡ μὲν κεφαλὴ τοῦ θνητοῦ κατὰ πρόνοιαν θεῶν εἰς δράκοντα μετέβαλε [**] τὴν μορφὴν τοῦ σώματος· ἡ δὲ λύρα κατηστερίσθη κατὰ προαίρεσιν Ἀπόλλωνος· ἐκ δὲ τοῦ ῥεύσαντος αἵματος ἀνεφάνη βοτάνη κιθάρα καλουμένη. Τῶν δὲ Διονυσίων τελουμένων, αὕτη κιθάρας ἀναδίδωσιν ἦχον· οἱ δ' ἐγχώριοι νεβρίδας περιβεβλημένοι καὶ θύρσους κρατοῦντες, ὕμνον ᾄδουσιν·

Μὴ τότε φρονήσῃς, ὅταν ἴσῃ μάτην φρονῶν·

καθὼς ἱστορεῖ Κλειτώνυμος ἐν τῷ γ' τῶν Θρᾳκικῶν.

sus uterque fuit in montem cognominem: Cithæron propter impietatem, furiarum spelunca factus est; Helicon vero ob humanitatem, Musarum sacrarium et domicilium.

III.

HEBRUS.

I. Hebrus fluvius est Thraciæ, *Rhombi* denominationem nactus ab aquæ interlabentis vorticibus. *Mutatum nomen ob causam ejusmodi.* Casander illius regionis rex, ducta Crotonice, genuit ex ipsa filium Hebrum, et repudiato prioris uxoris convictu, Damasippen Atracis filiam superduxit filio: cujus amore correpta de congressu ad ipsum verba perferenda curavit. At Hebrus novercam ut furiam fugiens, indulgebat venationi: hæc vero impura aberrans a proposito, falso accusavit temperantem adolescentem raptus et stupri. Tum Casander zelotypia concitatus silvam cum impetu ingressus, districto gladio filium persecutus est tanquam paternarum nuptiarum temeratorem. Filius vero quum evadere nequiret, se ipsum præcipitavit in fluvium Rhombum, qui ab eo Hebri nomen assumpsit, ut refert Timotheus libro undecimo de Fluminibus.

II. Mons illi adjacet Pangæus, hanc denominationem ita sortitus. Pangæus, Martis et Critobules filius, quum inscius rem habuisset cum filia, et idcirco dolore premeretur, aufugit in Carmanium (Carmanorium?) montem, et ob incredibilem tristitiam qua afficiebatur, ensem evaginans, sibi ipse manus intulit violentas. Diis vero deinde ita volentibus locus ille cognominatus est Pangæus.

III. Nascitur in prædicto fluvio herba similis origano, cujus extrema decerpentes Thraces igni admovent, postquam cereali alimento satiati sunt: et exhalationem aut suffitum, qui hinc oritur, crebris respirationibus haurientes inebriantur, et in profundum somnum conjiciuntur.

IV. Nascitur et in Pangæo monte herba Cithara nuncupata ob hanc causam. Illæ quæ Orpheum discerpserunt, ejus membra in fluvium Hebrum projecerunt, et caput hominis deorum voluntate in draconem abiit ** formam corporis: lyra vero ex Apollinis decreto in astra translata. At ex sanguine fluente orta est herba Cithara vocata, quæ, dum peraguntur Bacchi sacrificia, sonum emittit citharæ: indigenæ vero nebridibus, id est pellibus hinnulorum, induti, et thyrsos tenentes hymnum canunt: cujus hæc sunt verba:

Tunc ne sapias, quum eris in vanum sapiens;

ut refert Clitonymus libro tertio Rerum Thracicarum.

IV.

ΓΑΓΓΗΣ.

I. Γάγγης ποταμός ἐστι τῆς Ἰνδίας, τὴν προσηγορίαν λαβὼν δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἰνδῷ τις Καλαυρία νύμφη ἐγέννησεν υἱὸν κάλλει περίβλεπτον, τοὔνομα Γάγγην. Οὗτος καρηβαρήσας, τῇ μητρὶ κατ' ἄγνοιαν συνεγένετο. Τῇ δ' ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν παρὰ τῆς τροφοῦ μαθὼν τὴν ἀλήθειαν, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Χλιαρὸν καλούμενον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Γάγγης μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δὲ παρ' αὐτὸν βοτάνη παραπλησία βουγλώσσῳ, ἣν λειοτριβοῦντες, τὸν χυλὸν αὐτῆς τηροῦσι, καὶ νυκτὸς βαθείας τοὺς φωλεοὺς τῶν τίγρεων περιρραίνουσιν· αἱ δὲ διὰ τὴν δύναμιν τῆς ἐκχυθείσης ὑγρασίας προχωρῆσαι μὴ δυνάμεναι, θνήσκουσι· καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθένης ἐν γ' τῶν Κυνηγετικῶν.

III. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Ἀνατολὴ καλούμενον δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἀναξιβίαν νύμφην Ἥλιος θεασάμενος χορείαις προσευκαιροῦσαν, εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐνέπεσε, καὶ μὴ στέγων τῶν ἐρώτων [τὴν ἐπίτασιν], ἐπεδίωκε τὴν προειρημένην βιάσασθαι βουλόμενος· ἡ δὲ περικατάληπτος γενομένη, κατέφυγεν ἐπὶ τὸ τῆς Ὀρθίας Ἀρτέμιδος τέμενος, ὅπερ ἦν ἐν ὄρει Κορύφῃ καλουμένῳ, καὶ ἀφανὴς ἐγένετο· κατόπιν δ' ἀκολουθήσας ὁ θεὸς, καὶ μηδαμοῦ τὴν ἀγαπωμένην εὑρὼν, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἐκεῖθεν ἀνέτειλεν· οἱ δ' ἐγχώριοι τὴν ἀκρώρειαν Ἀνατολὴν μετωνόμασαν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος· καθὼς ἱστορεῖ Καιμάρων ἐν δεκάτῳ Ἰνδικῶν.

V.

ΦΑΣΙΣ.

I. Φᾶσις ποταμός ἐστι τῆς Σκυθίας, παραρρέων πόλιν· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Ἄρκτοῦρος, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς διὰ τὴν χωροθεσίαν τῶν κατεψυγμένων τόπων· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Φᾶσις, Ἡλίου καὶ Ὠκυρρόης τῆς Ὠκεανοῦ παῖς, τὴν μητέρα μοιχευομένην ἐπ' αὐτοφώρῳ καταλαβὼν ἀνεῖλεν· κατὰ δ' ἐπιφάνειαν Ἐρινύων οἰστροπλὴξ γενόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς τὸν Ἄρκτοῦρον, ἀπ' αὐτοῦ δὲ Φᾶσιν μετωνομασμένον.

II. Γεννᾶται δ' ἐν τῷ ποταμῷ ῥάβδος ὀνομαζομένη λευκόφυλλος· εὑρίσκεται δὲ τοῖς μυστηρίοις τῆς Ἑκάτης περὶ τὸν ὄρθρον, πρὸς παιανισμὸν ἔνθεον, αὐτοῦ περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔαρος· ἣν οἱ ζηλότυποι τῶν ἀνδρῶν δρεπόμενοι ῥίπτουσι περὶ τὸν παρθένιον θάλαμον, καὶ ἀνόθευτον τηροῦσι τὸν γάμον. Ἐὰν [δέ] τις προπετέστερον ἀναστραφῇ τῶν ἀσεβεστέρων διὰ μέθην καὶ εἰς τὸν τόπον εἰσέλθῃ, τῶν σωφρονούντων ἀφαρπάζεται λογισμῶν, καὶ εὐθὺς ὁμολογεῖ πᾶσιν, ὅσα παρανόμως ἢ ἔπραξεν ἢ μέλλει πράττειν. Οἱ δὲ παρατυγχάνοντες, συλλαμβάνοντες, ῥίπτουσιν ἐμβεβυρσωμένον

IV.

GANGES.

I. Ganges fluvius est Indiæ, ita vocatus hac de causa : Ex Indo Calauria quædam virgo genuit filium pulchritudine conspicuum nomine Gangem : qui somno vinoque sepultus cum matre concubuit per inscitiam; sed postridie quum a nutrice rei veritatem didicisset, ob dolorem extremum, se ipsum conjecit in fluvium Chliarum, qui ab eo Gangis nomen assumpsit.

II. Nascitur autem apud ipsum herba Buglosso similis, quam conterunt, et ex succo expresso, quem sedulo servant, profunda nocte tigridum latibula circumlinunt : quæ tum progredi nequeunt ob vim effusi humoris, atque intus moriuntur, ut refert Callisthenes in tertio de Venatione.

III. Adjacet vero ipsi mons Anatole, id est Oriens, dictus ob hanc causam : Sol visa Anaxibia virgine saltationi indulgente, ejus desiderio correptus est, et quum amores suos tegere non posset, hanc vitiare volens, persecutus est. Quæ undique comprehensa auſugit in templum Dianæ Orthiæ, quod erat in monte vocato Coryphe, id est Apice, et evanuit. Deus vero qui a tergo sequebatur, quum dilectam suam non nanciscceretur, præ mœrore illinc ortus est : unde indigenæ montem Anatolen, id est Orientem, a casu denominarunt : ut narrat Cæmaro decimo Rerum Indicarum.

V.

PHASIS.

I. Phasis est fluvius Scythiæ, præterfluens urbem *ejusdem nominis*; prius Arcturus denominatus, hanc denominationem a situ frigidorum locorum nactus : qui ideo mutavit nomen. Phasis, Solis et Ocyrrhoes Oceani natæ filius, matrem in flagranti adulterii crimine deprehensam occidit, et furore propter Erinnyum præsentiam agitatus, se ipsum præcipitem dedit in Arcturum, qui ab eo Phasis nomen assumpsit.

II. Nascitur in hoc fluvio virga Leucophyllus dicta : quæ dum celebrantur Hecates mysteria, invenitur circa diluculum ad pæanis cantum deo plenum, in ipso veris initio. Quam postquam hominum zelotypi collegerunt, circa thalamum virginalem jaciunt, atque ita puras conservant nuptias. Quodsi quis impurus ob ebrietatem insolentius accesserit, et ad hunc locum pervenerit, alienatur a mente, et statim confitetur coram omnibus quæcumque illegitima aut fecit, aut facturus erat. Qui vero prope adstant, eum corripiunt, et assutum corio projiciunt in Sto-

εἰς τὸ καλούμενον Στόμιον τῶν ἀσεβῶν. Ἔστι δὲ στρογγυλοειδὲς, φρέατι παραπλήσιον· ἐκδίδωσι δὲ τὸ βληθὲν μετὰ λ' ἡμέρας εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην, σκωλήκων γέμον. Γῦπες δ' αἰφνιδίως ἐπιφανέντες ἀθρόοι, τὸν ἐγκείμενον διαρπάζουσιν, ὡς ἱστορεῖ Κτήσιππος ἐν β' Σκυθικῶν.

III. Παράκειται δ' [αὐτῷ] τὸ Καυκάσιον ὄρος· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Βορέου κοίτη δι' αἰτίαν τοιαύτην. Βορέας δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν Χιόνην Ἀρπάσας, τὴν Ἀρκτούρου θυγατέρα, κατήνεγκεν εἰς τινα λόφον Νιφάντην καλούμενον, καὶ ἐγέννησεν ἐκ τῆς προειρημένης υἱὸν Ὕρπακα, τὸν διαδεξάμενον Ἡνιόχου τὴν βασιλείαν· μετωνομάσθη δὲ τὸ ὄρος Κοίτη Βορέου. Προσηγορεύθη δὲ Καύκασος διὰ περίστασιν τοιαύτην. Μετὰ τὴν γιγαντομαχίαν Κρόνος, ἐκκλίνων τὰς Διὸς ἀπειλὰς, ἔφυγεν εἰς τὴν ἀκρώρειαν Βορέου Κοίτης, καὶ εἰς κροκόδειλον μεταμορφωθεὶς [ἔλαθεν· ὁ δὲ Προμηθεὺς] ἕνα τῶν ἐγχωρίων ποιμένα, Καύκασον, ἀναταμὼν, καὶ κατανοήσας αὐτοῦ τὴν διάθεσιν τῶν σπλάγχνων, εἶπεν οὐ μακρὰν εἶναι τοὺς πολεμίους. Ὁ δὲ Ζεὺς ἐπιφανεὶς τὸν μὲν πατέρα δήσας πλεκτῷ ἐρίῳ, κατεταρτάρωσε· τὸ δ' ὄρος εἰς τιμὴν τοῦ ποιμένος Καύκασον μετονομάσας, προσέδησεν αὐτῷ τὸν Προμηθέα, καὶ ἠνάγκασεν αὐτὸν ὑπὸ σπλαγχνοφάγου ἀετοῦ βασανίζεσθαι, ὅτι παρηνόμησεν εἰς τὰ σπλάγχνα, ὡς ἱστορεῖ Κλεάνθης ἐν γ' Θεομαχίας (γεγραφώς).

IV. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη Προμήθειος καλουμένη, ἣν Μήδεια συλλέγουσα καὶ λειοτριβοῦσα, πρὸς ἀντιπαθείας τοῦ πατρὸς ἐχρήσατο, καθὼς ἱστορεῖ ὁ αὐτός.

mium, id est hiatum, Impiorum, quod rotundum et puteo simillimum est, et projectum corpus triginta diebus in Mæotidem paludem ejicit vermibus refertum : vultures autem ex tempore advenientes conferti, jacens cadaver discerpunt, ut testatur Ctesippus secundo Rerum Scythicarum.

III. Visitur et prope mons Causasius, qui prius hac de causa Boreæ lectus vocabatur. Boreas amoris desiderio inflammatus, quum Chionen Arcturi filiam rapuisset, in collem quendam eam duxit Niphantem appellatum, et ex ea habuit filium Hyrpacem, qui in regno Heniochi successit. Mons autem, Boreæ Lectus dictus est : et postea ob hanc causam Caucasus. Post Gigantum pugnam Saturnus Jovis minas declinans, in summum Boreæ Lecti verticem fugit, et in crocodilum transformatus *latuit; sed Prometheus* pastorem unum ex indigenis Caucasum dissecuit, cognitaque viscerum ejus constitutione, prædixit non procul abesse hostes. Juppiter vero quum apparuisset, patrem lana textili ligatum detrusit in Tartarum, et monti in honorem pastoris Caucasi nuncupato alligavit Prometheum, eumque tormentis affici voluit ab aquila internorum devoratrice, quod in viscera peccasset : ut Cleanthes narrat tertio Theomachiæ (id est, de deorum pugna).

IV. Nascitur autem in ipso herba quam Prometheium vocant : ea, ut idem refert, excerpta et in farinam redacta adversus contrarias patris affectiones Medea usa est.

VI.

ΑΡΑΡ.

I. Ἄραρ ποταμός ἐστι τῆς Κελτικῆς, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς παρὰ τὸ ἡρμόσθαι τῷ Ῥοδανῷ· καταφέρεται γὰρ εἰς τοῦτον, κατὰ τὴν χώραν τῶν Ἀλλοβρόγων. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Βρίγουλος· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἄραρ κυνηγεσίας χάριν εἰς ὕλην προχωρήσας, καὶ εὑρὼν τὸν ἀδελφὸν Κελτίβηρον ὑπὸ θηρίων ἀνηλωμένον, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἑαυτὸν καιρίως πλήξας ἔβαλεν εἰς τὸν ποταμὸν Βρίγουλον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ μετωνομάσθη Ἄραρ.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ μέγας ἰχθὺς κλουπαῖα προσαγορευόμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων· οὗτος, αὐξανομένης τῆς σελήνης, λευκός ἐστι· μειουμένης δὲ, μέλας γίνεται παντελῶς· ὑπεραυξήσας δ' ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀκανθῶν.

III. Εὑρίσκεται δ' ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ λίθος χόνδρῳ παρόμοιος ἁλὸς, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς τεταρταίας νόσους, τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τοῦ σώματος προσδεδεμένος, τῆς σελήνης μειουμένης, καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθέ-

VI.

ARAR.

I. Arar fluvius est Galliæ Celticæ, qui denominationem accepit ex eo quod immisceatur Rhodano : in eum enim labitur juxta regionem Allobrogum. Brigulus primum dictus fuit : mutavit vero postea nomen ob hanc causam : Arar venationis causa silvam ingressus, quum fratrem Celtiberum a feris dilaniatum offendisset, ob extremum dolorem se ipsum letaliter feriens, dejecit in fluvium Brigulum, qui ab eo Araris nomen sumpsit.

II. Nascitur in ipso magnus piscis ab indigenis Clupæa vocatus (*vel* Clopias, *in cod.* Scolopidos), qui secundum aucta lunæ albus est, secundum damna vero omnino niger : et quum in extremam crevit magnitudinem, a propriis spinis confoditur.

III. Reperitur et in ejus capite lapis grumo salis similis, qui senescente luna sinistris corporis partibus applicatus febres quaternas sanat, ut docet Callisthenes Sybarita XIII

νης ὁ Συβαρίτης ἐν ιγ' Γαλατικῶν, παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν εἴληφε Τιμαγένης ὁ Σύρος.

IV. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Λούγδουνον καλούμενον· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Μώμορος καὶ Ἀτεπόμαρος, ὑπὸ Σεσηρονέως τῆς ἀρχῆς ἐκβληθέντες, εἰς τοῦτον κατὰ προσταγὴν [χρησμοῦ ἦλθον] τὸν λόφον πόλιν κτίσαι θέλοντες· τῶν δὲ θεμελίων ὀρυσσομένων, αἰφνιδίως κόρακες ἐπιφανέντες καὶ διαπτερυξάμενοι, τὰ πέριξ ἐπλήρωσαν δένδρα. Μώμορος δὲ, οἰωνοσκοπίας ἔμπειρος ὑπάρχων, τὴν πόλιν Λούγδουνον προσηγόρευσεν· λοῦγον γὰρ τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν κόρακα καλοῦσι· δοῦνον δὲ τόπον ἐξέχοντα· καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ἐν ιγ' Κτίσεων.

VII.

ΠΑΚΤΩΛΟΣ.

I. Παχτωλὸς ποταμός ἐστι τῆς Λυδίας κατὰ πόλιν Σάρδεις· ἐκαλεῖ.ο δὲ πρότερον Χρυσορρόας. Χῖος ὁ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀγαθίππης παῖς, τὴν μηχανικὴν τέχνην ἀσκήσας, καὶ σπάνει βίου συνεχόμενος, νυκτὸς βαθείας τοὺς θησαυροὺς Κροίσου τοῦ βασιλέως ἀνέῳξε, καὶ τὸν χρυσὸν ἐκκομίζων διεδίδου τοῖς οἰκείοις· καταδιωχθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν φρουρῶν, καὶ [περι]κατάληπτος γενόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν [**], ὃς ἀπ' αὐτοῦ Χρυσορρόας μετωνομάσθη.

II. Παχτωλὸς δὲ μετεκλήθη διὰ τήνδε τὴν περίστασιν. Παχτωλὸς, οειίλιος καὶ Λευκοθέης παῖς, ἐν τοῖς Ἀφροδίτης μυστηρίοις Δημοδίκην τὴν ἀδελφὴν κατ' ἄγνοιαν βιασάμενος, καὶ περὶ τῶν συμβεβηκότων κατηχηθείς, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Χρυσορρόαν· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Παχτωλὸς προσηγορεύθη.

Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ ψῆγμα Δαρείου χρυσίου, καταφερόμενον εἰς τὸν εὐδαίμονα κόλπον.

III. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ καὶ λίθος ἀρουραφύλαξ καλούμενος· ἔστι δ' ἀργύρῳ παρόμοιος· εὑρίσκεται δὲ δυσχερῶς τῷ καταφερομένῳ ψήγματι συναναμιγνύμενος· ἔχει δὲ δύναμιν τοιαύτην. Οἱ ἐν ἐξοχῇ τυγχάνοντες τῶν Λυδῶν συναγοράζουσιν αὐτὸν, καὶ πρὸ τῆς εἰσόδου τῶν θησαυρῶν τιθέασι, καὶ διαφυλάττουσιν ἀκινδύνως τὸν διατιθέμενον χρυσόν. Ὁσάκις γὰρ ἂν φῶρες ἐπέλθωσιν, σάλπιγγος ἦχον ἀναδίδωσιν ὁ λίθος· οἱ δὲ, ὡς ὑπὸ δορυφόρων διωκόμενοι, κατὰ κρημνῶν φέρονται. Καὶ καλεῖται ὁ τόπος τῶν βιαιοθανατησάντων Παχτωλοῦ φρουρά.

IV. Γεννᾶται δὲ βοτάνη πορφυράνθεμος, καλουμένη χρυσόπολις· πρὸς αὐτὴν γὰρ αἱ ἀστυγείτονες πόλεις τὸν ἀκέραιον χρυσὸν δοκιμάζουσιν. Ἅμα γὰρ αὐτὸν χωνευθῆναι βάπτουσι τὴν βοτάνην· καὶ ἐὰν μὲν ἀνόθευτον τὸ χρυσίον ᾖ, τὰ φύλλα χρυσοῦται· ἐὰν δ' ἐφθαρμένον ὑπάρχῃ, τὴν ἠλλαγμένην ὑγρασίαν ἀποπτύει καὶ διατηρεῖ τῆς ὕλης τὴν οὐσίαν· καθὼς ἱστορεῖ Χρύσερμος ἐν γ' περὶ Ποταμῶν.

Rerum Gallicarum : a quo sumpsit argumentum Timagenes Syrus.

IV. Juxta ipsum adstat mons dictus Lugdunus, qui hac de causa mutavit nomen. Quum Momorus et Atepomarus a Seseroneo regno dejecti, in eo colle, ex oraculi præcepto, urbem ædificare vellent, jactis jam fundamentis, corvi subito apparentes, expansis alis arbores quæ circa erant replevere. Momorus autem augurii callentissimus, civitatem Lugdunum vocavit : *Lugum* enim dialecto sua corvum vocant ; *Dunum* vero locum eminentem, ut refert Clitophon xiii de Urbium ædificationibus.

VII.

PACTOLUS.

I. Pactolus fluvius est Lydiæ juxta civitatem Sardes, qui antea Chrysorrhoas dictus est. Nam Chius (Chrysorrhoas?) Apollinis et Agathippes filius, quum mechanicam artem exerceret, et tenui victu sustentaret vitam, Crœsi regis thesauros profunda nocte aperuit, et aurum inde exportans familiaribus suis distribuebat : ab insequentibus autem custodibus undique circumvallatus, se ipsum conjecit in fluvium.... qui ab eo Chrysorrhoas fuit nuncupatus.

II. Pactolus vero ideo tandem dictus est. Pactolus, *Jovis* et Leucotheæ filius, in seclusis Veneris sacris Demodicen sororem inscius depudicavit, et casu comperto quum vehementi opprimeretur mœstitia, se ipsum conjecit in fluvium Chrysorrhoam, qui ab eo Pactolus denominatus est.

Nascitur in ipso ramentum auri Darici, quod fluit in felicem sinum.

III. Crescit et ibidem lapis Aruraphylax (Argyrophylax? *i. e. argenti servator*), argento simillimus, qui difficulter invenitur, quod labenti ramento commixtus sit. Ejus hæc est vis : e Lydis qui potentiores sunt, ipsum coemunt, et ante thesaurorum suorum limina ponunt, sicque secure illic repositum ac reconditum aurum custodiunt : quumque fures eo pervenire volunt, lapis hic tubæ clangorem emittit, illi autem tanquam a satellitibus abacti per præcipitia feruntur. Unde locus in quo violenta morte occubuerunt, Pactoli custodia vocatur.

IV. Rursus illic crescit herba purpureis floribus Chrysopolis dicta, cujus examine vicinarum urbium incolæ purum aurum probant. Nam ipso tempore quo id conflant, hanc herbam immergere solent, cujus folia, si adulteratum non sit aurum, inaurantur ; sed si corruptum sit, immutatam humiditatem respuunt et materiæ substantiam servant, ut refert Chrysermus in III de Fluminibus.

V. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Τμῶλος, παντοδαπῶν θηρίων πλῆρες· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Καρμανόριον, ἀπὸ Καρμάνορος, τοῦ Διονύσου καὶ Ἀλεξιρροίας παιδὸς, ὃς κυνηγετῶν ἀπέθανεν ὑπὸ κάπρου πληγείς· ὕστερον δὲ μετωνομάσθη Τμῶλος διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Τμῶλος, Ἄρεως καὶ Θεογόνης υἱὸς, βασιλεὺς Λυδίας, ἐν Καρμανορίῳ κυνηγετῶν ὄρει, καὶ θεασάμενος Ἀρρίππην παρθένον τῇ Ἀρτέμιδι συναναστρεφομένην, εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῆς [ἐν]έπεσε, καὶ πλεονεκτούμενος ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ἐπεδίωκεν αὐτὴν βιάσασθαι βουλόμενος· ἡ δὲ περικατάληπτος γενομένη ἀπέφυγεν εἰς τὸν ναὸν τῆς Ἀρτέμιδος. Καταφρονήσας δὲ τῆς δεισιδαιμονίας ὁ τύραννος, ἐν τῷ τεμένει τὴν κόρην ἔφθειρεν· ἡ δ' ἀθυμίᾳ συσχεθεῖσα βρόχῳ τὸν βίον περιέγραψεν. Ἀναξιοπαθήσασα δ' ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν ἡ θεὸς οἰστροπλῆγα τῷ προειρημένῳ ταῦρον ἐπέσκηψεν, ὑφ' οὗ ῥιφεὶς εἰς ὕψος, καὶ εἰς σκόλοπας κατενεχθεὶς, μετὰ βασάνων ἔθανε. Θεοκλύμενος δ', ὁ τοῦ προειρημένου παῖς, τὸν γεννήσαντα θάψας, τὸ ὄρος ἀπ' αὐτοῦ μετωνόμασεν.

VI. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος κισήρει παρόμοιος, καὶ σπανίως εὑρίσκεται· τετράκις γὰρ τῆς ἡμέρας ἀλλάσσει τὴν χρόαν· βλέπεται δὲ ὑπὸ παρθένων τῶν μήπω χρόνον φρονήσεως ἐχουσῶν· αἱ δὲ ὥραν ἔχουσαι γάμου ἐὰν δρῶσιν αὐτὸν, οὐδὲν ἀδικοῦνται παρὰ τῶν ὑβρίζειν θελόντων· καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν....

V. Adhæret ipsi mons Tmolus omnigenis belluis refertus, quem prius dixere Carmanorium, a Carmanore Bacchi et Alexirrhœæ filio, qui inter venandum mortuus est ab aprino porco vulneratus: et tandem Tmolus idcirco dictus fuit. Tmolus Martis et Theogones filius, Lydiæ rex, quum in Carmanorio monte venaretur, et Arrhippen virginem Dianæ adjunctam conspexisset, cœpit eam deperire, et ab amore superatus violandi animo persecutus est. Quæ quum nequiret evadere, confugit in templum Dianæ; sed quum religionem omnem rex contemneret, in ipsomet templo virginem vitiavit. Hæc autem præ tristitia resti finivit vitam. Indignata vero ob regis insolentiam Diana taurum in eum immisit furore exagitatum, a quo jactus in altum, et in palos præacutos delatus, obiit in tormentis ac cruciatibus. At Theoclymenus Tmoli filius, eo tumulato, montem postea a patre denominavit.

VI. Nascitur illic lapis pumici similis, qui infrequentius invenitur: quater enim in die mutat colorem, conspicique solum a virginibus, quæ propter ætatis imbecillitatem sapientia prædita non sunt. Quodsi quæ plenis sunt nubiles annis, eum conspexerint, nequicquam læduntur ab eis a quibus earum pudicitia attentatur, ut auctor est Clitophon....

VIII.

ΛΥΚΟΡΜΑΣ.

I. Λυκόρμας ποταμός ἐστι τῆς Αἰτωλίας· μετωνομάσθη δ' Εὔηνος δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἴδας ὁ Ἀφαρέως παῖς, δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν Μάρπησσαν ἁρπάσας, ἀπήνεγκεν εἰς Πλευρῶνα. Κατηχηθεὶς δὲ περὶ τῶν συμβεβηκότων ὁ Εὔηνος ἐπεδίωκε τὸν ἐπίβουλον τῆς ἰδίας θυγατρός· γενόμενος δὲ κατὰ Λυκόρμαν καὶ τῆς συλλήψεως ἀπελπίσας, ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν ἔβαλεν· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Εὔηνος μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη ζάρισα προσαγορευομένη, λόγχῃ παρόμοιος, ποιοῦσα πρὸς ἀμβλυωπίας ἄριστα· καθὼς ἱστορεῖ Ἀρχέλαος ἐν α' περὶ Ποταμῶν.

III. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Μύηνον καλούμενον, ἀπὸ Μυήνου τοῦ Τελέστορος καὶ Ἀλφεσιβοίας παιδός. Οὗτος γὰρ ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς φιλούμενος, καὶ μὴ θέλων μιαίνειν τὴν κοίτην τοῦ γεννήσαντος, εἰς Ἄλφιον ὄρος ἀνεχώρησε. [**] Τελέστωρ δὲ, τῷ ζήλῳ τῆς γυναικὸς συμπερινεχθεὶς, [**] τὴν ἐρημίαν μετὰ τῶν δορυφόρων κατὰ τοῦ τέκνου ληψόμενος ἐδίωκε. Μύηνος δὲ, φθάσας τοῦ πατρὸς τὰς ἀπειλὰς, κατεκρήμνισεν ἑαυτόν· τὸ δ' ὄρος κατὰ πρόνοιαν θεῶν ἀπ' αὐτοῦ Μύηνον μετωνομάσθη.

IV. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λευκόϊον ἄνθος, ὃ μη-

VIII.

LYCORMAS.

I. Lycormas fluvius est Ætoliæ, quem ea de causa Evenum denominavere: Idas Apharei filius amoris desiderio Marpessam captam in Pleuronem duxit. Quam raptam quum Evenus rescisset, filiæ suæ insidiatorem persecutus est: et quum juxta Lycormam pervenisset, nec fugitivum speraret se assecuturum, in fluvium se conjecit, qui ab eo Evenus dictus est.

II. Nascitur in ipso herba Sarissa nomine hastæ similis, quæ utilissima est ad sanandas oculorum obtusiones; ut Archelaus narrat in primo de Fluviis.

III. Non longe etiam visitur mons Myenus, a Myeno Telestoris et Alphesiboeæ filio sic dictus; qui dilectus a noverca, patrisque lectum temerare nolens, recessit in Alphium montem. *Tum illa innocentem adulterii insimulat.* Telestor autem conjugis zelo desertum invasit cum stipatoribus, ut filium corriperet. At Myenus parentis præveniens minas, se præcipitem dedit: unde mons deorum providentia ab eo Myenus vocatus est.

IV. Crescit in ipso flos Leucoium, id est alba viola,

τριᾶς ὀνομασθείσης μαραίνεται· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν γ′ περὶ Ὀρῶν.

IX.

ΜΑΙΑΝΔΡΟΣ.

I. Μαίανδρος ποταμός [ἐστι] τῆς Ἀσίας· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἀναβαίνων· μόνος γὰρ ἐκ πάντων τῶν ποταμῶν, ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀρχόμενος πηγῶν, εἰς ἑαυτὸν παλινδρομεῖ. Προσηγορεύθη δὲ Μαίανδρος ἀπὸ Μαιάνδρου, τοῦ Κερκάφου καὶ Ἀναξιδίας παιδὸς, ὃς πρὸς Πεσσινουντίους πόλεμον ἔχων ηὔξατο τῇ Μητρὶ τῶν θεῶν, ἐὰν ἐγκρατὴς γένηται τῆς νίκης, θύσειν τὸν πρῶτον αὐτῷ συγχαρέντα [ἐπὶ] ταῖς ἀνδραγαθίαις τρόπαια φέροντι. Ὑποστρέψαντι δὲ τῷ προειρημένῳ πρῶτος συνεχάρη συναντήσας ὁ παῖς Ἀρχέλαος μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τῆς ἀδελφῆς. Ὁ δὲ τῆς προειρημένης δεισιδαιμονίας ἀναμνησθεὶς, κατ' ἀνάγκην [τοῖς] βωμοῖς προσήγαγε τοὺς προσήκοντας. Ἀθυμήσας δ' ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν, ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Ἀναβαίνοντα, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Μαίανδρος προσηγορεύθη· καθὼς ἱστορεῖ Τιμόλαος ἐν α′ Φρυγιακῶν. Μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἀγαθοκλῆς ὁ Σάμιος ἐν τῇ Πεσσινουντίων πολιτείᾳ.

II. Δημόστρατος δὲ ὁ Ἀπαμιεὺς ἱστορίας μέμνηται τοιαύτης. Μαίανδρος ἀκμὴν στρατηγὸς χειροτονηθεὶς ἐξ ἐναντίας Πεσσινουντίων, καὶ παρ' ἐλπίδας τῆς νίκης ἐγκρατὴς γενόμενος, τὰ ἀναθήματα τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν διέδωκε τοῖς στρατιώταις· κατὰ δὲ πρόνοιαν τῆς θεᾶς τῶν σωφρονούντων λογισμῶν αἰφνιδίως ἀπαλλοτριωθεὶς, προσαπέκτεινε τὴν γυναῖκα καὶ τὸν υἱόν· ὀλίγον δὲ σωφρονήσας, καὶ εἰς μετάνοιαν ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι χωρήσας, ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς ποταμὸν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Μαίανδρος προσωνομάσθη.

III. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος κατ' ἀντίφρασιν Σώφρων καλούμενος, ὃν ἐὰν βάλῃς τινὸς εἰς κόλπον, ἐμμανὴς γίνεται καὶ φονεύει τινὰ τῶν συγγενῶν· ἐξιλασάμενος δὲ τὴν Μητέρα τῶν θεῶν, ἀπαλλάσσεται τοῦ πάθους· καθὼς ἱστορεῖ Δημάρατος ἐν γ′ περὶ Ποταμῶν. Μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἀρχέλαος ἐν α′ περὶ Λίθων.

IV. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Σίπυλον, τὴν προσηγορίαν ἔχον ἀπὸ Σιπύλου, τοῦ Ἀγήνορος καὶ Διωξίππης παιδός. Οὗτος γὰρ μητροκτονήσας κατ' ἄγνοιαν, καὶ ὑπ' Ἐρινύων οἰστρηλατηθεὶς, εἰς τὸ Κεραύνιον ὄρος ἦλθε, καὶ διὰ λύπης ὑπερβολὴν βρόχῳ τὸν βίον περιέγραψεν. Τὸ δ' ὄρος κατὰ πρόνοιαν θεῶν ἀπ' αὐτοῦ Σίπυλον ὠνομάσθη.

V. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος παρόμοιος κυλίνδρῳ· ὃν οἱ εὐσεβεῖς υἱοὶ ὅταν εὕρωσιν, ἐν τῷ τεμένει τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν τιθέασι, καὶ οὐδέποτε χάριν ἀσεβείας ἁμαρτάνουσιν· ἀλλὰ φιλοπάτορες ὑπάρχουσι, καὶ πρὸς τοὺς προσήκοντας συμπαθοῦσιν· ὡς ἱστορεῖ Ἀγαθαρχίδης ὁ Σάμιος ἐν δ′ περὶ Λίθων. Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Δημάρατος ἐν δ′ Φρυγίας.

qui pronuntiato novercæ vocabulo statim marcescit; ut testatur Dercyllus in III de Montibus.

IX.

MÆANDER.

I. Mæander fluvius est Asiæ (*Phrygiæ?*), qui prius vocatus est Anabænon, id est, retrogradus. Solus enim ex omnibus fluminibus ab ipsa origine in se ipsum recurrit. Dictus autem est Mæander a Mæandro Cercaphi et Anaxibiæ filio: qui moto contra Pessinuntios bello, Matri deorum pollicitus est, si victoriæ tropæa reportaret, eum qui primus sibi congratularetur ob præclare gesta, sacrificaturum. Accidit autem ut ei reverso primi occurrerent Archelaus filius ejus, soror, et mater: quos ex necessitate, licet proximos jure sanguinis, pollicitationis suæ non immemor, ad aras ducendos mactandosque curavit. Sed quum ob ea quæ gesta erant, vehementer doleret, præceps decidit in fluvium Anabænonta, quem ab eo postea dixere Mæandrum: ut docet Timolaus decimo de Rebus Phrygiis. Horum etiam meminit Agathocles Samius in Republica Pessinuntiorum.

II. At Demostratus Apamensis hanc historiam narrat: Mæander belli contra Pessinuntios dux electus, statim præter spem hoste profligato, donaria Matris deorum assignavit militibus. Quum autem deæ voluntate a mente sana alienatus esset, uxorem et filium enecavit: verum recuperata mente, non multo post pœnitens facti se ipsum in flumen conjecit, quod ab eo Mæander denominatum est.

III. Crescit in eo lapis per antiphrasim Sophron, id est, sapiens, dictus: quem si in alicujus sinum conjicias, stultescit statim, et e cognatis quendam occidit: placata vero deorum Matre liberatur ab hac passione, ut refert Demaratus in III de Fluminibus. De his etiam mentionem fecit Archelaus primo de Lapidibus.

IV. Nec procul distat mons Sipylus, a Sipylo Agenoris et Dioxippæ filio dictus. Hic etenim occisa matre per ignorantiam, et a Furiis vexatus, in Ceraunium montem pervenit, præque doloris vehementia se suspendit: mons autem diis ita volentibus ab eo Sipylus vocatus et.

V. Generatur in eo lapis cylindro similis, quem ubi pii filii invenere, in templo Matris deorum ipsum recondunt, nec unquam impie peccant, imo parentes diligunt, et cognatis suis morigeri sunt: ut scribit Agatharchides Samius in IV de Lapidibus. Quorum etiam meminit diligentius Demaratus in lib. IV de Phrygia.

X.

ΜΑΡΣΥΑΣ.

I. Μαρσύας ποταμός ἐστι τῆς Φρυγίας, κατὰ πόλιν Κελαινὰς κείμενος· προσηγορεύετο δὲ πρότερον πηγὴ Μίδα, δι' αἰτίαν τοιαύτην. Μίδας, βασιλεὺς Φρυγῶν, [περι]ερχόμενος τὰ ἐρημότερα τῆς χώρας, καὶ ἀνυδρίᾳ συνεχόμενος, ἤψατο τῆς γῆς, καὶ χρυσῆν ἀνέδωκε πηγήν, τοῦ ὕδατος χρυσοῦ γενομένου· καὶ ὑπόδιψος ὤν, καὶ τῶν ὑποτεταγμένων θλιβομένων, ἀνεκαλέσατο τὸν Διόνυσον· γενόμενος δ' ἐπήκοος ὁ θεὸς δαψιλὲς ὕδωρ ἀνέτειλε. Κορεσθέντων δὲ τῶν Φρυγῶν, Μίδας τὸν ἐκ τῆς κρήνης καταρρέοντα ποταμὸν Μίδα πηγὴν ἐκάλεσε. Μετωνομάσθη δὲ Μαρσύας διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Νικηθέντος ὑπ' Ἀπόλλωνος Μαρσύου καὶ ἐκδαρέντος, ἐκ τοῦ ῥεύσαντος αἵματος ἐγεννήθησαν Σάτυροί τε καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος, Μαρσύας καλούμενος· καθὼς ἱστορεῖ Ἀλέξανδρος Κορνήλιος ἐν γ' Φρυγιακῶν.

II. Εὐημερίδας δὲ ὁ Κνίδιος ἱστορίας μέμνηται τοιαύτης. Ὁ ἀσκὸς Μαρσύου τῷ χρόνῳ δαπανηθεὶς καὶ κατενεχθεὶς ἔπεσεν ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὴν Μίδα κρήνην· καὶ κατ' ὀλίγον καταφερόμενος, ἁλιεῖ τινι προσηνέχθη· κατὰ δὲ χρησμοῦ προσταγὴν Πεισίστρατος ὁ Λακεδαιμόνιος, παρὰ [τὰ] λείψανα τοῦ Σατύρου πόλιν κτίσας, Νώρικον αὐτὴν προσηγόρευσεν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος· νώρικον δὲ οἱ Φρύγες τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν ἀσκὸν καλοῦσι.

III. Γεννᾶται δ' ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ βοτάνη αὐλὸς ὀνομαζομένη, ἣν ἐὰν πρὸς ἄνεμον σείσῃ τις, μουσικὴν ἔχει μελῳδίαν· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν α' Σατυρικῶν.

IV. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Βερεκύνθιον καλούμενον, τὴν προσηγορίαν ἔχον ἀπὸ Βερεκύνθου τοῦ πρώτου ἱερέως γενομένου τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν.

V. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος καλούμενος μάχαιρα· ἔστι γὰρ σιδήρῳ παραπλήσιος· ὃν ἐὰν εὕρῃ τις τῶν μυστηρίων ἐπιτελουμένων τῆς θεᾶς, ἐμμανὴς γίνεται· καθὼς ἱστορεῖ Ἀγαθαρχίδης ἐν ταῖς Φρυγιακοῖς.

XI.

ΣΤΡΥΜΩΝ.

I. Στρυμὼν ποταμός ἐστι τῆς Θρᾴκης, κατὰ πόλιν Ἠδωνίδα· προσηγορεύετο δὲ πρότερον Παλαιστῖνος, ἀπὸ Παλαιστίνου τοῦ Ποσειδῶνος. Οὗτος γὰρ πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας ἔχων πόλεμον, καὶ εἰς ἀσθένειαν ἐμπεσὼν, τὸν υἱὸν Ἁλιάκμονα στρατηγὸν ἐπεμψεν· ὁ δὲ προπετέστερον μαχόμενος, ἀνῃρέθη. Περὶ δὲ τῶν συμβεβηκότων ἀκούσας Παλαιστῖνος, (καὶ) λαθὼν τοὺς δορυφόρους, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Κόνοζον· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Παλαιστῖνος ὠνομάσθη. Στρυμὼν δὲ [**] Ἄρεως παῖς καὶ Ἠλίκης, ἀκού-

X.

MARSYAS.

I. Marsyas fluvius est Phrygiæ, juxta civitatem Celænas fluens : quem prius Fontem Midæ ob id dicebant. Midas Phrygum rex quum remotiora regionis loca circuiret, et aquæ penuria laboraret, pede pulsavit terram : e qua exortus est aureus latex. Verum quum aurea flueret aqua, et ipse siti premeretur, afflictis civibus, Bacchum invocavit. Qui, exauditis ejus precibus, aquæ copiam porrexit. Saturatis autem Phrygibus, Midas fluvium qui ex hoc fonte fluebat, Midæ Fontem vocavit. Qui mutavit postea nomen : et Marsyas est cognominatus idcirco. Victo et excoriato ab Apolline Marsya, ex fluente sanguine orti sunt Satyri et fluvius cognominis Marsyas : ut narrat Alexander Cornelius tertio Rerum Phrygiarum.

2. Euemeridas vero Cnidius hanc scribit historiam. Uter Marsyæ exesus tempore et delatus, e terra in Midæ fontem decidit, paulatimque fluendo a piscatore quodam repertus est. At ex oraculi præcepto Pisistratus Lacedæmonius juxta Satyri reliquias, ab eventu urbem condidit, eamque Noricum denominavit : *noricum* autem Phryges idiomate suo utrem vocant.

III. Crescit in illo fluvio herba Aulus, id est tibia, dicta; quæ si ad ventum moveatur, dulce melos resonat : ut refert Dercyllus libro primo Satyricorum.

IV. Finitimus illi est mons Berecynthius, nomen sortitus a Berecyntho primo deorum Matris sacerdote.

V. Nascitur in eo lapis Machæra vocatus : est enim ferro valde similis : quem si quis inveniat dum deæ mysteria peraguntur, statim furore corripitur : auctore Agatharchide in Rebus Phrygiis.

XI.

STRYMON.

I. Strymon fluvius est Thraciæ, juxta civitatem Edonidem : qui prius Palæstinus a Palæstino Neptuni filio vocabatur. Ille enim quum adversus conterminos bellaret, et gravi morbo detineretur, filium Haliacmonem exercitui ducem præfecit : qui quum temerario pugnam commisisset, occisus est. Cujus infortunii certior factus Palæstinus, clam stipatoribus præ gravi dolore se dedit præcipitem in fluvium Conozum, quem ab eo postea dixere Palæstinum. Strymon autem *appellatus est de causa ejusmodi.*

σας περὶ τῆς Ῥήσου τελευτῆς, καὶ ἀθυμίᾳ συσχεθείς, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Παλαιστῖνον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Στρυμὼν μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος, παυσίλυπος καλούμενος· ὃν ἐὰν εὕρῃ τις πενθῶν, παύεται παραχρῆμα τῆς κατεχούσης αὐτὸν συμφορᾶς· καθὼς ἱστορεῖ Ἰάσων ὁ Βυζάντιος ἐν τοῖς Θρᾳκικοῖς.

III. Παράκεινται δ' αὐτῷ ὄρη Ῥοδόπη καὶ Αἷμος. Οὗτοι ἀδελφοὶ τυγχάνοντες, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἀλλήλων ἐμπεσόντες, ὁ μὲν αὐτὴν Ἥραν προσηγόρευσεν, ἡ δὲ τὸν ἀγαπώμενον Δία. Μισοπονήρως δ' οἱ ἀτιμούμενοι θεοὶ τὴν πρᾶξιν ἐνεγκόντες, εἰς ὁμώνυμα ὄρη μετέβαλον ἀμφοτέρους.

IV. Γεννῶνται δ' ἐν αὐτοῖς λίθοι φιλάδελφοι λεγόμενοι, κοραξοὶ τὴν χρόαν, ἀνθρωπόμιμοι· οὗτοι τεθέντες χωρὶς ἀλλήλων καὶ ὀνομασθέντες, διαλύονται παραχρῆμα καὶ ἰδιας· καθὼς ἱστορεῖ Θράσυλλος Μενδήσιος ἐν γ' περὶ Λίθων· μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον [**] ἐν τοῖς Θρᾳκικοῖς.

XII.

ΣΑΓΑΡΙΣ.

I. Σάγαρις ποταμός ἐστι τῆς Φρυγίας· προσηγορεύετο δὲ πρότερον Ξηροβάτης ἀπὸ τοιούτου συγκυρήματος· τῷ γὰρ θερινῷ καταστήματι ξηρὸς ὁρᾶται πολλάκις· ἐκλήθη δὲ Σάγαρις δι' αἰτίαν τοιαύτην. Σάγαρις, Μύγδονος καὶ Ἀλεξιρρόης παῖς, τὰ μυστήρια τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν ἐξουθενίζων, τοὺς ἱερεῖς (καὶ Γάλλους) αὐτῆς ὕβρισεν. Ἡ δὲ μισοπονήρως ἐνεγκοῦσα τὴν πρᾶξιν τῷ προειρημένῳ μανίαν ἐνέσκηψεν. Ὁ δὲ τῶν φρονίμων λογισμῶν ἐκστὰς, ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς ποταμὸν Ξηροβάτην, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Σάγαρις μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος, αὐτόγλυφος καλούμενος· εὑρίσκεται γὰρ τετυπωμένην ἔχων τὴν Μητέρα τῶν θεῶν. Τοῦτον τὸν λίθον σπανίως εὑρισκόμενον ἐὰν εὕρῃ τις [τῶν] ἀποτεμνομένων, οὐ ξενίζεται, ἀλλ' εὐψύχως φέρει τῆς παρὰ φύσιν πράξεως τὴν ὄψιν· καθὼς ἱστορεῖ Ἀρετάζης ἐν τοῖς Φρυγιακοῖς.

III. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος, Βαλληναῖον καλούμενον, ὅπερ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον βασιλικόν· τὴν προσηγορίαν ἔχον ἀπὸ Βαλληναίου, τοῦ Γανυμήδους καὶ Μηδησιγίστης παιδός. Οὗτος γὰρ τὸν γεννήσαντα θεασάμενος ἀποτηκόμενον, τοῖς ἐγχωρίοις καὶ Βαλληναῖον ἑορτὴν κατέδειξε μέχρι νῦν καλούμενον.

IV. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος, καλούμενος ἀστήρ. Οὗτος εἰωθε νυκτὸς βαθείας πυρὸς δίκην λάμπειν, τοῦ φθινοπώρου τὴν ἀρχὴν λαμβάνοντος· προσαγορεύεται δὲ τῇ διαλέκτῳ τῶν ἐγχωρίων Βαλλήν· ὅπερ μεθερμηνευόμενόν ἐστι βασιλεύς· καθὼς ἱστορεῖ Ἑρμησιάναξ Κύπριος ἐν β' Φρυγιακῶν.

Strymon Martis et Helices filius, quum Rhesum occubuisse intellexisset, tristitia oppressus se ipsum conjecit in fluvium Palæstinum; a quo transnominatus est Strymon.

II. Crescit in ipso lapis, quem Pausilypum, id est dolores sedantem, vocant: hunc si quis affectus mœrore offenderit, ab eo liberatur statim, ut docet Iason Byzantius in Thracicis.

III. Adstant prope montes Rhodope et Hæmus, qui quum fratres essent, et invicem diligerent se, hic sororem suam Junonem ausus est dicere, illa vero amasium suum Jovem, non sine impietate. Quam quum pati non possent dei, in cognomines montes utrumque transformarunt.

IV. In his nascuntur lapides Philadelphi, id est fratres amantes, dicti, coracino colore, humani generis imitatores: qui si, quum disjuncti et separati sunt, nominentur, dissolvuntur subito et seorsim(?): ut testatur Thrasyllus Mendesius tertio de Lapidibus: diligentius etiam..... in Thracicis horum meminit.

XII.

SAGARIS.

I. Sagaris Phrygiæ fluvius est: prius ab hoc casu Xerobates dictus, quod æstivo utplurimum tempore siccus sit. Sagarim vero eum vocavere hac de causa. Sagaris Mygdonis et Alexirrhoes filius, spretis sæpius Matris deorum mysteriis, sacerdotes Gallos injuriis affecit. Quæ quum moleste hæc ferret, furorem immisit ipsi: demens autem hic factus se conjecit in fluvium Xerobaten, qui ab eo tandem est dictus Sagaris.

II. Nascitur in ipso lapis nomine Autoglyphus, id est sponte sculptus: invenitur enim cum expressa Matris deorum effigie. Quem si præcisorum aliquis admodum difficilem inventu reperiat, non novitate stupet, sed intrepido vultu præter naturam gesta conspicit: ut narrat Aretazes in Rebus Phrygiis.

III. Juxta situs est mons Ballenæus, hoc est regius, Phrygum lingua, nomen habens a Ballenæo Ganymedis et Medesigistes (*Medesicastes?*) filio: qui quum patrem tabe pæne confectum (*castratum?*) videret, indigenis festum Ballenæum ita huc usque vocatum instituit.

IV. Nascitur in ipso lapis Aster dictus, qui lucere media nocte instar ignis, ipso autumni initio consuevit. Indigenarum dialecto Ballen vocatur; quod, si interpreteris, regem significat: teste Hermesianacte Cyprio, Rerum Phrygiarum secundo libro.

XIII.

ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΣ.

I. Σκάμανδρος ποταμός ἐστι τῆς Τρωάδος· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ξάνθος, μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Σκάμανδρος, Κορύβαντος καὶ Δημοδίκης παῖς, τῶν τῆς Ῥέας μυστηρίων τελουμένων, αἰφνιδίως θεασάμενος [τὴν θεὸν] ἐμμανὴς ἐγένετο, καὶ μεθ' ὁρμῆς ἐπὶ Ξάνθον τὸν ποταμὸν ἐνεχθεὶς, ἑαυτὸν εἰς τοῦτον ἔβαλεν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Σκάμανδρος μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη σεῖστρος καλουμένη, παραπλήσιος ἐρεβίνθῳ, κόκκους δ' ἔχει σειομένους, ὅθεν τὴν προσηγορίαν ἔλαβε· ταύτην οἱ κατέχοντες οὔτε φαντασίαν οὔτε θεὸν ὀφθέντα φοβοῦνται· καθὼς ἱστορεῖ Δημόστρατος ἐν β' περὶ Ποταμῶν.

III. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Ἴδη, τὸ πρότερον δ' ἐκαλεῖτο Γάργαρον· ὅπου Διὸς καὶ Μητρὸς θεῶν βωμοὶ τυγχάνουσιν. Ἴδη δὲ μετωνομάσθη δι' αἰτίαν τοιαύτην. Αἰγέσθιος, ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Διὸς, [κερνο]φόρου κόρης Ἴδης ἐρασθείς, συνῆλθε τῇ προειρημένῃ, καὶ ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς τοὺς εἰρημένους Ἰδαίους Δακτύλους. Γενομένης δ' αὐτῆς ἄφρονος ἐν τῷ τῆς Ῥέας ἀδύτῳ, Αἰγέσθιος εἰς τιμὴν τῆς προειρημένης τὸ ὄρος Ἴδην μετωνόμασεν.

IV. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος Κρύφιος, ὃς μόνοις τοῖς μυστηρίοις τῶν θεῶν φαίνεται· καθὼς ἱστορεῖ Ἡράκλειτος Σικυώνιος ἐν β' περὶ Λίθων.

XIV.

ΤΑΝΑΪΣ.

I. Τάναϊς ποταμός ἐστι τῆς Σκυθίας· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἀμαζόνιος, διὰ τὸ τὰς Ἀμαζόνας λούεσθαι ἐν αὐτῷ· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Τάναϊς, Βηρωσσοῦ καὶ Λυσίππης, μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων, παῖς, σωφρονέστατος ὑπάρχων, τὸ γυναικεῖον γένος ἐμίσει, μόνον Ἄρη σεβόμενος· ἐν ἀτιμίᾳ δ' εἶχε καὶ τὸ γαμεῖν. Ἡ δ' Ἀφροδίτη ἐπιθυμίαν αὐτῷ τῆς μητρὸς ἐνέσκηψεν. Ὁ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀντεμάχετο τῷ πάθει· νικώμενος δὲ ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τῶν οἴστρων, καὶ εὐσεβὴς διαμεῖναι βουλόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς τὸν Ἀμαζόνιον ποταμόν· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Τάναϊς μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ φυτὸν, Ἁλίνδα καλούμενον· παρόμοια δ' ἔχει τὰ φύλλα κράμβης. Τοῦτο λειοτριβοῦντες οἱ τὴν χώραν κατοικοῦντες ἀλείφονται τῷ χύλῳ, καὶ θερμαινόμενοι, τὸ ψῦχος εὐρώστως καρτεροῦσιν. Καλοῦσι δὲ τῇ σφῶν διαλέκτῳ [**] Βηρωσσοῦ ἔλαιον.

III. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ καὶ λίθος κρυστάλλῳ παραπλήσιος, ὢν ἀνθρωπόμιμος, ἐστεμμένος. Ὅταν δ' ἀποθάνῃ βασιλεὺς, ἀρχαιρεσίας παρὰ τὸν ποταμὸν τελοῦσιν· καὶ ὃς ἂν εὑρεθῇ τὸν λίθον ἐκεῖνον ἔχων, παραχρῆμα βασιλεὺς γίνεται, καὶ τὰ σκῆπτρα παραλαμβάνει τοῦ τε-

XIII.

SCAMANDER.

I. Scamander Troadis fluvius est, quem prius Xanthum dicebant : et hac de causa mutavit postea nomen. Scamander, Corybantis et Demodices filius, dum Rheæ mysteria celebrarentur, derepente conspecta *dea*, furere cœpit, et cum impetu in fluvium Xanthum delatus, se ipsum in eum dedit præcipitem : unde Scamander tandem dictus est.

II. Nascitur in ipso herba quam Sistrum nominant, erebintho similis, acinos se moventes habens : unde nomen sortita est. Hanc qui possident, nec phantasmata nec deorum præsentias timent : ut docet Demostratus secundo de Fluminibus.

III. Adhæret ipsi mons Ide, qui prius vocabatur Gargarus, ubi Jovis et Matris deorum altaria occurrunt. Ide autem ob id dictus est ille mons, quod Ægesthius ab Jove trahens originem, vasa sacra portantis puellæ Idæ amore flagrans, cum ea congressus sit, et Idæos quos vocant Dactylos procrearit. Nam quum demens (*evanida ?*) ea facta esset in Rheæ adyto, Ægesthius monti nomen Idæ indidit in ejus honorem.

IV. Crescit in ipso lapis Cryphius, id est occultus, qui solet tantum apparere in deorum mysteriis, ut scripsit Heraclitus Sicyonius secundo de Lapidibus.

XIV.

TANAIS.

I. Tanais fluvius est Scythiæ, Amazonius antea dictus, quod in ipso lavarentur Amazones : mutavit autem nomen ob hanc causam. Tanais, Berossi et Lysippes Amazonum unius filius, muliebre genus, quum esset continentissimus, oderat, et solum Martem, spretis contemptisque nuptiis, in honore habebat. Venus vero propriæ matris ei desiderium immisit : cujus ab initio amorem ille viriliter respuit, sed ab œstrorum necessitate superatus, et volens in eadem pietate et continentia permanere, se ipsum conjecit in fluvium Amazonium : qui ab eo Tanais denominatus est.

II. Nascitur in ipso planta Halinda dicta, folia crambæ simillima gestans; quam illius regionis incolæ postquam contriverunt, ejusque succo se unxerunt, calefacti frigus constanter perferunt. Vocatur ab iis propria dialecto.... quod est Berossi oleum.

III. Crescit et in ipso lapis crystallo proximus, humanam figuram referens, et coronatus : hunc qui invenerit, dum creando regi habent comitia juxta fluvium, post regis mortem, statim rex creatur, sceptraque defuncti suscipit :

λευτήσαντος· καθὼς ἱστορεῖ Κτησιφῶν ἐν γ' περὶ Φυτῶν· μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἀριστόβουλος ἐν α' περὶ Λίθων.

IV. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος, τῇ διαλέκτῳ τῶν ἐνοικούντων προσαγορευόμενον Βριξάβα, ὅπερ μεθερμηνευόμενον Κριοῦ μέτωπον· ὠνομάσθη δὲ διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Φρίξος ἀποβαλὼν παρὰ τὸν Εὔξεινον πόντον Ἕλλην τὴν ἀδελφὴν, καὶ διὰ τὰ δίκαια τῆς φύσεως συγκεχυμένος, ἐν ταῖς ἀκρωρείαις λόφου τινὸς κατέλυσεν. Βαρβάρων δέ τινων θεασαμένων αὐτὸν, καὶ μεθ' ὅπλων ἀναβαινόντων, ὁ χρυσόμαλλος κριὸς προχύψας, καὶ ἰδὼν τὸ πλῆθος τῶν ἐπερχομένων, ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρησάμενος, διεγείρει τὸν Φρίξον ἀναπαυόμενον, καὶ ἀναλαβὼν τὸν προειρημένον, μέχρι Κόλχων εἰσήνεγκεν. Ὁ δὲ λόφος ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος Κριοῦ μέτωπον προσηγορεύθη.

V. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη, τῇ διαλέκτῳ τῶν βαρβάρων Φρίξα καλουμένη, ὅπερ μεθερμηνευόμενόν ἐστι μισοπόνηρος· πηγάνῳ δέ ἐστι παρόμοιος· ἣν οἱ πρόγονοι κρατοῦντες, οὐδὲν ὑπὸ μητριιῶν ἀδικοῦνται· μάλιστα δὲ φύεται παρὰ [τὸ] Βορέου προσαγορευόμενον ἄντρον. Συλλεγομένη δ' ἐστὶ ψυχροτέρα χιόνος· ὅταν δέ τινι ἐκ μητρυιᾶς ἐπιβουλὴ γένηται, φλόγας ἀναδίδωσι· καὶ τοῦτο σύσσημον ἔχοντες οἱ φοβούμενοι τὰς ἐπιγεγαμημένας, ἐκκλίνουσι τῶν ἐπικειμένων φόβων τὰς ἀνάγκας· καθὼς ἱστορεῖ Ἀγάθων ὁ Σάμιος ἐν β' Σκυθικῶν.

IV. Adhæret eidem fluvio mons indigenarum vernacula lingua Brixaba vocatus, quæ vox significat Arietis frontem. Dictus autem ita est hac de causa. Phrixus, amissa in Ponto Euxino Helle sorore, et ut naturæ jus postulabat conturbatus, in cacumen montis cujusdam solus divertit. Quem quum barbari quidam vidissent, et cum armis illuc ascendissent, aries aurei velleris erumpens et foras prospectans, advenientium multitudinem conspexit, expriemensque vocem humanam, Phrixum requiescentem excitavit, et excitatum Colchos usque detulit; unde collis a casu frons Arietis dictus fuit.

V. Provenit in eo herba quæ a barbaris Phrixa vocatur, id est, si vocabulum illud velis interpretari, malos odio prosequens. Rutæ similis est, et si a privignis corripiatur, nequaquam iis novercæ officere possunt. Maxime vero provenit in antro quod vocant Boreæ, collectaque nive frigidior est: at quum cuidam parantur insidiæ a noverca, flammas edit; quod indicium qui supraductas uxores timent, habentes, imminentis timoris necessitatem evitant: ut testatur Agathon Samius secundo Rerum Scythicarum.

XV.

ΘΕΡΜΩΔΩΝ.

Θερμώδων ποταμός ἐστι [τῆς] Σκυθίας, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Κρύσταλλος· ἐκεῖνος γὰρ καὶ θέρους πήσσεται, τῆς τοποθεσίας τὴν τοιαύτην ἰδέαν διεξαγούσης· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην ***.

XV.

THERMODON.

Thermodon Scythiæ fluvius est, denominationem a casu nactus: nam prius Crystallum dicebant, quod ipsa æstate congeletur, loci situ in hoc habitu et forma permanente. Ideo autem mutavit nomen: (*cetera absorpsit lacuna* 32 *versuum in cod.*)

XVI.

ΝΕΙΛΟΣ.

I. Νεῖλος ποταμός ἐστι τῆς Αἰγύπτου, κατὰ πόλιν Ἀλεξάνδρειαν· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Μέλας, ἀπὸ Μέλανος τοῦ Ποσειδῶνος· ὕστερον δ' Αἴγυπτος ἐπεκλήθη δι' αἰτίαν τοιαύτην. Αἴγυπτος, Ἡφαίστου καὶ Λευκίππης παῖς, βασιλεὺς ὑπῆρχε τῶν τόπων· δι' ἐμφύλιον δὲ πόλεμον μὴ ἀναβαίνοντος τοῦ Νείλου, καὶ λιμῷ συνεχομένων τῶν ἐγχωρίων, ἔχρησεν ὁ Πύθιος τὴν εὐφορίαν, ἐὰν ὁ βασιλεὺς ἀποτρόπαιον θεοῖς τὴν θυγατέρα θύσῃ. Θλιβόμενος δὲ ὑπὸ τῶν κακῶν ὁ τύραννος, τοῖς βωμοῖς Ἀγανίππην προσήγαγε. Τῆς δὲ διασπασθείσης, ὁ Αἴγυπτος δι' ὑπερβολὴν τῆς λύπης ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Μέλανα· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Αἴγυπτος μετωνομάσθη. Προσηγορεύθη δὲ Νεῖλος δι' αἰτίαν τοιαύτην. Γαρμαθώνη, τῶν κατ' Αἴγυπτον βασίλισσα τόπων ἀποβαλοῦσα τὸν υἱὸν αὐτῆς Χρυσο-

I. Nilus Ægypti fluvius est juxta Alexandriam civitatem; qui dicebatur antea Melas a Melane Neptuni filio: tandem vero vocatus fuit Ægyptus ob hanc causam. Ægyptus, Vulcani et Leucippes filius, Ægypti imperium tenuit. Quum autem ob civile bellum non retrocederet Nilus (*imo Melas*), et fame premerentur indigenæ, respondit Pythius fertilitatem tunc demum futuram, quum rex averruncatricem deis natam sacrificasset. Aganippen itaque hic ad altaria duxit miseris et calamitatibus oppressus. Sed ea immolata tantum animo Ægyptus dolorem concepit, ut se ipsum in fluvium Melanem præcipitem dederit: qui ab eo vocatus est Ægyptus. Sumpsit vero postea nomen Nili hac de causa. Garmathone (Argantione?) Ægypti regina, amisso Chrysochoa filio vix

χόαν, ἀκμὴν ἔφηβον, μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐθρήνει συμπαθῶς τὸν προειρημένον. Ἴσιδος δ' αἰφνιδίως ἐπιφανείσης, τὴν λύπην πρὸς καιρὸν ὑπερέθετο, καὶ προσποιητὴν χαρὰν σκηψαμένη, τὴν θεὸν ὑπεδέξατο φιλανθρώπως. Ἡ δὲ τὴν διάθεσιν τούτων ἀμείψασθαι βουλομένη τῆς εὐσεβείας, Ὄσιριν παρεκέλευσεν, ὅπως ἀναγάγῃ τὸν υἱὸν αὐτῆς ἐκ τῶν καταχθονίων τόπων. Τούτου δὲ ταῖς δεήσεσι τῆς γυναικὸς συμπεριενεχθέντος, Κέρβερος, ὃν ἔνιοι καλοῦσι Φοβερὸν, ὑλάκτησε· Νεῖλος δὲ, τῆς Γαρμαθώνης ἀνὴρ, αἰφνιδίως ἔνθεος γενόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν καλούμενον Αἴγυπτον· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Νεῖλος μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος κυάμῳ παρόμοιος, ὃν ἂν κύνες ἴδωσιν, οὐχ ὑλακτοῦσι· ποιεῖ δὲ ἄριστα πρὸς τοὺς δαιμονιζομένους· ἅμα γὰρ αὐτὸν προστεθῆναι ταῖς ῥισὶν, ἀπέρχεται τὸ δαιμόνιον. Γεννῶνται δὲ καὶ ἄλλοι λίθοι, κόλλωτες καλούμενοι· τούτους κατὰ τὴν ἀνάβασιν τοῦ Νείλου συλλέγουσαι χελιδόνες κατασκευάζουσι τὸ προσαγορευόμενον Χελιδόνιον τεῖχος· ὅπερ ἐπέχει τοῦ ὕδατος τὸν ῥοῖζον, καὶ οὐκ ἐᾷ κατακλυσμῷ φθείρεσθαι τὴν χώραν· καθὼς ἱστορεῖ Θράσυλλος ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς.

III. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος, Ἄργιλλον καλούμενον ἀπ' αἰτίας τοιαύτης. Ζεὺς δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν ἐκ Λύκτου, πόλεως Κρητικῆς, Ἄργην νύμφην ἁρπάσας, ἀπήνεγκεν εἰς ὄρος τῆς Αἰγύπτου, Ἄργιλλον καλούμενον· καὶ ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς υἱὸν, καλούμενον Διόνυσον· ὃς ἀκμάσας, εἰς τιμὴν τῆς μητρὸς τὸν λόφον Ἄργιλλον μετωνόμασε· στρατολογήσας δὲ Πᾶνας καὶ Σατύρους, [τοῖς] ἰδίοις σκήπτροις Ἰνδοὺς ὑπέταξε· νικήσας δὲ καὶ Ἰβηρίαν, Πᾶνα κατέλιπεν ἐπιμελητὴν τῶν τόπων· ὃς τὴν χώραν ἀπ' αὐτοῦ Πανίαν μετωνόμασεν· ἣν οἱ μεταγενέστεροι παραγώγως Σπανίαν προσηγόρευσαν· καθὼς ἱστορεῖ Σωσθένης ἐν ιγ' Ἰβηρικῶν.

pubertatis annos ingresso, eum cum domesticis amare lugebat. At Iside ei subito apparente, mœrorem ad tempus remittens, deam humanissime excepit, fingens præsentiam illam sibi lætissimam esse. Quæ quum debitas ejus pietati gratias reddere vellet, Osiridi præcepit, ut filium ex infernalibus locis reduceret. Eo autem ad mulieris preces se conformante, Cerberus, quem aliqui Phoberum, id est tremendum, appellant, allatravit : unde Nilus repentino percitus furore in fluvium Ægyptum decidit, qui ab eo Nilus est denominatus.

II. Producitur in ipso lapis fabæ speciem referens, quem statim atque canes viderint, non allatrant. Juvat a dæmone possessos : ubi enim admotus est naribus, expellitur subito dæmonium. Reperiuntur et illic alii lapides Collotes dicti, quos hirundines adversus Nili alluvionem colligunt, ut ex iis murum quem Chelidonium vocant, ædificent, ad cohibendos aquarum impetus, et ut regio perpetuo diluvio non corrumpatur aut devastetur : ut docet Thrasyllus in Ægyptiacis.

III. Adhæret ipsi mons Argillus ob hanc causam vocatus. Juppiter amoris desiderio perculsus, ex Lycto Cretæ civitate Argen Nympham rapuit, eamque in montem Ægypti Argillum (?) duxit, ubi filium sustulit, quem dixere Dionysum. Verticem ille, quum ad ætatis florem pervenisset, in honorem matris Argillum vocavit, coactoque Panum et Satyrorum exercitu, sceptro suo Indos subjecit, devictaque Iberia Panem illorum locorum præsidem reliquit : qui regionem a se ipso Paniam nominavit : unde posteri sumpta derivatione Spaniam eam tandem appellarunt, ut refert Sosthenes in XIII Rerum Ibericarum.

XVII.

ΕΥΡΩΤΑΣ.

I. Εὐρώτας [**] Ἵμερος, Ταϋγέτης νύμφης καὶ Λακεδαίμονος παῖς, διὰ μῆνιν Ἀφροδίτης κατ' ἄγνοιαν ἐν παννυχίδι τὴν ἀδελφὴν Κλεοδίκην βιασάμενος ἔφθειρε· τῇ δ' ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν κατηχηθεὶς περὶ τῶν συμβεβηκότων, καὶ ἀθυμήσας, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Μαραθῶνα· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἵμερος μετωνομάσθη. Ὕστερον δ' Εὐρώτας ἐκλήθη δι' αἰτίαν τοιαύτην. Λακεδαιμονίων πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον ἐχόντων, καὶ τὴν πανσέληνον περιμενόντων, Εὐρώτας, ὁ τῶν προειρημένων στρατηγὸς, καταφρονήσας πάσης δεισιδαιμονίας, συνέβαλε τὴν παράταξιν, καίπερ ὑπ' ἀστραπῶν τε καὶ κεραυνῶν κωλυόμενος· ἀποβαλὼν δὲ τὸ στράτευμα, καὶ λύπῃ συσχεθεὶς, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς τὸν ποταμὸν τὸν Ἵμερον· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Εὐρώτας μετωνομάσθη.

XVII.

EUROTAS.

I. Eurotas *fluvius est Laconicæ, olim Himerus vocatus ob hujusmodi causam.* Himerus, Taygetæ nymphæ et Lacedæmonis filius, ob infensam sibi Venerem, inscius in pervigilio sororem Cleodicen vitiavit : sequenti autem die comperta rei veritate, in extremam tristitiam redactus, præ mœroris violentia præceps delatus est in fluvium Marathonem; qui ab eo dictus est Himerus. Postea vero Eurotas ideo vocatus est. Quum Lacedæmonii contra Athenienses bellum gererent, et plenilunium exspectarent, Eurotas illorum imperator, spreta omni superstitione, instructum exercitum commisit in pugnam, licet obstarent fulmina et fulgura. Sed amisso exercitu, et vehementi cruciatus mœrore, se ipsum conjecit in fluvium Himerum, qui ab eo nuncupatus est Eurotas.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος περιχεφαλαία παρόμοιος, θρασύδειλος προσαγορευόμενος. Ἅμα γὰρ σάλπιγγος ἀκούειν ἐπὶ τὴν ὄχθαν προχωρεῖ· τῶν δ' Ἀθηναίων ὀνομασθέντων, καὶ εἰς τὸν βυθὸν ἅλλεται. Κεῖνται δὲ πολλοὶ καθιερωθέντες ἐν τῷ ναῷ τῆς Χαλκιοίκου Ἀθηνᾶς· καθὼς ἱστορεῖ Νικάνωρ ὁ Σάμιος ἐν β' περὶ Ποταμῶν.

III. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος, Ταΰγετον προσονομαζόμενον, τὴν προσηγορίαν εἰληφὸς ἀπὸ Ταϋγέτης νύμφης, ἣν ὁ Ζεὺς βιασάμενος ἔφθειρεν· ἡ δὲ λύπῃ συσχεθεῖσα, βρόχῳ τὸν βίον περιέγραψεν ἐν ἀκρωρείαις ὄρους Ἀμυκλαίου· ὅπερ ἀπ' αὐτῆς Ταΰγετον προσωνομάσθη.

IV. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη, καλουμένη Χαρισία, ἣν [αἱ] γυναῖκες, ἔαρος ἀρχομένου, τοῖς τραχήλοις περιάπτουσι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν συμπαθέστερον ἀγαπῶνται· καθὼς ἱστορεῖ Κλεάνθης ἐν α' περὶ Ὀρῶν. Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Σωσθένης ὁ Κνίδιος, παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν εἴληφεν Ἑρμογένης.

XVIII.

ΙΝΑΧΟΣ.

I. Ἶναχος ποταμός ἐστι τῆς Ἀργείας χώρας· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Καρμάνωρ [**] Ἁλιάκμων δὲ, τῷ γένει Τιρύνθιος, ἐν τῷ Κοκκυγίῳ ποιμαίνων ὄρει, καὶ κατ' ἄγνοιαν τῇ Ῥέᾳ συγγινόμενον τὸν Δία θεασάμενος, ἐμμανὴς ἐγένετο, καὶ μεθ' ὁρμῆς ἐνεχθεὶς, ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Καρμάνορα· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἁλιάκμων μετωνομάσθη· προσηγορεύθη δ' Ἶναχος δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἶναχος, Ὠκεανοῦ παῖς, φθαρείσης τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Ἰοῦς ὑπὸ Διὸς, τὸν θεὸν βλασφήμοις λοιδορίαις ἐπέπληττε κατόπιν ἀκολουθῶν· ὁ δ' ἀναξιοπαθήσας ἐπεμψεν αὐτῷ Τισιφόνην, μίαν τῶν Ἐρινύων· ὑφ' ἧς ἐξοιστρηλατούμενος ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Ἁλιάκμονα, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἶναχος μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη, Κύνουρα καλουμένη, πηγάνῳ προσόμοιος· ἣν αἱ γυναῖκες, ὅταν ἀκινδύνως ἐκτρῶσαι θελήσωσιν, ἐν οἴνῳ βεβρεγμένην τοῖς ὀμφαλοῖς ἐπιτιθέασιν.

III. Εὑρίσκεται δ' ἐν αὐτῷ καὶ λίθος βηρύλλῳ παρόμοιος· ὃν ἐὰν κρατήσωσιν οἱ ψευδομαρτυρεῖν ἐθέλοντες, μέλας γίνεται. Κεῖνται δὲ πολλοὶ ἐν τῷ τεμένει τῆς Προσυμναίας Ἥρας· καθὼς ἱστορεῖ Τιμόθεος ἐν τοῖς Ἀργολικοῖς· μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἀγάθων ὁ Σάμιος ἐν β' περὶ Ποταμῶν. Ἀγαθοκλῆς δὲ Μιλήσιος ἐν τοῖς περὶ Ποταμῶν φησὶ, τὸν Ἶναχον διὰ πανουργίαν ὑπὸ τοῦ Διὸς κεραυνωθέντα, ξηρὸν γενέσθαι.

IV. Παράκεινται δ' αὐτῷ ὄρη Μυκῆναί τε καὶ Ἀπέσαντος, καὶ Κοκκύγιον, καὶ Ἀθηναῖον, τὰς προσηγορίας εἰληφότα διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Τὸ μὲν Ἀπέ-

II. Nascitur illic lapis galeæ similis Thrasydilus dictus, quasi *audax una et timidus* : nam statim atque tubam audit, prosilit ad ripam; at Atheniensium pronunciato vocabulo, mergitur in profundum. Exstant non pauci ex illis lapidibus consecrati in templo Palladis Chalciœcæ; ut testatur Nicanor Samius secundo de Fluminibus.

III. Non longe distat ab eo mons Taygetus, sic dictus a Taygete nympha, quæ a Jove vitiata et vi doloris superata, reste finivit vitam in cacuminibus montis Amyclæi, qui ab ea Taygetus fuit denominatus.

IV. Nascitur in ipso planta Charisium dicta, quod idem est ac munificentia : quam mulieres ineunte vere collo appendunt, et vehementius ita a viris amantur; ut auctor est Cleanthes primo de Montibus. Meminit et horum diligentius Sosthenes Cnidius, a quo sumpsit argumentum Hermogenes.

XVIII.

INACHUS.

I. Inachus Argivæ regionis fluvius est, Carmanor antea dictus, *deinde Haliacmon* : hac de causa. Haliacmon Tirynthius genere, quum in Coccygio monte pasceret, et per inscitiam Jovem cum Rhea (*imo* Junone) rem habentem vidisset, furiosus evasit : et cum impetu delatus, se ipsum in fluvium Carmanora præcipitavit : qui ab eo Haliacmon vocatus est. Inachus autem dictus tandem est ob hanc causam. Inachus Oceani filius, vitiata a Jove filia sua Io, deum injuriis et contumeliis increpabat a tergo sequens : quum non potis esset talia pati Juppfter, Tisiphonen Erinnyum unam ad ipsum misit : a qua stimulatus se ipsum conjecit in fluvium Haliacmona : quem ab eo postea vocavere Inachum.

II. Nascitur in ipso herba Cynura dicta, rutæ similis; quam mulieres, quum sine periculo volunt abortare, vino irriguam umbilico imponunt.

III. Invenitur et in ipso lapis beryllo æqualis : qui niger efficitur, si, qui falso testari volunt, eum tenuerint. Horum lapidum multos exstare in templo Junonis Prosymnææ refert Timotheus in Argolicis, et Agathon Samius, qui de his mentionem fecit in secundo de Fluminibus. Agathocles vero Milesius in his quæ de Fluminibus scripsit, narrat, Inachum ob calliditatem a Jove percussum fulmine, fuisse exsiccatum.

IV. Adjacent ipsi montes Mycenæ, Apesantus, et Coccygium, et Athenæum; qui ita appellati fuere ob hanc causam. Apesantus prius Selenæus dicebatur. Juno enim,

σαντον ἐκαλεῖτο πρότερον Σεληναῖον. Ἥρα γὰρ, παρ' Ἡρακλέους δίκας βουλομένη λαβεῖν, συνεργὸν παρέλαβε τὴν Σελήνην· ἡ δ' ἐπῳδαῖς χρησαμένη μάγοις, ἀφροῦ κίστην ἐπλήρωσεν, ἐξ ἧς γεννηθέντα λέοντα μέγιστον Ἶρις ταῖς ἰδίαις ζώναις ἐπισφίγξασα, κατήνεγκεν εἰς ὄρος Ὀφέλτιον· ὁ δὲ ποιμένα τινὰ τῶν ἐγχωρίων, Ἀπέσαντον, σπαράξας ἀνεῖλεν· κατὰ δὲ θεῶν πρόνοιαν ὁ τόπος Ἀπέσαντος ἀπ' αὐτοῦ μετωνομάσθη· καθὼς ἱστορεῖ Δημόδοκος ἐν α' Ἡρακλείας.

V. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη, σελήνη καλουμένη· τὸν δὲ καταφερόμενον ἀπ' αὐτῆς ἀφρὸν περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ θέρους οἱ ποιμένες αἴροντες ἀλείφουσι τοὺς πόδας, καὶ οὐδὲν ὑπὸ τῶν ἑρπετῶν ἀδικοῦνται.

VI. Μυκῆναι δ' ἐκαλοῦντο τὸ πρότερον Ἄργιον, ἀπ' Ἄργου τοῦ πανόπτου· μετωνομάσθη δὲ Μυκῆναι δι' αἰτίαν τοιαύτην. Περσέως Μέδουσαν ἀποκτείναντος, Σθενὼ καὶ Εὐρυάλη, ὡς τῆς προειρημένης ἀδελφαὶ τῆς πεφονευμένης, τὸν ἐπίβουλον ἐπεδίωκον· γενόμεναι δὲ κατὰ τοῦτον τὸν λόφον, καὶ ἀπελπίσασαι τῆς συλλήψεως, διὰ τὴν συμπάθειαν μυκηθμὸν ἀνέδωκαν· οἱ δ' ἐγχώριοι τὴν ἀκρώρειαν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος Μυκήνας μετωνόμασαν· καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας Ἐφέσιος ἐν α' Περσηίδος.

VII. Χρύσερμος δὲ ὁ Κορίνθιος ἐν α' Πελοποννησιακῶν ἱστορίας μέμνηται τοιαύτης. Περσέως φερομένου μετεώρου, καὶ κατὰ τὸν λόφον γενομένου τοῦτον, ἐξέπεσεν αὐτοῦ τῆς λαβῆς τοῦ ξίφους ὁ μύκης. Γοργοφόνος δὲ, ὁ βασιλεὺς Ἐπιδαυρίων, ἐκπεσὼν τῆς ἀρχῆς ἔλαβε χρησμὸν, ἐμπεριελθεῖν τὰς Ἀργολικὰς πόλεις, καὶ ὅπου ἂν εὕρῃ ξίφους μύκητα, ἐκεῖ κτίσαι πόλιν. Γενόμενος δὲ κατὰ τὸ Ἄργιον ὄρος, καὶ εὑρὼν τὴν ἐλεφαντίνην λαβὴν, πόλιν ἔκτισεν, ἣν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος προσηγόρευσε Μυκήνας.

VIII. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος, κορύβας καλούμενος, τῇ χρόᾳ κοραξός· ὃν ἐὰν εὕρῃς καὶ ἔχῃς ἐν τῷ σώματι περικείμενον, κατ' οὐδὲν φοβῇ τὰς τερατώδεις ὄψεις.

IX. Τὸ δ' ὄρος [**] Ἀπέσαντος τοῦ Ἀκρισίου· κυνηγετῶν γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον, καὶ πατήσας ἑρπετὸν δηλητήριον, ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν υἱὸν θάψας, [τὸν] λόφον Ἀπέσαντον μετωνόμασε, καλούμενον Σελινούντιον.

X. Ὄρος δὲ Κοκκύγιον διωνομάσθη δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ζεὺς, Ἥρας τῆς ἀδελφῆς ἐρασθεὶς, καὶ δυσωπούμενος τὴν ἀγαπωμένην, [**] ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς ἄρρεν· τό γ' οὖν καλούμενον ὄρος Λυρκήιον ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος Κοκκύγιον ὠνομάσθη· καθὼς ἱστορεῖ Ἀγαθώνυμος ἐν Περσίδι.

XI. Φύεται δ' ἐν αὐτῷ δένδρον, παλίουρος καλούμενον· ἐφ' ᾧ ἄν τι καθίσῃ τῶν ἀλόγων ζώων, ὡς ὑπὸ ἰξοῦ κατέχεται, πάρεξ κόκκυγος· τούτου γὰρ φείδεται· καθὼς [ἱστορεῖ] Κτησιφῶν ἐν α' περὶ Δένδρων.

XII. Ἀθηναῖον δ' ὄρος ἔλαβε τὴν προσηγορίαν ἀπ' Ἀθηνᾶς· μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Ἰλίου πόρθησιν Διομήδης,

quum ad Hercule pœnas sumere vellet, Lunam in auxilium advocavit: quæ arte magica utens, cistam spuma replevit, unde progenitum immanem leonem Iris proprio cingulo irretitum in montem Opheltium deduxit: ubi ille pastorem quendam indigenarum, nomine Apesantum, dilaniavit: ex quo, deorum providentia, locus deinde Apesantus dictus fuit; ut scribit Demodocus in primo Herculeidos.

V. Nascitur in ipso herba Selene, id est luna, dicta, cujus spuma circa æstatis initium collecta pastores pedes ungunt, nulloque modo a reptilibus læduntur.

VI. Mycenæ dicebantur prius Argium, ab Argo oculatissimo: mutarunt autem nomen et Mycenæ dictæ sunt ob hanc causam. Perseum, postquam interfecerat Medusam, Sthieno et Euryale ejus sorores tanquam insidiatorem insecutæ sunt: et ad hunc verticem quum pervenissent, nullaque eas obtentaret spes illius capiendi, præ mira animorum convenientia, qua sororem diligebant, mugitum ediderunt: indigenæ vero cacumen illud a casu Mycenas appellarunt, ut docet Ctesias Ephesius primo Perseidos.

VII. Ceterum Chrysermus Corinthius primo Peloponnesiacorum hujus historiæ meminit. Quum Perseus in sublime ferretur, et ad hunc montem appulisset, decidit forte gladii quem ferebat capulum: Gorgonophono autem Epidauriorum regi ab imperio pulso respondit oraculum, ut Argolicas circumiret civitates, et ibi demum urbem conderet, ubi gladii capulum offenderet. Quum ergo ad montem Argium devenisset, ibique capulum eburneum reperisset, civitatem condidit, quam ab eventu Mycenas nominavit.

VIII. Provenit in eo lapis Corybas dictus, coracino colore: quem si inveniat quis, et corpori innexum habeat, horrendas haudquaquam timebit visiones.

IX. Monti autem *Apesanto nomen dedit* Apesantus Acrisii: nam quum propelocum illum venaretur, et venenatum protrivisset pedibus serpentem, occubuit. Rex vero tumulato filio, collem Apesantum ex eo vocavit, quum prius Selinuntius diceretur.

X. At mons Coccygius ob hanc causam ita est appellatus. Juppiter Junonis sororis suæ amore captus, quum amatam exorasset, *in cuculum conversus* ex ea marem sustulit: mons autem Lyrceius dictus, ab eventu denominatus postea est Coccygius, ut narrat Agathonymus in Perside.

XI. Nascitur in eo arbor, nomine Paliurus: cui si mutorum animalium quoddam insederit, tanquam a visco detinetur, excepto cuculo: ei enim parcit, ut testatur Ctesiphon primo de Arboribus.

XII. Ceterum mons Athenæum a Minerva nomen accepit. Post Ilii namque excidium Diomedes Argos reversu

εἰς Ἄργος ὑποστρέψας, εἰς τὸν Κεραύνιον ἀνέβη λόφον, καὶ τέμενος Ἀθηνᾶς κατασκευάσας, τὸ ὄρος ἀπὸ τῆς θεᾶς Ἀθηναῖον μετωνόμασε.

XIII. Γεννᾶται δ' ἐν τῇ ἀκρωρείᾳ ῥίζα παρόμοιος πηγάνῳ· ἣν ἐὰν γυνὴ φάγῃ τις κατ' ἄγνοιαν, ἐμμανὴς γίνεται· καλεῖται δ' Ἀδράστεια· καθὼς ἱστορεῖ Πλησίμαχος ἐν β' Νόστων.

in Ceraunium collem ascendit, et ibi ædificato Minervæ sacrario, montem a Dea Athenæum nominavit.

XIII. Crescit in ejus cacumine radix rutæ similis; quam si per ignorantiam forte mulier quæpiam comederit, evadit furiata : nomen autem illi radici est Adrastia, ut docet Plesimachus (*Lysimachus?*) secundo Redituum.

XIX.

ΑΛΦΕΙΟΣ.

I. Ἀλφειὸς ποταμός ἐστι τῆς Ἀρκαδίας, κατὰ Πίσαν τῆς Ὀλυμπίας· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Στύμφηλος, ἀπὸ Στυμφήλου, τοῦ Ἄρεως καὶ Δορμοθέας παιδός. Οὗτος γὰρ τὸν υἱὸν τὸν φίλιππον Ἀλκμαίωνα ἀποβαλὼν, καὶ ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Νύκτιμον· ὃς (καὶ) ἀπ' αὐτοῦ Στύμφηλος μετωνομάσθη. Ἀλφειὸς δ' ἐκλήθη δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἀλφειὸς, εἷς τῶν τὸ γένος ἀφ' Ἡλίου καταγαγόντων, ἀμιλληθεὶς Κερκάφῳ τῷ ἀδελφῷ περὶ ἀρχῆς, ἀνεῖλε τὸν [προ]ειρημένον, καὶ ὑπὸ Ποινῶν ἐλαυνόμενος, ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Νύκτιμον· ὃς (καὶ) ἀπ' αὐτοῦ Ἀλφειὸς μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ βοτάνη, κεγχρῖτις προσαγορευομένη, μελικήρῳ παρόμοιος· ἣν οἱ ἰατροὶ καθέψοντες πιεῖν διδόασι τοῖς ἀπηλλοτριωμένας ἔχουσι τὰς φρένας, καὶ ἀπαλλάττουσιν αὐτοὺς τῆς μανίας, καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας ἐν α' περὶ Ποταμῶν.

III. Παράκειται δ' ὄρος, Κρόνιον καλούμενον, ἀπ' αἰτίας τοιαύτης. Μετὰ τὴν Γιγαντομαχίαν Κρόνος τὰς Διὸς ἀπειλὰς ἐκκλίνων, εἰς ὄρος παρεγένετο Κτοῦρον, ὃ ἀπ' αὐτοῦ Κρόνιον μετωνόμασεν· λαθὼν δὲ πρὸς ὀλίγον καιρὸν, καὶ ἀφορμῆς δραξάμενος, διῆρεν εἰς Καύκασον τῆς Σκυθίας.

IV. Γεννᾶται δ' ἐν τῷ ὄρει τούτῳ κύλινδρος καλούμενος λίθος ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος· ὁσάκις γὰρ ἂν ἀστράψῃ Ζεὺς ἢ βροντήσῃ, τοσαυτάκις ἀπὸ τῆς ἀκρωρείας διὰ φόβον κυλίεται· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν α' περὶ Λίθων.

XIX.

ALPHEUS.

I. Alpheus Arcadiæ fluvius est, juxta Pisam Olympiæ : qui prius Stymphelus dictus est, a Stymphelo Martis et Dormotheæ (*Dorotheæ?*) filio. Hic enim amisso Alcmæone filio equorum amante, et animo consternatus, se ipsum projecit in fluvium Nyctimum : qui ab eo dictus est Stymphelus. Postea vero Alpheus vocatus est, ob hanc causam. Alpheus, unus ex his qui a Sole originem ducunt, quum de imperio cum Cercapho fratre contenderet, eum interfecit, et a Furiis abactus se ipsum in fluvium Nyctimum (*imo* Stymphelum) conjecit : qui ab eo postea denominatus est Alpheus.

II. Nascitur in hoc fluvio herba Cenchritis dicta, favi speciem referens : quam decoctam medici iis qui alienata sunt mente, potandam præbent, et ab insanis eos liberant; ut docet Ctesias primo de Fluminibus.

III. Juxta situs est mons Cronius, id est Saturnius, ea de causa ita vocatus. Post Gigantomachiam Saturnus Jovis minas declinans, ad montem Cturum (*Arcturum?*) pervenit, quem a se denominavit Cronium : quum autem per aliquod tempus latuisset, rapta occasione divertit in montem Caucasum Scythiæ.

IV. Provenit in eo monte lapis quem ab eventu Cylindrum vocant : nam quotiescumque fulgurat aut tonat Jupiter, toties a cacumine præ timore volvitur : ut narrat Dercyllus primo de Lapidibus.

XX.

ΕΥΦΡΑΤΗΣ.

I. Εὐφράτης ποταμός ἐστι τῆς Παρθίας, κατὰ Βαβυλῶνα πόλιν· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Μῆδος ἀπὸ Μήδου, τοῦ Ἀρταξέρξου παιδός. Οὗτος γὰρ δι' [ἐρωτικὴν] ἐπιθυμίαν τὴν Κορδύου θυγατέρα βιασάμενος Ῥωξάνην διέφθειρε· τῇ δ' ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν ζητούμενος ὑπὸ τοῦ βασιλέως πρὸς κόλασιν, καὶ φόβῳ συσχεθεὶς, ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς ποταμὸν Ξαράνδαν· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Μῆδος ὠνομάσθη. Προσηγορεύθη δ' Εὐφράτης δι' αἰτίαν τοιαύτην. Εὐφράτης, Ἀρανδάκου παῖς, τὸν υἱὸν Ἀξούρταν εὑρὼν μετὰ τῆς μητρὸς ἀναπαυόμενον, καὶ ὑπολαβὼν ὑπάρχειν τῶν πολιτῶν τινα, διὰ ζῆλου μισοπονηρίαν, σπασάμενος τὸ ξίφος, ἐλαι-

XX.

EUPHRATES.

I. Euphrates Parthiæ fluvius est juxta Babylonem urbem : qui antea dictus est Medus, a Medo Artaxerxis filio. Hic enim quum præ amore Rhoxanen Cordyi filiam rapuisset, et vitiasset, sequenti die a rege, ut pœnas lueret, quæsitus, et metu perculsus, se ipsum dedit præcipitem in fluvium Xarandam : quem ab eo postea vocavere Medum. Euphrates autem tandem dictus est ob hanc causam. Quum Euphrates Arandaci (*Pharandaci?*) filius Axurtam filium cum matre requiescentem offendisset, et quendam e civibus eum esse existimasset, districto gladio ob zeloty-

μοτόμησεν αὐτόν· τῆς δ' ἀνελπίστου πράξεως γενόμενος αὐτόπτης, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς ποταμὸν Μῆδον· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Εὐφράτης μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος ἀετίτης καλούμενος· ὃν αἱ μαῖαι ταῖς δυστοκούσαις ἐπὶ τὰς γαστέρας ἐπιτιθέασι, καὶ παραχρῆμα τίκτουσιν ἄτερ ἀλγηδόνος.

III. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ καὶ βοτάνη, Ἄξαλλα καλουμένη, μεθερμηνευομένη θερμόν· ταύτην οἱ τεταρταίζοντες ὅταν ἐπὶ τοῦ στήθους θῶσιν, ἀπαλλάττονται παραχρῆμα τῆς ἐπισημασίας· καθὼς ἱστορεῖ Χρύσερμος Κορίνθιος ἐν ιγ' περὶ Ποταμῶν.

IV. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος, Δριμύλον καλούμενον· ἐν ᾧ γεννᾶται λίθος σαρδώνυχι παρόμοιος, ᾧ οἱ βασιλεῖς ἐν ταῖς βασιλείαις χρῶνται· ποιεῖ δ' ἄριστα πρὸς ἀμβλυωπίας εἰς ὕδωρ θερμὸν βαλλόμενος· καθὼς ἱστορεῖ Νικίας ὁ Μαλλώτης ἐν τοῖς περὶ Λίθων.

XXI.

ΚΑΙΚΟΣ.

I. Κάϊκος ποταμός ἐστι τῆς Μυσίας· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Ἀστραῖος ἀπ' Ἀστραίου τοῦ Ποσειδῶνος. Οὗτος γάρ, παννυχίδος Ἀθηνᾶ τελουμένης, Ἀλκίππην τὴν ἀδελφὴν κατ' ἄγνοιαν βιασάμενος ἔφθειρε, καὶ ἀφείλετο τῆς προειρημένης τὸν δακτύλιον. Τῇ δ' ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν ἐπιγνοὺς τὴν σφραγῖδα τῆς ὁμαίμου, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Ἄδουρον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἀστραῖος μετωνομάσθη· προσηγορεύθη δὲ Κάϊκος δι' αἰτίαν τοιαύτην. Κάϊκος, Ἑρμοῦ καὶ Ὠκυρρόης παῖς νύμφης, Τίμανδρον, ἕνα τῶν εὐγενῶν, φονεύσας, καὶ τοὺς προσήκοντας αὐτῷ φοβούμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς τὸν Ἀστραῖον· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Κάϊκος μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν τῷ ποταμῷ μήκων, ἔχων ἀντὶ καρποῦ λίθον· ἐκ τούτων μελανά τινα τυγχάνει παρόμοια πυροῖς, ἅπερ οἱ Μυσοὶ ῥιπτοῦσιν εἰς ἠροτριωμένην χώραν· κἂν μὲν ἀφορία μέλλῃ γίνεσθαι, [ἐμ]μένει τῷ τόπῳ τὸ βληθέν· ἐὰν δ' εὐκαρπίαν σημαίνῃ, τὰ λιθάρια δίκην ἀκρίδων ἅλλεται.

III. Φύεται δ' ἐν αὐτῷ καὶ βοτάνη, ἡλιφάρμακον καλουμένη, ἣν οἱ ἰατροὶ τοῖς αἱμορραγοῦσι ἐπιτιθέασι, καὶ τῶν φλεβῶν μεσολαβοῦσι τὴν ἔκρυσιν· καθὼς ἱστορεῖ Τιμαγόρας ἐν α' περὶ Ποταμῶν.

IV. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Τεύθρας καλούμενον ἀπὸ Τεύθραντος, τοῦ Μυσῶν βασιλέως· ὃς κυνηγεσίας χάριν εἰς Θράσυλλον ὄρος ἀναβὰς, καὶ θεασάμενος ὑπερμεγέθη κάπρον, ἐδίωκεν αὐτὸν μετὰ τῶν δορυφόρων· ὁ δὲ φθάσας κατέφυγεν ὡς ἱκέτης εἰς τὸ τῆς Ὀρθωσίας Ἀρτέμιδος ἱερόν· βιαζομένων δὲ πάντων εἰς τὸν ναὸν εἰσελθεῖν, ὁ σῦς ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρησάμενος ἐξάκουστον ἀνέκραγεν· Φεῖσαι, βασιλεῦ, τοῦ θρέμματος τῆς θεᾶς· μετεωρισθεὶς δὲ Τεύθρας ἀνεῖλε τὸ ζῷον. Ἄρτεμις δὲ μισοπονήρως ἐνεγκοῦσα τὴν πρᾶξιν, τὸν

piam ipsum jugulavit. Cujus insperatæ actionis quum se vidisset auctorem, præ mœrore extremo decidit in fluvium Medum : qui ab eo appellatus est Euphrates.

II. Nascitur in illo lapis Aetites (*cod.* Astiges) dictus : quem obstetrices mulierum, quæ difficulter pariunt, ventri imponunt, et statim sine dolore parturiunt.

III. Provenit in eo etiam herba quæ Axalla (*Azalea ?*) dicitur, id est calidum : quam si qui quartana laborant, in pectore posuerint, ipso paroxysmo statim liberantur, ut testatur Chrysermus Corinthius in XIII de Fluminibus.

IV. Adhæret ei mons Drimylus dictus : ubi nascitur lapis Sardonychiæ similis, quo utuntur reges in imperiis suis. Multum autem confert, si in aquam tepidam conjiciatur, oculorum hebetationi : ut docet Nicias Mallotes in his quæ de Lapidibus scripsit.

XXI.

CAICUS.

I. Caicus Mysiæ fluvius prius dicebatur Astræus ab Astræo Neptuni filio. Hic enim quum in Minervæ pervigilio Alcippen sororem inscius vi compressisset, et ejus annulum abstulisset, sequenti die agnito consanguineæ signaculo, præ doloris vehementia se dedit præcipitem in fluvium Adurum : qui dictus ab eo est Astræus : tandem vero Caicus denominatus est hac de causa. Caicus Mercurii et Ocyrrhoes nymphæ filius, occiso Timandro quodam nobili, quum parentes ejus et cognatos formidaret, se ipsum projecit in Astræum fluvium : quem ab eo postea dixere Caicum.

II. Provenit in ipso papaver, quod fructus loco lapides producit. Ex his nigra quædam exsistunt triticis simillima, quæ Mysi in aratam terram projiciunt : et, si quidem sterilitas futura sit, manent in eodem loco in quem conjecta fuere : verum si fertilitas, lapilli locustarum instar prosiliunt.

III. Nascitur et illic herba Elipharmacus (*elelisphacus ?*) dicta : quam solent præbere medici sanguinis fluxu laborantibus, ut venarum excretionem intercipiant : ut refert Timagoras primo de Fluminibus.

IV. Adjacet huic fluvio mons Teuthras, sic dictus a Teuthrante Mysorum rege : qui quum venationis gratia in montem Thrasyllum ascendisset, et immanem aprum percepisset, cum stipatoribus eum insecutus est ; sed venatores præveniens aper supplex confugit in Dianæ Orthosiæ templum : quo quum omnes vi conarentur ingredi, usus est ille humana voce, et alte exclamavit : Parce, o rex, alumno deæ. Teuthras vero sublimi vultu suspensoque corpore animal interfecit. Verum Diana, quum quæ gesta

μὲν κάπρον ἀνεζωπύρησε· τῷ δὲ παραιτίῳ τοῦ συγκυρήματος ἀλφὸν μετὰ μανίας ἔπεμψε. Δυσωπούμενος δὲ τὸ πάθος ἐν ταῖς ἀκρωρείαις διέτριβεν. Λυσίππη δὲ, τοῦ προειρημένου μήτηρ, κατηχηθεῖσα περὶ τῶν συμβεβηκότων, εἰς τὴν ὕλην ἔδραμε, συνεπισπωμένη μάντιν τὸν Κοιράνου Πολύϊδον· παρ' οὗ πᾶσαν πολυπραγμονήσασα τὴν ἀλήθειαν, βουθυσίαις τῆς θεᾶς ἐξιλάσατο τὴν μισοπονηρίαν· καὶ ἀπολαβοῦσα τὸν υἱὸν σωφρονοῦντα, βωμὸν ἱδρύσατο Ἀρτέμιδος Ὀρθωσίας· κατεσκεύασε δὲ καὶ κάπρον χρύσεον, προτομὴν ἀνθρώπου ἠσκημένον. Οὗτος μέχρι νῦν διωκόμενος ὑπὸ κυνηγῶν, εἰσελθὼν εἰς τὸν ναὸν, φωνὴν ἀναϊδῶσι φείδεσθε. Τεύθρας δὲ παρ' ἐλπίδα τὴν ἀρχέτυπον μορφὴν ἀναλαβὼν, τὸ ὄρος μετωνόμασε Τεύθραντα.

V. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος, ἀντιπαθὴς καλούμενος· ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς ἀλφοὺς καὶ λέπρας δι' οἴνου τριβόμενος καὶ τοῖς πάσχουσιν ἐπιτιθέμενος· καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας Κνίδιος ἐν β' περὶ Ὀρῶν.

erant moleste ferret, aprum suscitavit, et casus auctor impetiginem cum furore immisit. Quos morbos quum ille abhorreret, in cacuminibus montium commorabatur præ pudore. Lysipppe autem ejus mater, quum ea quæ contigerant, didicisset, silvam celeriter petiit, vatem Polyidum, Cœrani filium, secum ducens : a quo curiose veritatem omnem edocta, sacrificiis deæ iram placavit, et recuperato filio, sana ut erat ante mente prædito, Dianæ Orthosiæ altare consecravit, et aureum aprum curavit faciendum humanam faciem referentem. Qui ad hoc ævi a venatoribus abactus, et templum ingredi et vocem « Parcite » emittere videtur. Teuthras autem priori præter spem forma recuperata, montem a se denominavit Teuthranta.

V. In hoc monte nascitur lapis Antipathes, id est passioni resistens, dictus : qui cum vino attritus sanat vitiligines et lepras : ut docet Ctesias Cnidius in secundo de Montibus.

XXII.

ΑΧΕΛΩΟΣ.

I. Ἀχελῷος ποταμός ἐστι τῆς Αἰτωλίας· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Θέστιος δι' αἰτίαν τοιαύτην. Θέστιος, Ἄρεως καὶ Πεισιδίκης παῖς, διά τινα περίστασιν οἰκιακὴν ἀποδημήσας εἰς Σικυῶνα, καὶ ἱκανὸν χρόνον διατρίψας, ὑπέστρεψεν εἰς τὸ πατρῷον ἔδαφος· εὑρὼν δὲ τὸν υἱὸν Καλυδῶνα μετὰ τῆς μητρὸς ἀναπαυόμενον, καὶ μοιχὸν εἶναι δόξας, κατ' ἄγνοιαν ἐγονοκτόνησε· τῆς δ' ἀνελπίστου πράξεως αὐτόπτης γενόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Ἄξενον· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Θέστιος μετωνομάσθη. Προσηγορεύθη δ' Ἀχελῷος ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Ἀχελῷος, Ὠκεανοῦ καὶ Ναΐδος νύμφης παῖς, τῇ θυγατρὶ Κλητορίᾳ κατ' ἄγνοιαν συνερχόμενος, καὶ ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς, ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς ποταμὸν Θέστιον· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἀχελῷος μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ βοτάνη ζάκλον καλουμένη, παρόμοιος ἐρίῳ. Ταύτην τρίψας ἂν εἰς οἶνον βάλῃς, ὕδωρ γίνεται, καὶ τὴν μὲν ὀσμὴν ἔχει, τὴν δὲ δύναμιν οὐκ ἔχει.

III. Εὑρίσκεται δὲ [ἐν αὐτῷ] καὶ λίθος πελιδνὸς τῷ χρώματι, λινουργὸς καλούμενος ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος· ἐὰν γὰρ βάλῃς αὐτὸν εἰς ὀθόνιον, δι' ἔρωτος ἕνωσιν τὸ σχῆμα λαμβάνει, καὶ ἄργιον γίνεται· καθὼς ἱστορεῖ Ἀντισθένης ἐν γ' Μελεαγρίδος. Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Διοκλῆς ὁ Ῥόδιος ἐν τοῖς Αἰτωλικοῖς.

IV. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Καλυδὼν καλούμενον, τὴν προσηγορίαν εἰληφὸς ἀπὸ Καλυδῶνος, τοῦ Ἄρεως καὶ Ἀστυνόμης παιδός. Οὗτος γὰρ κατ' ἄγνοιαν λουομένην ἰδὼν Ἄρτεμιν, τὴν μορφὴν τοῦ σώματος μετέβαλεν εἰς πέτραν· κατὰ δὲ πρόνοιαν θεῶν τὸ ὄρος καλούμενον Γυρὸν, ἀπ' αὐτοῦ Καλυδὼν μετωνομάσθη.

V. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη (ἡ) μύωψ προσα-

XXII.

ACHELOUS.

I. Achelous fluvius est Ætoliæ : Thestius ob id prius nuncupatus. Thestius, Martis et Pisidices filius, postquam ob quandam afflictionem domesticam peregrinatus in Sicyonem, longum satis tempus ibi commoratus esset, in paternum solum reversus est : ubi quum filium Calydonem simul cum matre concumbentem forte offendisset, eum mœchum esse existimans, occidit inscius. Quod insperatum et inopinatum facinus quum ipsemet vidisset, se ipsum conjecit in fluvium Axenum : quem ab eo nuncupavere Thestium; Achelous vero postea dictus est hac de causa. Achelous, Oceani et Naidis nymphæ filius, habita cum filia Cletoria per inscitiam re, tristis et abjecto animo se ipsum præcipitavit in fluvium Thestium : qui vocatus ab eo est Achelous.

II. Nascitur hoc in flumine herba, quam Zaclum (*Zanclum?*) vocant, lanæ omnino similis : quam postquam triveris aut depsueris, si in vinum projicias, statim fit aqua, et odorem quidem, non autem vires conservat.

III. Invenitur etiam illic lapis colore lividus : Linurgus ab eventu dictus. Eum enim si in linteolum projeceris, ob similitudinem et consensum, eam formam recipit et figuram, linteumque tenue fit : ut narrat Antisthenes tertio Meleagridos. Horum etiam meminit diligentius Diocles Rhodius in Ætolicis.

IV. Visitur prope mons Calydon dictus, cui denominationem hanc dedit Calydon, Martis et Astynomes filius. Hic enim quum ex improviso Dianam se abluentem conspexisset, forma corporis mutatus est in lapidem : mons vero deorum providentia, qui antea Gyrus vocabatur, appellatus est tandem Calydon.

V. Nascitur in ipso herba, quæ Myops vocatur : eam si

γορευομένη· ἣν ἐάν τις εἰς ὕδωρ βαλὼν νίψηται τὸ πρόσωπον, ἀποβάλλει τὴν ὄρασιν, Ἄρτεμιν δ' ἐξιλασάμενος ἀνακτᾶται τὸ φῶς· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν γ' Αἰτωλικῶν.

XXIII.

ΑΡΑΞΗΣ.

I. Ἀράξης ποταμός ἐστι τῆς Ἀρμενίας, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς ἀπ' Ἀράξου τοῦ Πύλου. Οὗτος γὰρ πρὸς Ἄρβηλον τὸν πάππον ὑπὲρ σκήπτρων ἁμιλλώμενος, αὐτὸν κατετόξευσε· ποινηλατούμενος δὲ ὑπ' Ἐρινύων, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Βάκτρον· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἀράξης μετωνομάσθη, καθὼς ἱστορεῖ Κτησιφῶν ἐν α' Περσικῶν. Ἀράξης, Ἀρμενίων βασιλεὺς, πρὸς τοὺς πλησιοχώρους Πέρσας πόλεμον ἔχων, καὶ τῆς παρατάξεως παρελκομένης, χρησμὸν ἔλαβεν, αὐτὸν ἔσεσθαι τῆς νίκης ἐγκρατῆ, ἐὰν θεοῖς ἀποτροπαίοις θύσῃ δύο τὰς εὐγενεστάτας παρθένους. Ὁ δὲ διὰ φιλότεκνον εὔνοιαν τῶν ἰδίων θυγατέρων φεισάμενος, ἑνὸς τῶν ὑποτεταγμένων κόρας περιβλέπτους τοῖς βωμοῖς προσάγων ἀνεῖλε· Μνησάλκης δὲ, ὁ τῶν φονευθεισῶν πατὴρ, βαρέως ἤνεγκε τὴν πρᾶξιν, πρὸς καιρὸν στέξας τὴν ὕβριν· ἀφορμῆς δὲ δραξάμενος, ἐξ ἐνέδρας τὰς τοῦ τυράννου θυγατέρας ἀπέκτεινε· καὶ καταλιπὼν τὸ πατρῷον ἔδαφος, εἰς Σκυθίαν ἔπλευσεν. Ἀράξης δὲ περὶ τῶν συμβεβηκότων κατηχηθεὶς καὶ ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Ἅλμον· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἀράξης μετωνομάσθη.

II. Γ'εννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη Ἀράξα καλουμένη τῇ διαλέκτῳ τῶν ἐγχωρίων, ἥτις μεθερμηνευομένη λέγεται μισοπάρθενος· ἅμα γὰρ εὑρεθῆναι τὴν προειρημένην ὑπὸ παρθένων, αἵματος ποιησαμένη καταφορὰν μαραίνεται.

III. Καὶ λίθος δὲ γεννᾶται, σικύωνος καλούμενος, μελάγχρους. Οὗτος, ὅταν τις χρησμὸς ἀνθρωποκτόνος ἐκπέσῃ, τοῖς βωμοῖς τῶν ἀποτροπαίων θεῶν ὑπὸ δυοῖν ἐπιτίθεται παρθένων· τοῦ δὲ ἱερέως αὐτοῦ τῇ μαχαίρᾳ θιγόντος, αἵματος ἔκρυσις γίνεται δαψιλής. Καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὴν δεισιδαιμονίαν τελέσαντες μετ' ὀλολυγμῶν ἀναχωροῦσι, τὸν λίθον πρὸς τὸν ναὸν προσενέγκαντες· καθὼς ἱστορεῖ Δωρόθεος ὁ Χαλδαῖος, ἐν β' περὶ Λίθων.

IV. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος, Δίορφον καλούμενον ἀπὸ Διόρφου τοῦ γηγενοῦς, περὶ οὗ φέρεται ἱστορία τοιαύτη. Μίθρας υἱὸν ἔχειν βουλόμενος, καὶ τὸ τῶν γυναικῶν γένος μισῶν, πέτρᾳ τινὶ προσεξέθορεν· ἔγκυος δὲ ὁ λίθος γενόμενος, μετὰ τοὺς ὡρισμένους χρόνους ἀνέδωκε νέον, τοὔνομα Δίορφον· ὃς ἀκμάσας, καὶ εἰς ἅμιλλαν ἀρετῆς τὸν Ἄρη προκαλεσάμενος, ἀνῃρέθη· οὗτος κατὰ πρόνοιαν θεῶν εἰς ὁμώνυμον ὄρος μετεμορφώθη.

V. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ δένδρον ῥοιᾷ παραπλήσιον, καρπὸν δ' ἄφθονον τρέφει μήλων, τὴν γεῦσιν ἔχοντα

uis in aquam jecerit, et faciem deterserit, visum amittit quem, simul ac Dianam placaverit, recuperat: ut testatur Dercyllus tertio Rerum Ætolicarum.

XXXIII.

ARAXES.

I. Araxes Armeniæ fluvius est, ita dictus ab Araxo Pyli filio. Hic etenim quum de imperio adversus Arbelum avum suum pugnaret, eum sagitta confodit: sed quum a Furiis vexaretur, proruit in fluvium Bactrum: qui ab ipso deinde dictus est Araxes: ut refert Ctesiphon primo Rerum Persicarum. Araxes Armeniorum rex adversus finitimos Persas bellum gerens, quum acies adhuc in prælia committi non deberent, ab oraculo didicit victoriam se esse reportaturum, si diis averruncatoribus duas nobilissimas virgines sacrificaret. Pepercit igitur ille propriis filiabus ob paternum in filios amorem, et virgines conspicuæ pulchritudinis, cujusdam e subditis suis progeniem, ad aras curavit adducendas, ut mactarentur. Quod quum non posset pati æquo animo Mnesalces mactatarum pater, ad tempus injuriam texit quidem; verum rapta opportunitate, regis filias enecavit, relictoque natali solo in Scythiam transfretavit. Araxes autem, quum quæ gesta fuerant, audivisset, contristatus conturbatusque se ipsum projecit in fluvium Halmum, qui ab eo dictus est Araxes.

II. Nascitur illic herba quam indigenæ lingua sua vocant Araxam, id est, si hanc vocem interpreteris, virgines odio prosequentem: simulac enim a virginibus inventa fuerit, profluxum sanguinis efficit et marcescit.

III. Nascitur et ibidem lapis Sicyonus dictus, nigro colore: qui, si quando accidat ut de homine mactando moneat oraculum, in aris deorum averruncatorum solet deponi a duabus virginibus. Sacerdos autem eum vix cultro attingit, ut oriatur sanguinis ingens copia: tuncque recedunt cum ululatibus qui huic superstitioni addicti sunt, relato in templum lapide: ut narrat Dorotheus Chaldæus secundo de Lapidibus.

IV. Adjacet ipsi mons Diorphus, sic dictus a Diorpho terræ filio, de quo hæc historia narratur. Mithras, quum filium habere percuperet, et muliebre genus odio prosequeretur, petram quandam concubitu suo calefecit: quæ prægnans post statutum tempus juvenem progenuit nomine Diorphum: hic ævi integer et ætate vigens, Martem in gloriæ certamen vocavit, et occubuit: unde providentia deorum transformatus est in cognominem montem.

V. Nascitur in eo arbor malo punicæ omnino similis, quæ malorum copiam præbet, simulem uvis gustum halen-

σταφυλῇ παρόμοιον. Ἐκ ταύτης τῆς ὀπώρας πέπειρον ἐάν τις καθελὼν ὀνομάσῃ τὸν Ἄρη, γίνεται κρατούμενος χλωρός· καθὼς ἱστορεῖ Κτησιφῶν ἐν ιγ' περὶ Δένδρων.

XXIV.

ΤΙΓΡΙΣ.

I. Τίγρις ποταμός ἐστι τῆς Ἀρμενίας, τὸν ῥοῦν καταφέρων εἰς τε τὸν Ἀράξην καὶ τὴν Ἀρσακίδα λίμνην· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Σόλλαξ, ὅπερ μεθερμηνευόμενόν ἐστι κατωφερής· ὠνομάσθη δὲ Τίγρις δι' αἰτίαν τοιαύτην. Διόνυσος κατὰ πρόνοιαν Ἥρας ἐμμανὴς γενόμενος, περιήρχετο γῆν τε καὶ θάλατταν, ἀπαλλαγῆναι τοῦ πάθους θέλων· γενόμενος δ' ἐν τοῖς κατ' Ἀρμενίαν τόποις, καὶ τὸν προειρημένον ποταμὸν διελθεῖν μὴ δυνάμενος, ἐπεκαλέσατο τὸν Δία· γενόμενος δ' ἐπήκοος ὁ θεὸς ἔπεμψεν αὐτῷ τίγριν, ἐφ' ἧς ἀκινδύνως προσενεχθεὶς, εἰς τιμὴν τῶν συμβεβηκότων τὸν ποταμὸν Τίγριν μετωνόμασε, καθὼς ἱστορεῖ Θεόφιλος ἐν α' περὶ Λίθων. Ἑρμησιάναξ δὲ ὁ Κύπριος ἱστορίας μέμνηται τοιαύτης. Διόνυσος ἐρασθεὶς Ἀλφεσιβοίας νύμφης, καὶ μήτε δώροις μήτε δεήσεσι πεῖσαι δυνάμενος, εἰς (τὴν προειρημένην) Τίγριν μετέβαλε τὴν μορφὴν τοῦ σώματος· καὶ φόβῳ πείσας τὴν ἀγαπωμένην ἀνέλαβεν αὐτήν· καὶ διὰ τοῦ ποταμοῦ κομίσας, ἐγέννησεν υἱὸν Μῆδον· ὃς ἀκμάσας εἰς τιμὴν τοῦ συγκυρήματος τὸν ποταμὸν Τίγριν μετωνόμασε, καθὼς ἱστορεῖ Ἀριστώνυμος ἐν γ'....

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος Μυνδὰν καλούμενος, πάνυ λευκός· ὃν ἐάν κατέχῃ τις, οὐδὲν ὑπὸ θηρίων ἀδικεῖται· καθὼς ἱστορεῖ Λέων ὁ Βυζάντιος ἐν γ' περὶ Ποταμῶν.

III. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος, Γαυρὰν καλούμενον, ἀπὸ Γαυρὰν τοῦ Ῥωξάνους σατράπου· ὃς εὐσεβὴς ὢν πρὸς τοὺς θεοὺς, τῆς ἀμοιβαίας ἔτυχε χάριτος· μόνος ἐκ πάντων τῶν Περσῶν τριακοσίοις ἔτεσι ζήσας, καὶ ἄτερ νόσου τινὸς τελευτήσας, ἐν ταῖς ἀκρωρείαις τοῦ Γαυρανοῦ ταφῆς ἠξιώθη πολυτελοῦς· κατὰ δὲ πρόνοιαν θεῶν τὸ ὄρος ἀπ' αὐτοῦ Μαυσωρὸν μετωνομάσθη.

IV. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη κριθῇ παράμοιος ἀγρίᾳ· ταύτην οἱ ἐγχώριοι θερμαίνοντες ἐν ἐλαίῳ καὶ ἀλειφόμενοι οὐδέποτε νοσοῦσι μέχρι ἀνάγκης τοῦ θανάτου· καθὼς ἱστορεῖ Σώστρατος ἐν α' Μυθικῆς Ἱστοριῶν Συναγωγῆς.

XXV.

ΙΝΔΟΣ.

I. Ἰνδὸς ποταμός ἐστι τῆς Ἰνδίας, ῥοίζῳ μεγάλῳ καταφερόμενος εἰς τὴν τῶν Ἰχθυοφάγων γῆν· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μαυσωλὸς, ἀπὸ Μαυσωλοῦ τοῦ Ἡλίου· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. [Τῶν] τοῦ Διο-

tium. Ex hoc fructu si, qui maturus et concoctus est, ab aliquo decerpatur, et Mars ab eo nuncupetur, virescit decerptus: ut docet Ctesiphon in xm de Arboribus.

XXIV.

TIGRIS.

I. Tigris fluvius est Armeniæ defluens in Araxem simul et Arsacidem paludem: qui prius Sollax (*al.* Sylax) vocabatur, id est, si hanc explicaveris vocem, ad ima tendens. Dictus autem Tigris est ob hanc causam. Bacchus Junonis ob iras furiata mente præditus, circumobiit terram et mare, ut se ab hoc morbo liberaret. Quum autem ad Armeniam devenisset, nec fluvium hunc tranare posset, Jovem invocavit: qui exauditis ejus precibus tigridem ad ipsum misit: a qua sine ullo periculi discrimine portatus, in eorum quæ contigerant memoriam, fluvium Tigrim denominavit: ut scribit Theophilus primo de Lapidibus (?). Hermesianax vero Cyprius hanc historiam narrat. Bacchus Alphesibœæ nymphæ correptus amore, quum nec precibus nec muneribus eam delinire posset, corporis sui formam in tigridis figuram mutavit; et metu persuasam dilectam suam suscepit, transque fluvium portavit, sublato ex ea filio Medo: qui quum maturam attigisset ætatem, in eorum quæ acciderant memoriam, fluvium Tigrim appellavit, ut retulit Aristonymus in tertio.....

II. Nascitur in ipso lapis Myndan (*al.* Modon) dictus, omnino albus; quem si habeat quis, non possunt ei feræ bestiæ officere: ut narrat Leo Byzantius tertio de Fluminibus.

III. Adjacet prope mons Gauranus, a Gaurano Rhoxanis satrapa sic dictus: qui quum pietate erga deos excelleret, pari gratia ab iis remuneratus est. Solus enim ex omnibus Persis trecentesimum annum attigit, et sine morbo ullo vitam cum morte commutans, in cacuminibus Gaurani montis magnifice et splendide sepultus est. Deorum vero voluntate mons Mausorus ab eo nomen accepit.

IV. Crescit in eo herba quæ hordeo agresti similis est: hanc indigenæ solent calefacere, ejusque postea oleo inuncti nullo morbo laborant, donec eos premit mortis necessitas: ut docet Sostratus primo Historiæ fabulosæ Collectionis.

XXV.

INDUS.

I. Indus fluvius est Indiæ, in Ichthyophagorum terram rapido impetu fluens. Vocabatur prius Mausolus a Mausolo Solis filio: mutavit autem deinde nomen ob hanc causam. Dum Baccho sacra fierent, et indigenæ super-

νύσου μυστηρίων τελουμένων, καὶ τῶν ἐγχωρίων τῇ δεισιδαιμονίᾳ προσευκαιρούντων, Ἰνδὸς, τῶν ἐπισήμων νέος, τὴν Ὀξυάλκου τοῦ βασιλέως θυγατέρα Δαμασαλκίδαν, κανηφοροῦσαν, βιασάμενος ἔφθειρε· ζητούμενος δὲ ὑπὸ τοῦ τυράννου πρὸς κόλασιν, διὰ φόβον ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς ποταμὸν Μαυσωλόν· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἰνδὸς μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος [**] προσαγορευόμενος· ὃν ὅταν φορῶσιν αἱ παρθένοι, κατ' οὐδένα τρόπον τοὺς φθορέας φοβοῦνται.

III. Φύεται δὲ καὶ βοτάνη καρπύλη καλουμένη, βουγλώσσῳ παρόμοιος· ποιεῖ δ' ἄριστα πρὸς ἰκτερικοὺς διὰ ὕδατος χλιαροῦ διδομένη τοῖς πάσχουσι· καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ὁ Ῥόδιος ἐν α' Ἰνδικῶν.

IV. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος, Λίλαιον προσαγορευόμενον, ἀπὸ Λιλαίου ποιμένος. Οὗτος γὰρ δεισιδαίμων ὑπάρχων, καὶ μόνην σεβόμενος τὴν Σελήνην, νυκτὸς βαθείας ἐξετέλει τὰ μυστήρια τῆς προειρημένης. Βαρέως δὲ οἱ λοιποὶ θεοὶ [τὴν] ἀτιμίαν φέροντες, ἔπεμψαν αὐτῷ δύο λέοντας ὑπερμεγέθεις· ὑφ' ὧν διασπαραχθεὶς τὸν βίον ἐξέλιπεν. Σελήνη δὲ τὸν εὐεργέτην μετέβαλεν εἰς ὁμώνυμον ὄρος.

V. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος, κλειτορὶς ὀνομαζόμενος· ἔστι δὲ λίαν μελάγχρους· ὃν κόσμου χάριν οἱ ἐγχώριοι φοροῦσιν ἐν τοῖς ὠταρίοις, καθὼς ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν δ' περὶ Ποταμῶν.

stitioni ac religioni intentos animos haberent, Indus juvenum nobilissimus, Oxyalci (*Seualci?*) regis filiam Damasalcidam (*Damasandram?*) cistigeram raptam vitiavit. Quæsitus vero a tyranno ut lueret pœnas, præ metu se dedit præcipitem in fluvium Mausolum : qui ab eo dictus est Indus.

II. Nascitur in eo lapis .... dictus; quem quum gestant virgines, haudquaquam stupratores timent.

III. Crescit et ibidem herba Carpyle dicta, buglosso simillima : quæ laborantibus regio morbo exhibita cum aqua tepida, eos liberat : ut refert Clitophon Rhodius primo (*al.* decimo) Rerum Indicarum.

IV. Adjacet ipsi mons Lilæus dictus a Lilæo pastore. Hic enim quum superstitiosus esset, et solus Lunam revereretur, profunda nocte ejus mysteria celebrabat. Quem contemptum quum inique ferrent reliqui dii, ad ipsum duos immanes leones miserunt : a quibus dilaniatus periit. Luna vero cultorem suum mutavit in montem cognominem.

V. Nascitur in eo lapis Clitoris dictus : qui omnino niger est, et ornatus gratia ab indigenis gestari solet in auriculis : ut docet Aristoteles quarto de Fluminibus.

ΠΕΡΙ
ΤΟΥ ΒΙΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΟΙΗΣΕΩΣ ΟΜΗΡΟΥ.

Α.

I. Περιττὸν ἂν ἴσως δόξειέ τισι πολυπραγμονεῖν περὶ Ὁμήρου, ποίων τε ἦν γονέων, καὶ πόθεν· ἐπεὶ μηδ' αὐτὸς ἠξίωσεν εἰπεῖν περὶ αὑτοῦ, ἀλλ' οὕτως ἐγκρατῶς ἔσχεν, ὡς μηδὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ ὀνόματος ἐπιμνησθῆναι. Ἐπεὶ δὲ ὡς πρὸς εἰσαγωγὴν τῶν ἀρχομένων παιδεύεσθαι χρήσιμος ἡ πολυπειρία, πειρασόμεθα εἰπεῖν ὅσα ἱστόρηται τοῖς παλαιοῖς περὶ αὐτοῦ.

II. Ἔφορος μὲν οὖν ὁ Κυμαῖος ἐν συντάγματι τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἐπιχωρίῳ, Κυμαῖον αὐτὸν ἀποδεικνύναι πειρώμενος, φησὶν ὅτι Ἀπελλῆς καὶ Μαίων καὶ Δῖος ἀδελφοὶ Κυμαῖοι τὸ γένος· ὧν Δῖος μὲν διὰ χρέα μετῴκησεν εἰς Ἄσκρην κώμην τῆς Βοιωτίας, κἀκεῖ γήμας Πυκιμήδην, ἐγέννησεν Ἡσίοδον· Ἀπελλῆς δὲ τελευτήσας ἐν τῇ πατρίδι Κύμῃ, κατέλιπε θυγατέρα Κριθηΐδα τοὔνομα, προστησάμενος αὐτῇ τὸν ἀδελφὸν Μαίονα· ὃς διακορεύσας τὴν προειρημένην, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πολιτῶν ἐπὶ τῷ γεγονότι δείσας κατάγνωσιν, ἔδωκεν αὐτὴν πρὸς γάμον Φημίῳ τῷ Σμυρναίῳ, διδα-

DE
VITA ET POESI HOMERI.

LIB. I.

I. Supervacaneum fortasse nonnullis videatur, sedulo de Homero quærere, quibus parentibus et unde ortus fuerit; quum ne ipse quidem de suis rebus prodere dignatus sit, immo adeo se continuerit ut omnino ne nominis quidem sui mentionem fecerit. Attamen, quandoquidem ad institutionem certe eorum qui erudiri incipiunt utilis est cognitionis copia et varietas, conabimur ea referre quæ de eo antiqui memoriæ prodiderunt.

II. Ephorus igitur Cumæus, in libro cui titulum fecit De rebus patriis, id agens ut eum Cumæum fuisse ostendat, prodit, Apellem, Mæonem, et Dium, fratres, genere Cumæos fuisse : quorum Dium æris alieni causa, Ascram, Bœotiæ pagum, commigrasse, ibique Pycimede uxore ducta Hesiodum procreasse : Apellem in patria Cuma mortuum esse, relicta filia Critheide, ejusque tutela fratri Mæoni commendata. At hunc puellæ virginitatem violasse, indeque veritum ne cives facinoris ab ipso pœnas exigerent, eam Phemio Smyrnæo ludimagistro in matri-

σκάλῳ γραμμάτων. (2) Φοιτῶσα δὲ αὐτὴ ἐπὶ τοὺς πλυνοὺς οἳ ἦσαν παρὰ τῷ Μέλητι, ἀπεκύησε τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τῷ ποταμῷ, καὶ διὰ τοῦτο Μελησιγενὴς ἐκλήθη· μετωνομάσθη δὲ Ὅμηρος, ἐπειδὴ τὰς ὄψεις ἐπηρώθη· οὕτω δὲ ἐκάλουν οἵ τε Κυμαῖοι καὶ οἱ Ἴωνες τοὺς τὰς ὄψεις πεπηρωμένους παρὰ τὸ δεῖσθαι τῶν ὁμηρευόντων, ὅ ἐστι τῶν ἡγουμένων. Καὶ ταῦτα μὲν Ἔφορος.

III. Ἀριστοτέλης δὲ, ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Ποιητικῆς, ἐν Ἰῷ φησὶ τῇ νήσῳ, καθ' ὃν καιρὸν Νηλεὺς ὁ Κόδρου τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας ἡγεῖτο, κόρην τινὰ τῶν ἐπιχωρίων γενομένην ὑπό τινος δαίμονος τῶν συγχορευτῶν ταῖς Μούσαις ἐγκύμονα, αἰδεσθεῖσαν τὸ συμβὰν διὰ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς, ἐλθεῖν εἴς τι χωρίον τὸ καλούμενον Αἴγιναν· εἰς ὃ καταδραμόντας λῃστὰς ἀνδραποδίσαι τὴν προειρημένην, καὶ ἀγαγόντας εἰς Σμύρναν οὖσαν ὑπὸ Λυδοῖς τότε, τῷ βασιλεῖ τῶν Λυδῶν ὄντι φίλῳ τοὔνομα Μαίονι χαρίσασθαι· τὸν δὲ ἀγαπήσαντα τὴν κόρην διὰ τὸ κάλλος, γῆμαι· (2) ἣν διατρίβουσαν παρὰ τῷ Μέλητι, καὶ συσχεθεῖσαν ὑπὸ τῆς ὠδῖνος, ἔτυχεν ἀποκυῆσαι τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τῷ ποταμῷ. Ὃν ἀναλαβὼν ὁ Μαίων ὡς ἴδιον ἔτρεφε, τῆς Κριθηΐδος μετὰ τὴν κύησιν εὐθέως τελευτησάσης. Χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος καὶ αὐτὸς ἐτελεύτησε. Τῶν δὲ Λυδῶν καταπονουμένων ὑπὸ τῶν Αἰολέων, καὶ κρινάντων καταλιπεῖν τὴν Σμύρναν, κηρυξάντων τῶν ἡγεμόνων τὸν βουλόμενον ἀκολουθεῖν, ἐξιέναι τῆς πόλεως, ἔτι νήπιος ὢν Ὅμηρος ἔφη καὶ αὐτὸς βούλεσθαι ὁμηρεῖν· ὅθεν ἀντὶ Μελησιγενοῦς Ὅμηρος προσηγορεύθη.

IV. Γενόμενος δὲ ἐν ἡλικίᾳ, καὶ δόξαν ἐπὶ ποιητικῇ κεκτημένος ἤδη, ἐπηρώτα τὸν θεὸν, τίνων τε εἴη γονέων καὶ πόθεν· ὁ δὲ ἀνεῖλεν οὕτως·

Ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα
δέξεται· ἀλλὰ νέων ἀνδρῶν αἴνιγμα φύλαξαι.

(2) Φέρεται δὲ καὶ ἕτερος χρησμὸς τοιοῦτος·

Ὄλβιε καὶ δύσβαιμον· ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι·
πατρίδα δίζηαι· μητρὸς δέ τοι, οὐ πατρός ἐστι
μητρόπολις ἐν νήσῳ ἀπὸ Κρήτης εὐρείης,
Μίνωος γαίης οὔτε σχεδὸν οὔτ' ἀποτηλοῦ.
Ἔν τῇ σὴ μοῖρ' ἐστὶ τελευτῆσαι βιότοιο,
εὖτ' ἂν ἀπὸ γλώσσης παίδων μὴ γνῷς ἐπακούσας
δυσξύνετον σκολιοῖσι λόγοις εἰρημένον ὕμνον.
Δοιὰς γὰρ ζωῆς μοίρας λάχες, ἣν μὲν ἀμαυρὰν
ἠελίοιο δισσῶν· ἣν δ' ἀθανάτοις ἰσόμοιρον
ζῶντί τε καὶ φθιμένῳ· φθίμενος δ' ἔτι πολλὸν ἀγήρως.

(3) Μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον πλέων εἰς Θήβας ἐπὶ τὰ Κρόνια (ἀγὼν δὲ οὗτος ἄγεται παρ' αὐτοῖς μουσικὸς) ἦλθεν εἰς Ἴον· ἔνθα ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος ἐθεάσατο ἁλιεῖς προσπλέοντας, ὧν ἐπύθετο εἴ τι ἔχοιεν. Οἱ δὲ, ἐπὶ τῷ θηράσαι μὲν μηδὲν, φθειρίζεσθαι δὲ διὰ τὴν ἀπορίαν τῆς θήρας, οὕτως ἀπεκρίναντο·

Ὅσσ' ἕλομεν, λιπόμεσθ'· ὅσσ' οὐχ ἕλομεν, φερόμεσθα,

αἰνισσόμενοι ὡς ἄρα οὓς μὲν ἕλαβον τῶν φθειρῶν, ἀποκτείναντες κατέλιπον· οὓς δ' οὐκ ἔλαβον, ἐν τῇ ἐσθῆτι φέροιεν. Ὅπερ οὐ δυνηθεὶς συμβαλεῖν Ὅμηρος, διὰ τὴν ἀθυμίαν ἐτελεύτησε. (4) Θάψαντες δὲ αὐτὸν οἱ

monium dedisse. (2) Illam commeantem ad lavacra juxta Meletem fluvium sita, ibi prope fluvium peperisse Homerum, inde Melesigenem appellatum: postea autem mutato nomine Homerum vocatum, quod oculorum lumine captus esset: ita enim a Cumæris lumine oculorum captos ὁμήρους dici solitos fuisse, quod ὁμηρευόντων, id est *ductorum*, indigerent. Hæc Ephorus.

III. Aristoteles, in tertio libro de Poetica Arte, prodit, in insula Io, quo tempore Codrus Nelei filius coloniæ in Ioniam ducendæ præfuit, a Genio quodam ex eorum numero qui cum Musis choros ducunt, compressam, quum facti eam propter intumescentem uterum puderet, concessisse in regionem quandam nomine Æginam. Ibi a prædonibus, qui eo excursionem fecissent, captam, ductamque in Smyrnam urbem illo tempore Lydis subjectam, Lydorum regi Mæoni, socio suo, dono datam, ab eoque pulchritudinis causa in matrimonium assumptam: (2) mox quum ad Meletem fluvium degens partus doloribus circumveniretur, accidisse ut Homerum juxta ipsum fluvium pareret; Critheide autem continuo ex partu mortua, infantem susceptum et ut suum enutritum a Mæone: quem ipsum etiam haud multo post obiisse. Porro Lydi ab Æolibus bello pressi quum Smyrnam relinquere decrevissent, eorumque principes per præconem edixissent ut quicumque ipsos sequi vellet, urbe egrederetur, Homerum puerulum etiamnum dixisse, se quoque velle ὁμηρεῖν, id est *sequi*: inde pro Melesigene Homerum appellatum.

IV. Adultus jam et poetica arte nomen consecutus, de parentibus et patria deum consuluit, isque sic respondit:

Insula Ios matris patria est; vita hæc quoque functum
Accipiet: sed tu juvenile ænigma caveto.

(2) Alterum quoque oraculum tale fertur:

Felix et miser, ad sortem es quia natus utramque,
Perquiris patriam; matris tibi, non patris exstat
Patria, in undoso jacet hæc ponto insula, Cretæ
Non adeo vicina, et non longe usque remota.
Hic te fata tua cogent decedere vita,
Quum pueri ignotis obscurum ambagibus olim
Sermonem involvent, teque hunc evolvere poscent;
Quippe duplex vitæ fatum tibi contigit: orbum
Luminibus, superis Musa immortalibus æquat:
Post mortem te vita manet secura senectæ.

(3) Non multo post tempore Thebas navigans ad Saturnalia, quod ibi certamen musicum celebratur, lum venit. Ibi saxo insidens, piscatores vidit adnavigantes, eosque interrogavit, num quid haberent. Illi quod nihil cepissent, sed capturæ penuria et otio pediculos legerent, ita responderunt:

Non capta afferimus: fuerant quæ capta relictis,

ænigmate significantes, se, quos cepissent pediculos, eos occisos reliquisse, quos vero non cepissent eos se in vestimentis suis secum ferre. Quod quum Homerus conjectando assequi non posset, præ animi dolore mortuus est.

Ἰῆται μεγαλοπρεπῶς τοιόνδε ἐπέγραψαν αὐτοῦ τῷ τάφῳ·

Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει,
ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

(5) Εἰσὶ μέντοι οἳ καὶ Κολοφώνιον αὐτὸν ἀποδεικνύναι πειρῶνται, μεγίστῳ τεκμηρίῳ χρώμενοι πρὸς ἀπόδειξιν τῷ ἐπὶ τοῦ ἀνδριάντος ἐπιγεγραμμένῳ ἐλεγείῳ· ἔχει δὲ οὕτως·

Υἱὲ Μέλητος, Ὅμηρε, σὺ γὰρ κλέος Ἑλλάδι πάσῃ
καὶ Κολοφῶνι πάτρῃ θῆκας ἐν ἀΐδιον·
καὶ τάσδ' ἀντιθέῳ ψυχῇ γεννήσαο κούρας
δισσὰς ἡμιθέων γραψάμενος σελίδας.
Ὑμνεῖ δ' ἡ μὲν νόστον Ὀδυσσῆος πολύπλαγκτον,
ἡ δὲ τὸν Ἰλιακὸν Δαρδανιδῶν πόλεμον.

(6) Ἄξιον δὲ μηδὲ τὸ ὑπὸ Ἀντιπάτρου τοῦ ἐπιγραμματοποιοῦ γραφὲν ἐπίγραμμα παραλιπεῖν, ἔχον οὐκ ἀσέμνως· ἔχει δὲ οὕτως·

Οἱ μέν σευ Κολοφῶνα τιθηνήτειραν, Ὅμηρε,
οἱ δὲ καλὰν Σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι Χίον·
οἱ δ' Ἶον, οἱ δ' ἐδόασαν ἐύκλαρον Σαλαμῖνα·
οἱ δέ νυ τὰν Λαπιθᾶν ματέρα Θεσσαλίαν·
ἄλλοι δ' ἄλλο μέλαθρον ἀνίαχον· εἰ δέ με Φοίβου
χρὴ λέξαι πινυτὰν ἀμφαδὰ μαντοσύναν,
πάτρα τοι τελέθει μέγας Οὐρανός, ἐκ δὲ γυναικὸς
οὐ θνατᾶς, ματρὸς δ' ἔπλεο Καλλιόπας.

V. Γενέσθαι δὲ αὐτὸν τοῖς χρόνοις οἱ μέν φασι κατὰ τὸν Τρωικὸν πόλεμον, οὗ καὶ αὐτόπτην γενέσθαι· οἱ δὲ μετὰ ἑκατὸν ἔτη τοῦ πολέμου· ἄλλοι δὲ μετὰ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἔγραψε δὲ ποιήματα δύο, Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν· ὡς δέ τινες, οὐκ ἀληθῶς λέγοντες, γυμνασίας καὶ παιδιᾶς ἕνεκα καὶ Βατραχομυομαχίαν προσθεὶς καὶ Μαργίτην.

V. Τοῦ δὲ Τρωικοῦ πολέμου κατ' Ὅμηρόν τινές φασιν ἀρχὴν εἶναι τὴν τῶν θεῶν κρίσιν, Ἥρας καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἀφροδίτης, περὶ κάλλους ἐπ' Ἀλεξάνδρου γενομένην· λέγειν γὰρ τὸν ποιητὴν,

Ὅς νείκεσσε θεὰς, ὅτε οἱ μέσσαυλον ἴκοντο,
τὴν δ' ἤνεσσ', ἣ οἱ πόρε μαχλοσύνην ἀλεγεινήν.

Ἀλλ' οὐ πρέπον ὑπολαμβάνειν θεοὺς ὑπὸ ἀνθρώπων κεκρίσθαι, οὔτε ὑπὸ Ὁμήρου δι' ἄλλων παρίσταται τοῦτο· ὅθεν εὐλόγως ἠθέτηνται οἱ προκείμενοι στίχοι.

VII. Ἀμεινον οὖν λέγειν ὅτι Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Πριάμου παῖς, ἐπιθυμήσας Ἑλληνικοῦ βίου μαθεῖν ἀγωγὴν, ἔπλευσεν εἰς Σπάρτην· καὶ ἐπιξενωθεὶς Ἑλένῃ, Μενελάου κατὰ τὸν οἶκον οὐκ ὄντος, ἀνέπεισεν αὐτὴν ἀκολουθεῖν· ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Κρανάην καλουμένην νῆσον, ἐμίγη πρῶτον τῇ γυναικὶ, κἀκεῖθεν πλεύσας διὰ Σιδῶνος καὶ Φοινίκης, ἦκεν ἐς Ἴλιον· ἐπιγνόντες δὲ οἱ περὶ Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον τὸ πεπραγμένον, στρατιὰν ἠθροισαν ἐν Αὐλίδι πόλει τῆς Βοιωτίας. (2) Ἔνθα καὶ θυόντων αὐτῶν, δράκων ἐπὶ τὸ πλησίον ἀνελθὼν δένδρον, στρουθοῦ νεοσσοὺς ὀκτὼ διέφθειρεν· οἷς ἡ μήτηρ ἐνάτη συγκατείλεκτο. Ἐμήνυε δὲ τὸ σημεῖον ὅτι ἐννέα ἔτη πολεμήσαντες, τῷ δεκάτῳ ἀροῦσι

(4) Ienses eum magnifice sepeliverunt, hac addita sepulcro inscriptione:

Terra sacrum caput hic divini occultat Homeri,
Heroum egregias qui dixit carmine laudes.

(5) Sunt vero qui Colophonium eum perhibere studeant, maximo utentes probandæ sententiæ suæ argumento, elegiaco carmine ipsius statuæ inscripto hocce:

Nate Meletis Homere, ornasti nomine Graios
Æterno et patriam qui Colophona tuam:
Semideûm gemino complexe volumine laudes,
Divinæ mentis prole viges duplici.
Una vagum magni reditum decantat Ulyssis,
Altera luctiferæ prœlia Dardaniæ.

(6) Dignum etiam est quod adscribatur Antipatri poetæ epigramma, non carens gravitate; est autem hoc:

Sunt Colophona tibi patriam qui rentur, Homere,
Sunt et qui Smyrnam, quique fuisse Chium:
Quidam et Ion dicunt: alii Salamina beatam;
Ast alii, Lapithas quæ tulit, Æmoniam.
Diversi diversa ferunt. Oracula Phœbi
Quodsi jam plano mllicet ore loqui,
Cælum ingens patria est tibi, nec tu matre creatus
Mortali, sed enim Calliope peperit.

V. Fuisse autem eum alii dicunt tempore belli Trojani, resque illo gestas suis ipsum oculis vidisse: alii, centum post annis: alii, centum et quinquaginta. Scripsit duo poemata, Iliadem et Odysseam. Quidam, nec tamen vere illi, perhibent, eum lusus et exercitationis causa etiam Bellum Ranarum et Murium, et Margiten adjecisse.

VI. Belli Trojani quidam dicunt initium secundum Homerum esse judicium de pulchritudine dearum, Junonis, Minervæ, Veneris, Alexandro commissum; nam ipsum poetam ita prodere:

Condemnasse deas referunt, quando ipsum adiere:
Collaudasse sed hanc quæ tristia suavia donat.

At nec decorum est putare deos ab hominibus fuisse judicatos, nec Homerus hujus rei alibi meminit; unde illi versus merito pro spuriis repudiati sunt.

VII. Præstat igitur dicere, Alexandrum Priami filium, quum Græcam vitæ rationem cognoscere cuperet, Spartam navigasse; et ab Helena, absente marito Menelao, hospitio exceptum, eique persuasisse ut secum abiret: mox in Cranaen insulam delatum, primo cum ea concubuisse: inde navigatione per Sidonem et Phœnicen, Ilium venisse: Agamemnonem et Menelaum, re cognita, exercitum collegisse in Aulide urbe Bœotiæ: (2) ibi, iis sacrificantibus, draconem in vicinam arborem adscendisse, et octo passeris pullos cum ipsa matre, quæ nona illorum numero accessit, interfecisse: quo significabatur ostento, Græcos, novem annis ad Ilium bello gesto, decimo urbem

τὴν Ἴλιον. (2) Ἡνίκα δὲ πλεύσαντες ἐπέβησαν τῆς Τροίας, μετὰ πρώτην συμβολήν, καθ' ἣν ἀνῃρέθη Πρωτεσίλαος, Μενέλαόν τε καὶ Ὀδυσσέα πρέσβεις ἀπέστειλαν τὴν Ἑλένην ἀπαιτοῦντες. Τρώων δὲ ἀντειπόντων, πάλιν συμβολὰς ἐποιοῦντο πολέμου· καὶ ἐπικρατήσαντες, τοὺς μὲν Τρῶας ἐντὸς τειχῶν κατέκλεισαν, αὐτοὶ δὲ εἰς δύο μερισθέντες, τοὺς μὲν εἴασαν παρεδρεύειν τῇ πόλει, οἱ δὲ, στρατηγοῦντος Ἀχιλλέως, τὰς περιχειμένας πόλεις ἐπόρθουν, συμμαχίας ἀφαιρούμενοι τοὺς Τρῶας. Ἐξ ὧν μίαν ἑλόντες Χρῦσαν, γέρας ἔδοσαν Ἀγαμέμνονι Χρυσηΐδα, Χρύσου ἱερέως Ἀπόλλωνος θυγατέρα. (4) Ὁ δὲ ἐλθὼν ἐπὶ τὸν ναύσταθμον, ἵνα λυτρώσηται τὴν παῖδα, καὶ ὑβρισθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος, ηὔξατο τῷ Ἀπόλλωνι κολάσαι τοὺς Ἕλληνας. Ἐπακούσας δὲ τῆς εὐχῆς ὁ θεὸς λοιμὸν ἔπεμψεν αὐτοῖς. Καὶ τότε Ἀχιλλέως παραινέσαντος ἀποδοῦναι τὴν Χρυσηΐδα, Ἀγαμέμνων ὀργισθεὶς ἠπείλησεν ἀφαιρήσεσθαι τὸ Ἀχιλλέως γέρας Βρισηΐδα· τὸν δὲ τὴν μητέρα Θέτιν αἰτήσασθαι παρὰ τοῦ Διὸς ἦτταν Ἑλλήνων. (5) Οὗ γενομένου, Πάτροκλος προτραπεὶς ὑπὸ Νέστορος ἐκέτευσεν Ἀχιλλέα δοῦναι κἂν ἐπ' ὀλίγον τὴν πανοπλίαν αὐτῷ, ἵνα τοὺς Τρῶας τῶν νεῶν ἀπώσηται. Ἐξελθὼν δὲ Πάτροκλος, καὶ γενναίως ἀριστεύσας, μετ' οὐ πολὺ ἀνῃρέθη. Χαλεπήνας δὲ ὁ Ἀχιλλεὺς ἐπαύσατο μὲν τῆς πρὸς Ἀγαμέμνονα ἔχθρας, λαβὼν δὲ ἡφαιστότευκτον πανοπλίαν, ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τελευταῖον ἀνεῖλε τὸν Ἕκτορα.

VIII. Ἡ μὲν οὖν τάξις τῶν πραγμάτων ἐστὶν αὕτη· ὁ δὲ ποιητὴς ἀπὸ τοῦ ἐνάτου ἔτους ἤρξατο, ἐπεὶ τὰ πρὸ τῆς Ἀχιλλέως μήνιδος ἦν ἀτονώτερα, καὶ πράξεις οὐκ ἔχοντα λαμπρὰς οὐδὲ ἐπαλλήλους. Συμμαχοῦντος γὰρ Ἕλλησιν Ἀχιλλέως

οὐδέποτε Τρῶες πρὸ πυλάων Δαρδανιδάων
οἴχνεσκον· κείνου γὰρ ἐδείδισαν ὄβριμον ἔγχος.

Ἀποστάντος δὲ τούτου θαρσήσαντες προῆλθον· καὶ τῆς μάχης ἴσης γενομένης, πολυπρόσωποί τε καὶ συνεχεῖς τῶν ἡρώων ἀριστεῖαι κατέστησαν.

capturos. (3) Postquam Græci navibus appulsis in littus Trojanum egressi erant, post primum conflictum, in quo interfectus est Protesilaus, Menelaum et Ulyssem reposcendæ Helenæ causa miserunt. Trojanis negantibus, altero conflictu victores, Trojanos intra muros continuerunt, ipsi autem, in duas partes divisi, alteram obsidendæ urbi reliquerunt : ceteri, duce Achille, circumjacentes urbes vastaverunt, ut earum auxiliis Trojanos privarent. Harum ex una capta Chrysa Chryseidem, Chrysæ sacerdotis Apollinis filiam, eximii muneris loco dederunt Agamemnoni. (4) Chryses redimendæ filiæ causa ad navium stationem venit, et contumeliose ab Agamemnone acceptus, Apollinem precatus est ut Græcos puniret. Deus, exauditis precibus, pestem Græcis immisit. Ibi Achille monente ut redderetur Chryseis, Agamemnon ad iram provocatus, minatur se Achilli muneri datam Briseidem ablaturum. Hic vero matri Thetidi persuadet orare Jovem ut Græcis cladem infligat. (5) Id quum evenisset, Patroclus a Nestore impulsus Achillem exoravit ut sibi vel ad breve tempus arma commodaret sua, quorum specie ac terrore Trojanos a navibus repelleret. Itaque egressus, re fortiter gesta, brevi post interfectus est. Quem casum ægre ferens Achilles, ira adversus Agamemnonem deposita, arma recens a Vulcano facta induit, et cum alios multos tum postremum interfecit Hectorem.

VIII. Hæc est series rerum. Poeta vero initium fecit a nono anno; quod quæ Achillis iram antecesserunt, remissiora nec splendidis actionibus frequentia essent. Nam quoad Græcis belli socium se præstabat Achilles

Numquam Dardanidis ausi se emittere portis
Troes erant, vim Pelidæ telumque timentes.

At idem quum a belli societate se abstinere cœpisset, receptis Trojani animis in pugnam prodierunt : quæ quum utrimque æqua esset, fortia heroum facta et multiplicia et continua exstiterunt.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΒΙΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΟΙΗΣΕΩΣ ΟΜΗΡΟΥ. ΒΙΒΛ. Β.

I. Ὅμηρον τὸν ποιητὴν χρόνῳ μὲν τῶν πλείστων, δυνάμει δὲ πάντων πρῶτον γενόμενον, εἰκότως ἀναγινώσκομεν πρῶτον, ὠφελούμενοι τὰ μέγιστα εἴς τε τὴν φωνὴν καὶ τὴν διάνοιαν καὶ τὴν τῶν πραγμάτων πολυπειρίαν. Λέγωμεν δὲ περὶ τῆς τούτου ποιήσεως, πρότερον μνησθέντες διὰ βραχέων τοῦ γένους αὐτοῦ.

II. Ὅμηρον τοίνυν Πίνδαρος μὲν ἔφη Χῖόν τε καὶ Σμυρναῖον γενέσθαι· Σιμωνίδης δὲ, Χῖον· Ἀντίμαχος δὲ καὶ Νίκανδρος, Κολοφώνιον· Ἀριστοτέλης δὲ ὁ φιλόσοφος, Ἰήτην· Ἔφορος δὲ ὁ ἱστορικὸς, Κυμαῖον. Οὐκ ὤκνησαν δέ τινες Σαλαμίνιον αὐτὸν εἰπεῖν, ἀπὸ Κύπρου· τινὲς δὲ, Ἀργεῖον· Ἀρίσταρχος δὲ καὶ Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, Ἀθηναῖον. Υἱὸς δὲ ὑπ' ἐνίων λέγεται

DE VITA ET POESI HOMERI. LIB. II.

I. Homerum poetam, qui ætate inter plurimos, facultate inter omnes primus fuit, merito primum legimus; idque maximo cum utilitatis fructu quum ad orationem, tum ad sententiam, tum ad multiplicem rerum scientiam. Dicamus itaque de ejus poesi, ubi genus ipsius paucis repetiverimus.

II. Homerum igitur Pindarus et Chium, et Smyrnæum fuisse tradit : Simonides, Chium; Antimachus et Nicander, Colophonium : Aristoteles autem philosophus, Iensem : Ephorus historicus, Cumanum. Nec quosdam piguit eum Salaminium, a Cypri oppido, appellare. Quidam vero Argivum fuisse asserunt : Aristarchus autem, et Dionysius ille Thrax, Atheniensem. Ceterum ab aliis filius

Μαίονος καὶ Κριθηΐδος· ὑπὸ δέ τινων, Μέλητος τοῦ ποταμοῦ.

III. Ὥσπερ δὲ τὰ τοῦ γένους αὐτῷ διαπορεῖται, οὕτω καὶ περὶ τῶν χρόνων, καθ' οὓς ἐγένετο. Καὶ οἱ μὲν περὶ Ἀρίσταρχόν φασιν αὐτὸν γενέσθαι κατὰ τὴν τῶν Ἰώνων ἀποικίαν, ἥτις ὑστερεῖ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου ἔτεσιν ἑξήκοντα, τὰ δὲ περὶ τοὺς Ἡρακλείδας λείπεται τῶν Τρωικῶν ἔτεσιν ὀγδοήκοντα. (2) Οἱ δὲ περὶ Κράτητα καὶ πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου λέγουσιν αὐτὸν γενέσθαι, ὡς οὐδὲ ὅλα ἔτη ὀγδοήκοντα ἀπέχειν τῶν Τρωικῶν. Ἀλλὰ παρὰ τοῖς πλείστοις πεπίστευται μετὰ ἔτη ἑκατὸν τῶν Τρωικῶν γεγονέναι, οὐ πολὺ πρὸ τῆς θέσεως τῶν Ὀλυμπίων, ἀφ' ἧς ὁ κατὰ Ὀλυμπιάδα χρόνος ἀριθμεῖται.

IV. Εἰσὶ δὲ αὐτοῦ ποιήσεις δύο, Ἰλιὰς καὶ Ὀδύσσεια· διηρημένη ἑκατέρα εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν στοιχείων, οὐχ ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ, ἀλλ' ὑπὸ τῶν γραμματικῶν τῶν περὶ Ἀρίσταρχον. (2) Ὧν ἡ μὲν Ἰλιὰς ἔχει τὰς ἐν Ἰλίῳ πράξεις Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων, διὰ τὴν Ἑλένης ἁρπαγήν, καὶ μάλιστα τὴν Ἀχιλλέως ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ διαδειχθεῖσαν ἀλκήν· ἡ δὲ Ὀδύσσεια, τὴν Ὀδυσσέως ἀνακομιδὴν ἐς τὴν πατρίδα ἀπὸ τοῦ Τρωικοῦ πολέμου, καὶ ὅσα πλανώμενος ἐν τῷ νόστῳ ὑπέμεινε, καὶ ὅπως τοὺς ἐπιβουλεύοντας τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἐτιμωρήσατο. Ἐξ ὧν δῆλός ἐστι παριστὰς, διὰ μὲν τῆς Ἰλιάδος, ἀνδρίαν σώματος· διὰ δὲ τῆς Ὀδυσσείας, ψυχῆς γενναιότητα.

V. Εἰ δὲ μὴ μόνον ἀρετὰς, ἀλλὰ καὶ κακίας ψυχῆς ἐν ταῖς ποιήσεσι παρίστησι, λύπας τε καὶ χαρὰς, καὶ φόβους καὶ ἐπιθυμίας, οὐ χρὴ αἰτιᾶσθαι τὸν ποιητήν· ποιητὴν γὰρ ὄντα δεῖ μιμεῖσθαι οὐ μόνον τὰ χρηστὰ ἤθη, ἀλλὰ καὶ τὰ φαῦλα· ἄνευ γὰρ τούτων παράδοξοι πράξεις οὐ συνίστανται, ὧν ἀκούοντα ἔνεστιν αἱρεῖσθαι τὰ βελτίω. (2) Πεποίηκε δὲ καὶ τοὺς θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις ὁμιλοῦντας, οὐ μόνον ψυχαγωγίας καὶ ἐκπλήξεως χάριν, ἀλλ' ἵνα καὶ ἐν τούτῳ παραστήσῃ ὅτι κήδονται καὶ οὐκ ἀμελοῦσι τῶν ἀνθρώπων οἱ θεοί.

VI. Καὶ τὸ μὲν ὅλον, παρ' αὐτῷ διήγησις τῶν πραγμάτων παράδοξος καὶ μυθώδης κατεσκεύασται, ὑπὲρ τοῦ πληροῦν ἀγωνίας καὶ θαύματος τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ ἐκπληκτικὴν [τὴν] ἀκρόασιν καθιστάναι. Ὅθεν δοκεῖ τινα παρὰ τὸ εἰκὸς εἰρηκέναι. Καὶ γὰρ ἀεὶ τὸ πιθανὸν ἕπεται, ἐν ᾧ τὸ παράδοξον καὶ ἐπηρμένον πρόκειται. Διὸ καὶ οὐ μόνον τὰ πράγματα μετεωρίζει καὶ ἐκτρέπει τῆς συνηθείας, ἀλλὰ καὶ τοὺς λόγους. Ὅτι δὲ ἀεὶ τὰ καινὰ καὶ ἔξω τοῦ προχείρου θαυμάζεται, καὶ τὸν ἀκροατὴν ἐπάγεται, παντὶ δῆλον. (2) Πλὴν καὶ ἐν τοῖς μυθώδεσι τούτοις λόγοις, εἴ τις μὴ παρέργως ἀλλ' ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν εἰρημένων ἐπιλέγοιτο, φανεῖται πάσης λογικῆς ἐπιστήμης καὶ τέχνης ἐντὸς γενόμενος, καὶ πολλὰς ἀφορμὰς καὶ οἱονεὶ σπέρματα καὶ λόγων καὶ πράξεων παντοδαπῶν τοῖς μεθ' αὐτὸν παρεσχημένος, καὶ οὐ τοῖς ποιηταῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πεζῶν λόγων συνθέταις ἱστορικῶν τε καὶ θεωρημα-

Mæonis et Critheidis nuncupatur, ab aliis vero Meletis fluvii.

III. Porro quemadmodum de genere ipsius, sic et de tempore quo viguit, ambigitur. Siquidem Aristarchus refert, eum circiter Ionicam fuisse emigrationem: hæc post Heraclidarum reditum annis sexaginta contigit, Heraclidarum autem res gestæ octoginta annis post Trojæ excidium exstiterunt. (2) Crates vero ante Heraclidarum reditum fuisse eum tradit, ita ut non solidis octoginta annis Homeri seculum a Trojano excidio abfuerit. Verum a plerisque creditus est centum annis post Trojanas res esse natus, non multo ante Olympicorum certaminum institutionem, ex qua tempus secundum Olympiades supputatur.

IV. Sunt autem illius poemata duo, Ilias et Odyssea, quorum utrumque juxta numerum ordinis elementorum, in viginti quattuor libros digestum est, non quidem ab ipso poeta, sed ab Aristarcho grammatico. (2) Ceterum in Iliade hæc duo continentur, primum et Græcorum et Barbarorum gesta ad Ilium, idque propter Helenæ raptum, et præcipue Achillis strenua opera, in hoc bello navata. In Odyssea autem Ulyssis reditus in patriam ex Trojano bello, et quæcumque per errores in redeundo perpessus est, describuntur; porro, quomodo de procis domui ipsius insidiantibus pœnas expetiverit. Unde constat, Homerum nobis in Iliade quidem corporis robur expressisse, in Odyssea vero animi generositatem.

V. Quod vero non solum virtutes, sed et animi vitia, tristitiam et gaudia, metus et concupiscentias, in hisce poematibus exhibet, poeta non est accusandus. Poeta enim si quis sit, is et bonos et malos mores imitari debet; eo quod sine iis admiranda facta non constent; quæ dum quis audit, optima quæque inde eligenda sunt. (2) Nam quod deos cum hominibus commercium habentes introducit, non solum delectationis et admirationis causa ab illo factum est, sed etiam ut ita significaret, deos curam gerere hominum, et illorum minime negligentes esse.

VI. Et, ut summatim dicam, admirabili et fabulosa rerum narratione ideo utitur, quo sollicitudinem et admirationem lectoribus incutiat, et auditioni terrorem addat. Quo fit ut quædam præter verisimilitudinem dixisse videatur. Etenim poetica vis semper ex admirandis et eximiis rebus propositis sequitur. Quapropter non solum res, sed etiam verba extollit, et a communi consuetudine transfert. Quod vero nova, et non omnibus obvia identidem suscipiat, et auditoris studium captet, nemini obscurum est. (2) Præterea ex fabulosis istis orationibus, si quis non negligenter, sed accurate singula dicta legat, apparebit, eum scientiæ artisque omnem rationem animo perceptam habuisse, multasque copias et tanquam semina cum dictionum tum actionum omnigenarum posteris suppeditasse, idque non solum poetis, sed et solutæ orationis scriptoribus;

τικῶν. (2) Ἴδωμεν γὰρ πρότερον τὴν τῆς λέξεως αὐτοῦ πολυφωνίαν, ἔπειτα καὶ τὴν ἐν τῇ πραγματείᾳ πολυμάθειαν. Πᾶσα μὲν οὖν ποίησις, τάξει τινὶ τῶν λέξεων συντιθεμένων, ῥυθμῷ καὶ μέτρῳ παραλαμβάνεται· ἐπεὶ τὸ λεῖον καὶ εὐεπὲς, σεμνὸν ἅμα καὶ ἡδὺ γενόμενον, διὰ τοῦ τέρπειν εἰς τὸ προσέχειν ἀπάγεται. Ὅθεν συμβαίνει κατὰ τὸ αὐτὸ, μὴ μόνον τοῖς ἐκπλήττουσι καὶ θέλγουσι τέρπεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς πρὸς ἀρετὴν ὠφελοῦσι πείθεσθαι ῥᾳδίως.

VII. Τὰ δ' Ὁμήρου ἔπη τὸ τελειότατον ἔχει μέτρον, τουτέστι τὸ ἑξάμετρον, ὃ καὶ ἡρῷον καλεῖται· ἑξάμετρον μὲν, ὅτι εἷς ἕκαστος στίχος ἔχει πόδας ἓξ· ὧν ὁ μέν ἐστιν ἐκ δύο συλλαβῶν μακρῶν, σπονδεῖος καλούμενος· ὁ δὲ, ἐκ τριῶν, μιᾶς μὲν μακρᾶς, δύο δὲ βραχειῶν, ὃς λέγεται δάκτυλος· καὶ εἰσὶν ἀλλήλοις ἰσόχρονοι· αἱ γὰρ δύο βραχεῖαι μιᾶς μακρᾶς χρόνον ἐπέχουσιν· οὗτοι δὲ, παρ' ἀλλήλοις συντιθέμενοι, πληροῦσι τὸ ἑξάμετρον ἔπος. Ἡρῷον δὲ λέγεται, ὅτι διὰ τούτου τὰς τῶν ἡρώων πράξεις διηγεῖται.

VIII. Λέξει δὲ ποικίλῃ κεχρημένος, τοὺς ἀπὸ πάσης διαλέκτου τῶν Ἑλληνίδων χαρακτῆρας ἐγκατέμιξεν. Ἐξ ὧν δῆλός ἐστι πᾶσαν γῆν Ἑλλάδα ἐπελθὼν καὶ πᾶν ἔθνος.

IX. Καὶ Δωριέων μὲν τῇ συνήθει τῆς βραχυλογίας ἐλλείψει κέχρηται, τὸ δῶμα λέγων δῶ,

Αἶψα δέ οἱ δῶ
ἀφνειὸν πέλεται·

καὶ τὸ ὅτι, ὅ,

Ὅ μοι αἰετὸς ἔκτανε χῆνας·

καὶ τὸ ὀπίσω, ἄψ, μεταβαλὼν τὸ μὲν ο εἰς τὸ α, τὸ δὲ π καὶ τὸ σ εἰς τὸ συγγενὲς αὐτοῖς· καὶ τὸ ἄλλοτε, ἄλλο,

Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσσεν ἐφετμή·

καὶ τὰ τοιαῦτα. (2) Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ μέσα συντείνων, λέγει τοὺς ὁμότριχας, καὶ ὁμοετεῖς, ὁτριχας [καὶ] οἰετέας· καὶ τὸν ὁμοπάτριον, ὁπάτρον· καὶ τὸ τρέμειν, τρεῖν· καὶ τὸ τιμῶ, τίω. Τῶν αὐτῶν δέ ἐστι καὶ τὸ ὑπερβιβάζειν τὰ στοιχεῖα, ὡς ἐν τῷ κάρτιστοι, ἀντὶ τοῦ κράτιστοι.

X. Αἰολέων δὲ χρῆται ἐν τοῖς συνθέτοις τῇ συγκοπῇ, καδδραθέτην λέγων ἀντὶ τοῦ κατέδραθον, καὶ ὑββάλλειν ἀντὶ τοῦ ὑποβάλλειν. Καὶ ἐπὶ τοῦ παρατατικοῦ χρόνου, τὰ τρίτα πρόσωπα λήγοντα παρὰ τοῖς ἄλλοις εἰς τὸ ει, διὰ τοῦ η παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν ἐκφέρεται, ὡς ἐν τῷ ἐφίλη, ἐνόη· οὕτω καὶ Ὅμηρος ἐποίησεν,

Δίδῃ μόσχοισι λύγοισιν,

ἀντὶ τοῦ ἔδει, ὅ ἐστιν ἐδέσμει· καὶ,

Τοὺς μὲν ἄρ' οὔτ' ἀνέμων διάη μένος ὑγρὸν ἀέντων.

Καὶ τὸ ἐναλλάσσειν ἐνίοτε τὸ σ εἰς τὸ δ, ὡς ἐν τῷ λέγειν ὀδμή, καὶ ἴδμεν. Καὶ τὸ πλεονάζειν ἔν τισιν, ὡς τὸ εὔκηλος ἀντὶ τοῦ ἔκηλος, καὶ αὐτάρ ἀντὶ

ut sunt historici, oratores et philosophi. (3) Videamus igitur in eo primum multiplicem dictionis usum, deinde multijugam quoque rerum cognitionem. Omnis itaque poesis quadam dictionum serie inter se conjunctarum, rhythmo videlicet ac metro jucunda et accepta efficitur. Quandoquidem si id, quod planum et blandum est, gravitate et suavitate simul condiatur, animos delectando attentos reddit. Quo fit ut eadem opera non solum percutientibus et demulcentibus carminis partibus oblectentur, verum etiam ad virtutem fructuosis facilius obtemperent.

VII. Jam Homerici versus perfectissimo metro constant, hoc est hexametro, quod et Heroicum appellatur. Et hexametrum quidem dicitur, quod unusquisque versus sex pedes complectitur. Quorum unus ex duabus longis syllabis, nomine *spondeus*, constat. Alter vero ex tribus, priore quidem longa, posterioribus vero duabus brevibus, qui *dactylus* vocatur. Paribus autem inter se temporibus uterque est. Duæ namque breves syllabæ, unius longæ instar sunt. Atque hi duo pedes invicem positi, hexametrum versum constituunt. Heroicum autem ideo appellatur, quod hoc carminis genere heroum facta celebrantur.

VIII. Varia autem dictione usus est, et ex omni Græcorum dialecto loquendi formas suis poematis interseruit. Unde et constat, eum totam Græciam et cunctas illius nationes peragrasse.

IX. Nam Doriensium defectu, qui perquam familiaris est brevitati studentibus, usus est: pro dictione δῶμα, id est *domus*, dicens δῶ: ut

statim autem ei domus (δῶ)
magnifica obtingit.

Et pro ὅτι, id est *quod*, ὅ, ut

quod (ὃ) aquila mihi anseres interfecit.

Et pro ὀπίσω, id est *retro*, ἄψ: o quidem in α, π vero et σ, in cognatam ipsis literam, nempe ψ, mutando. Denique pro ἄλλοτε, id est *alibi*, ἄλλο, ut,

Jamque alibi (ἄλλο) tua me præcepta dedere modestum;

et hujusmodi. (2) Ad eundem modum et medias concidendo dictiones, ait pro ὁμότριχας, id est *ejusdem capilli*, ὁτριχας. Et pro ὁμοετεῖς, id est *eorundem annorum*, οἰετέας. Et pro ὁμοπάτριον, id est *ejusdem patris*, ὁπάτρον: pro τρέμειν, id est *tremere*, τρεῖν: pro τιμῶ, id est *honoro*, τίω. Eorumdem Doriensium est et literas transponere, ut quum dicunt pro κράτιστοι, id est *optimi*, κάρτιστοι.

X. Æolum vero syncopa in compositis dictionibus utitur, καδδραθέτην dicens, pro κατεδραθέτην, id est *obdormiverunt*. Et ὑββάλλειν, pro ὑποβάλλειν, id est *subjicere*. Deinde tertias Imperfecti personas apud alios in ει diphthongum desinentes, Æoles per η efferunt, ut quum pro ἐφίλει, id est *amabat*, ἐφίλη, et pro ἐνόει, id est *cogitabat*, ἐνόη dicunt. Quem morem et Homerus secutus, ait,

teneris virgulis (δίδῃ) vinciebat,

pro ἔδει. Et,

Humida quas neque permeat (διάη) ulla potentia venti.

Ad hæc quum mutant σ in δ, ac dicunt ὀδμή, pro ὀσμή, id est *odor*: et ἴδμεν, pro ἴσμεν, id est *novimus*. Præterea pleonasmo in quibusdam dictionibus utentes, ut quum pro ἔκηλος, id est *tranquillus*, εὔκηλος: et pro ἀτάρ, id est

τοῦ ἀτάρ, καὶ κεκληγόντες ἀντὶ τοῦ κεκληγότες. Καὶ τὸ προστιθέναι τῷ δευτέρῳ προσώπῳ τῶν ῥημάτων τὸ θα, ὡς τὸ φῆσθα καὶ εἶπησθα. Τὸν δὲ διπλασιασμὸν τῶν συμφώνων οἱ μὲν Δωριεῦσιν, οἱ δὲ Αἰολεῦσι προσνέμουσιν· οἷόν ἐστιν

Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος,

καὶ,

Ὁππότερος τάδε ἔργα.

XI. Ἰώνων δὲ ἴδιον ἔχει τὸ ἀφαιρέσει χρῆσθαι ἐν τοῖς παρῳχηκόσι χρόνοις τῶν ῥημάτων, ὡς τὸ βῆς καὶ τὸ δῶκεν· ἔθος γὰρ ἔχουσι καὶ ἐπὶ τῶν παρῳχημένων χρόνων ἀπὸ τῶν αὐτῶν στοιχείων ἄρχεσθαι, ἀφ' ὧν ἐστι καὶ ὁ ἐνεστώς. Καὶ τὸ ὑφαιρεῖν τὸ ε ἐν τῷ ἱρεύς, καὶ ἶρηξ. Καὶ τὸ προστιθέναι τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν ὑποτακτικῶν τὸ σι· οἷόν ἐστι τὸ ἔλθῃσι καὶ τὸ λάβῃσι· καὶ ταῖς δοτικαῖς, θύρῃσι, ὕλῃσι· καὶ τὸ λέγειν οὔνομα καὶ νοῦσον, τὸ ὄνομα καὶ τὴν νόσον· καὶ κεινόν καὶ μεῖλαν, ἀντὶ τοῦ κενόν καὶ μέλαν. Καὶ τὸ μεταβάλλειν τὸ α, ἐπειδὰν ἐκτείνηται, εἰς τὸ η, ὡς τὸ Ἥρη, Ἀθηναίη· ἔστι δ' ὅτε ἐκ τοῦ ἐναντίου τὸ η εἰς τὸ α, ὡς τὸ λελασμένος ἀντὶ τοῦ λελησμένος. Καὶ τὸ διαιρεῖν τὰ περισπώμενα ῥήματα, φρονέων καὶ νοέων· καὶ τὰς γενικὰς τὰς εἰς ους ληγούσας, ὡς τὸ Διομήδεος· καὶ τῶν θηλυκῶν τὰς γενικὰς τὰς εἰς ων ληγούσας, ὡς τὸ πυλέων, νυμφέων· καὶ τῶν οὐδετέρων τὰς πληθυντικὰς εὐθείας, τὰς εἰς τὸ η ληγούσας, ὡς τὸ στήθεα, βέλεα· καὶ τὰς γενικὰς αὐτῶν ὁμοίως. Ἰδίως δὲ λέγουσι καὶ τὸ τετράφαται, καὶ τὰ τοιαῦτα.

XII. Μάλιστα δὲ τῇ Ἀτθίδι διαλέκτῳ κέχρηται· καὶ γὰρ ἐπίμικτος ἦν. Καὶ ἐπεὶ λέγεται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεώς ὁ λαός, κατὰ ταύτην τὴν συνήθειάν ἐστι παρ' αὐτῷ ὁ Πηνέλεως καὶ τὸ χρεώς. Ἔστι δ' αὐτοῖς σύνηθες καὶ τὸ συναλείφειν ἐνίοτε, καὶ ἀντὶ δύο ποιεῖν μίαν συλλαβήν· τὸ ἔπος, τοῦπος, καὶ τὸ ἱμάτιον, θοιμάτιον, οἷς ἐστιν ὅμοιον,

Τρῶες δὲ προὔκυψαν ἀολλέες·

καὶ

Πεδία λωτεῦντα,

ἀντὶ τοῦ λωτεύοντα. Καὶ τὸ ὑφαιρεῖν τὸ η τῶν τοιούτων εὐκτικῶν, δοκοίης, δοκοῖς· τιμώης, τιμῷς, ἔστιν Ἀττικόν· ᾧ ἀκολούθως εἴρηται,

Ἄλλοι δὲ διακρινθῆτε τάχιστα.

Ὁμοίως δὲ καὶ τοῦτο Ἀττικόν,

Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους,

ὃ λέγομεν κακίονες καὶ ἀρείονες. Καὶ τὰς αἰτιατικὰς τῶν τοιούτων μὴ διαιρεῖν, τοὺς βοῦς, τοὺς ἰχθῦς,

Βοῦς περιτεμνομένους·

καὶ

Ἰχθῦς ὀρνιθάς τε.

sed, αὐτάρ dicunt, pro κεκληγότες, id est *clamantes*, κεκληγόντες. Et quum Secundæ verborum personæ θα particulam adjiciunt, pro φής, id est *faris*, φῆσθα : et pro εἶπες, id est *dixeris*, εἰπησθα. Porro consonantium duplicationem alii Doriensibus, alii Æolibus tribuunt. Cujusmodi illud est,

Corripuit (ἔλλαβε) mors atra,

pro ἔλαβε : et ὁππότερος pro ὁπότερος, id est *uter* :

Uter facta edidit hæcce.

XI. Ionum autem proprietatem observat, dum aphæresi in Præteritis verborum temporibus utitur, velut quum βῆ dicit, pro ἔβη, hoc est *ivit* : et δῶκεν, id est *dedit*, pro ἔδωκε. Siquidem in more habent, Præterita tempora ab iisdem literis inchoare, quibus et Præsens : et auferre ε in voce ἱρεύς, id est *sacerdos*, et ἶρηξ, id est *accipiter*. Præterea Tertiis subjunctivi modi personis σι addunt; ut quum pro ἔλθῃ, id est *venerit*, ἔλθῃσι : et pro λάβῃ, id est *acceperit*, λάβῃσι dicunt. Quam particulam et Dativis adjiciunt, θύρῃσι, ὕλῃσι, id est *januis*, *silvis*, dicentes. Ad hæc quum οὔνομα, id est *nomen*, pro ὄνομα, et νοῦσον, pro νόσον, id est *morbum* : et κεινόν pro κενόν, id est *vacuum*; et μεῖλαν pro μέλαν, hoc est *nigrum*, efferunt. Denique et α quum productum fuerit, in η mutant; pro Ἥρα, id est *Juno*, Ἥρη, et pro Ἀθηνᾶ, id est *Minerva*, Ἀθηναίη, efferentes. Et accidit ut contra η in α mutantes, dicant pro λελησμένος, id est *oblitus*, λελασμένος. Insuper et circumflexa ita per diæresim efferunt, pro φρονῶν, id est *intelligens*, φρονέων; et pro νοῶν, id est *cogitans*, νοέων dicentes. Eodem modo et Genitivos singulares in ους desinentes proferunt, ut Διομήδεος, id est *Diomedis*. Et Genitivos femininorum in ων exeuntes, ut πυλέων, id est *portarum*; νυμφέων, id est *nympharum*. Denique et Plurales nominum neutrius generis rectos in η desinentes, ut στήθεα, βέλεα, id est *pectora*, *tela*. Atque idem de ejusdem numeri Genitivis judicium. Ceterum hoc eis præ aliis Græcis familiare est, ut (pro τετραμμένοι ἦσαν, id est *versi sunt*) τετράφαται dicant, et similia.

XII. Maxime vero Attica dialecto usus est; quod cum aliis mista esset. Nam quemadmodum Attici pro λαός, id est *populus*, λεώς dicunt, sic et ipse Πηνέλεως et χρεώς, id est *debitum*. Est autem eis familiare, contractionibus nonnunquam uti, et pro duabus unam syllabam facere, ut pro τὸ ἔπος, id est *verbum*, τοῦπος, et pro τὸ ἱμάτιον, id est *vestimentum*, θοιμάτιον. Quibus illud Homericum affine est,

Trojani autem (προὔκυψαν) inclinaverunt frequentes;

et illud,

campos lotum ferentes,

λωτεῦντα pro λωτεύοντα. Ad hæc η ex hujusmodi Optativis tollunt, dicentes pro δοκοίης, id est *utinam videretur tibi*, δοκοῖς : pro τιμώης, *utinam honorares*, τιμῷς. Est quoque Atticismus, διακριθῆτε pro διακριθείητε, in hoc,

alii vero dijudicaveritis celerrime.

Et quum dicunt, [ους),

plures deteriores (κακίους), pauci vero patre meliores (ἀρεί-

quandoquidem in communi lingua dicimus κακίονες et ἀρείονες. Solent quoque hujusmodi Accusativos non per diæresim efferre, βοῦς videlicet, *boves*, pro βόας circumflectentes, et ἰχθῦς, *pisces*, pro ἰχθύας : et quum Homerus dicit,

boves (βοῦς) procidentes; et

pisces avesque.

Κἀκεῖνο δὲ εἴρηται ἀττικῶς,

Οὐδέ τι μιν σθένεϊ ῥηγνῦσι ῥέοντες,

ὡς ζευγνῦσι, ὀμνῦσι. Καὶ τὸ ἐξαιρεῖν τὰ βραχέα, ἀττικόν· λούεται, λοῦται· οἶομαι, οἶμαι. Οὕτως οὖν καὶ τὸ λύτο ἀντὶ τοῦ ἐλύετο. Τῶν αὐτῶν ἐστι καὶ τὸ ἐώρων, καὶ ἐωνησάμην, ἐκ περισσοῦ προστιθέντων τὸ ε· ὅθεν ἐστὶ καὶ τὸ ἐωνοχόει. Καὶ τὸ συναιρεῖν τὸ ι, ἐπὶ τῶν τοιούτων, ἠόνες, Νηρῇδες· οὕτω καὶ τὸ,

Σφὼ δὲ μάλ' ἠθέλετον·

καὶ ἐπὶ τῆς εἰς ι καθαρὸν ληγούσης δοτικῆς παρατελευτῶντος τοῦ α, κέραϊ, γέραϊ, σέλαϊ. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο ἀττικὸν, τὸ λέγειν ἔστων, καὶ ἐπέσθων, ἀντὶ τοῦ ἔστωσαν, καὶ ἐπέσθωσαν. Ἔστι δὲ καὶ ἡ τῶν δυϊκῶν χρῆσις τῆς συνηθείας, καὶ Ὅμηρος χρῆται συνεχῶς. Καὶ τὸ τοῖς θηλυκοῖς ἀρσενικὰ ἄρθρα ἢ μετοχὰς ἢ ἐπίθετα συντάσσειν, ὡς τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε· καὶ παρὰ Πλάτωνι δὲ, ἄγοντε καὶ φέροντε· καὶ, ἡ σοφὸς γυνὴ, καὶ, ἡ δίκαιος· οὕτως οὖν καὶ Ὅμηρος ἐπὶ Ἥρας καὶ Ἀθηνᾶς ἔφη,

Οὐκ ἂν ἐφ' ἡμετέρων ὀχέων πληγέντε κεραυνῷ·

καὶ,

Ἦτοι Ἀθηναίη ἀκέων ἦν·

καὶ,

Κλυτὸς Ἱπποδάμεια.

XIII. Καὶ περὶ τὴν σύνταξιν δὲ πολλὰ ἰδιώματα ἐχουσῶν τῶν διαλέκτων, ὅταν εἴπῃ ὁ ποιητὴς,

Ἀλλ' ἄγ' ὀΐστευσον Μενελάου κυδαλίμοιο,

Ἀττικὴν δείκνυσι[τὴν]συνήθειαν. Ὅταν δὲ εἴπῃ,

Δέξατό οἱ σκῆπτρον,

καὶ,

Θέμιστι δὲ καλλιπαρήῳ
δέκτο δέπας,

ἐν τούτοις δωρίζει.

XIV. Ὅπως μὲν οὖν τὰς πάντων Ἑλλήνων φωνὰς ἀθροίζων, ποικίλον ἀπεργάζεται τὸν λόγον, καὶ χρῆται ποτὲ μὲν ταῖς ξέναις, ὥσπερ εἰσὶν αἱ προειρημέναι, ποτὲ δὲ ταῖς ἀρχαίαις, ὡς ὅταν λέγῃ ἄορ καὶ σάκος· ποτὲ δὲ ταῖς κοιναῖς καὶ συνήθεσιν, ὡς ὅταν λέγῃ, ξίφος καὶ ἀσπίδα, [δῆλον]. Καὶ θαυμάσειέ τις, ὅτι καὶ κοιναὶ λέξεις παρ' αὐτῷ σώζουσι τὸ σεμνὸν τοῦ λόγου.

XV. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἐγκατάσκευος λόγος φιλεῖ τὴν τοῦ συνήθους ἐξαλλαγὴν, ὑφ' ἧς ἐναργέστερος ἢ σεμνότερος, ἢ πάντως τερπνότερος γίνεται, καὶ ἡ μὲν τῶν λέξεων ἐκτροπὴ καλεῖται Τρόπος, ἡ δὲ τῆς συνθέσεως Σχῆμα, καὶ ἔστι τὰ εἴδη τούτων ἐν τῇ Τεχνολογίᾳ ἀναγεγραμμένα, θεασώμεθα τί τούτων Ὁμήρῳ παραλέλειπται, ἢ τί ἕτερον ὑπὸ τῶν μετ' αὐτὸν εὑρηται, ὃ ἐκεῖνος οὐκ εἶπε πρῶτος.

XVI. Τῶν τοίνυν τρόπων Ὀνοματοποιία καὶ πάνυ

Et illud Attice dictum est, [fluentes;

neque ipsum robore rumpunt (ῥηγνῦσι pro ῥηγνύουσι)

sicut ζευγνῦσι pro ζευγνύουσι, ὀμνῦσι pro ὀμνύουσι. Præterea et breves vocales Attici ex Verbis abjiciunt, ut λούεται mutant in λοῦται, *lavatur* : οἶομαι in οἶμαι, *existimo* : ad quem modum et pro ἐλύετο, id est *solvebatur*, λύτο dicit. Eorundem est dicere, ἐώρων, ἐωνησάμην, ita ut ε præter necessitatem addant. Unde est etiam ἐφνοχόει, *vinum infundebat*. I quoque in hujusmodi dictionibus contrahunt, ut pro ἠόνες, id est *littora*, ἠόνες, et pro Νηρῄδες, *Nereides*, Νηρῇδες dicant. Sic et illud habet σφώ, *vos*, pro σφῶι,

vos autem duo admodum volebatis.

Denique in Dativis in ι purum desinentibus, quorum penultima α obtinet, idem fit, ut κέραϊ, *cornu*, γήραϊ, *senecluti*, σέλαϊ, *jubari*. Est et hoc Atticum ubi dicitur ἔστων, *sint*; et ἐπέσθων, *sequantur*, pro ἔστωσαν et ἐπέσθωσαν. Ejusdem consuetudinis est usus dualium, quibus Homerus identidem utitur. Præterea cum nominibus Femininis articulos, participia, et adjectiva Masculina conjungunt: ut τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε, *manus*, *mulieres*. Id quod et Platoni familiare est, ut quum dicit ἄγοντε καὶ φέροντε, *agentes et ferentes* : ἡ σοφὸς γυνὴ, ἡ δίκαιος, *sàpiens*, et *justus mulier*. Sic igitur et Homerus de Junone ac Minerva loquens, ait,

nequaquam in nostris curribus perculsi fulmine;

et,

sane Minerva invita (ἀκέων pro ἀκέουσα) erat;

et,

inclitus (κλυτός pro κλυτή) Hippodamea

XIII. Porro quum dialecti multam quoque in Constructionibus proprietatem habeant, quando poeta dicit,

Ast age divini jaculis pete tu Menelai,

pro *divinum Menelaum*, Atticam constructionem refert. At quando ait,

accepit illi sceptrum,

et

Themidi pulchrigenæ acceperat pateram,

pro *ab illo*, et *a Themide*, Dores sequitur.

XIV. Igitur apparet, quomodo omnium Græcorum voces congerendo variam orationem efficiat : dum utitur nonnunquam peregrinis, ut sunt prædictæ; aliquando vero priscis, ut quum dicit, *ensis*, *scutum*, ἄορ, σάκος; nonnunquam vero communibus et assuetis, ut quando ait, *gladius*, *clypeus*, ξίφος, ἀσπίδα. Et admiratione dignum est, quod vulgares voces apud eum orationis gravitatem retinent.

XV. Ceterum quoniam ornata oratio a communi consuetudine discedit, unde et evidentior, gravior, ac modis omnibus jucundior fit; atque dictionis immutatio, *Tropus*; constructionis autem, *Schema* vocatur, horum denique species in Arte dicendi perscriptæ sunt, videamus num horum aliquid ab Homero prætermissum sit, numve aliud quiddam a posteris inventum sit, quod ille non prius dixerit.

XVI. Inter Tropos itaque Onomatopœia admodum illa

συνήθως ἐστὶν αὐτῷ. Οἶδε γὰρ καὶ τὴν παλαιὰν ἀρχὴν τῶν ὀνομάτων, ὅτι οἱ πρῶτοι τὰ πράγματα ὀνομάσαντες πολλὰ ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος προσηγόρευσαν, καὶ τὰς ἀνάρθρους φωνὰς τοῖς ἐγγραμμάτοις ἐξετύπωσαν· ὡς τὸ φυσᾶν, καὶ τὸ πρίζειν, καὶ τὸ μυκᾶσθαι, καὶ τὸ βροντᾶν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Ὅθεν καὶ αὐτὸς ἐποίησέ τινα ὀνόματα οὐκ ὄντα πρότερον, πρὸς τὰ σημαινόμενα τυπώσας, οἷον τὸν δοῦπον, καὶ τὸν ἄραβον, καὶ τὸν βόμβον, καὶ τὸ ῥόχθει, καὶ τὸ ἀνέβραχε, καὶ τὸ σίζε, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὧν οὐκ ἂν εὕροι τις εὐσημότερα. (2) Καὶ πάλιν ἄλλας κοινὰς λέξεις ἐπ' ἄλλων πραγμάτων κειμένας ἐπ' ἄλλα μετέθηκεν, οἷόν ἐστι καὶ τοῦτο,

Φλέγμα κακὸν φορέουσα·

ὃ σημαίνει τὴν κατὰ τὸ φλέγειν ἐνέργειαν· καὶ τὸν πυρετόν ἀντὶ τοῦ πυρός. Οἷς ὅμοιόν ἐστι καὶ τὸ

χαλκοτύπους ὠτειλάς·

βούλεται γὰρ εἰπεῖν τὰς ὑπὸ τοῦ χαλκοῦ τετυπωμένας· καὶ ὅλως πολλῇ τῇ καινότητι τῶν λέξεων κέχρηται, μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας, τὰ μὲν ἐξαλλάσσων παρὰ τὴν συνήθειαν, τὰ δὲ εὐσημότερα καθιστὰς, ἕνεκα τοῦ κάλλος καὶ μέγεθος ἐμποιεῖν τοῖς λόγοις.

XVII. Πολλὴ δέ ἐστιν αὐτῷ καὶ ἡ τῶν ἐπιθέτων εὐπορία, ἅπερ οἰκείως καὶ προσφυῶς τοῖς ὑποκειμένοις ἡρμοσμένα δύναμιν ἴσην ἔχει τοῖς κυρίοις ὀνόμασιν· ὥσπερ τῶν θεῶν ἑκάστῳ ἰδίαν τινὰ προσηγορίαν προστίθησι, τὸν Δία μητιέτην καὶ ὑψιβρεμέτην, καὶ τὸν Ἥλιον ὑπερίονα, καὶ τὸν Ἀπόλλωνα Φοῖβον καλῶν. Μετὰ δὲ τὴν ὀνοματοποιίαν ἴδωμεν καὶ τοὺς ἄλλους τρόπους.

XVIII. Κατάχρησις μὲν δὴ, ἥπερ ἀπὸ τοῦ κυρίως δηλουμένου μεταφέρει τὴν χρῆσιν ἐφ' ἕτερον οὐκ ἔχον ὄνομα κύριον, ἔστι παρὰ τῷ ποιητῇ, ὅταν λέγῃ σειρὴν χρυσείην· σειρὰ γὰρ κυρίως ἐπὶ τοῦ σχοινίου τάσσεται. Καὶ ὅταν εἴπῃ αἰγείην κυνέην· ἡ μὲν γὰρ περικεφαλαία κέκληται κυνέη παρ' αὐτῷ, ἐπεὶ ἐκ δέρματος κυνὸς γίνεσθαι αὐτὴν ἔθος ἦν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν ἐξ αἰγὸς δέρματος γινομένην κυνέην καλεῖ.

XIX. Μεταφορὰ δὲ, ἥπερ ἐστὶν ἀπὸ τοῦ κυρίως δηλουμένου πράγματος ἐφ' ἕτερον μετενηνεγμένη κατὰ τὴν ἀμφοῖν ἀνάλογον ὁμοιότητα, καὶ πολλή ἐστι καὶ ποικίλη παρ' αὐτῷ· οἷόν ἐστιν,

Ἧκεν ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο·

καὶ

Νῆσον τὴν περὶ πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται·

ὃν γὰρ λόγον ἔχει κορυφὴ πρὸς ἄνθρωπον, τοῦτον καὶ ἡ ἀκρώρεια πρὸς τὸ ὄρος· καὶ ὃν ὁ στέφανος πρὸς τοῦτον ᾧ περίκειται, τὸν αὐτὸν θάλασσα πρὸς νῆσον. Ἀλλὰ τὸ χρήσασθαι τοῖς ὁμοίοις ἀντὶ τῶν κυρίων ὀνόμασιν, εὐειδέστερον καὶ ἐναργέστερον ποιεῖ τὸν λόγον.

XX. Εἰσὶ δὲ παρ' αὐτῷ μεταφοραὶ ποικίλαι· αἱ μὲν ἀπὸ ἐμψύχων ἐπὶ ἔμψυχα, οἷον,

Φθέγξατο δ' ἡνίοχος νηὸς κυανοπρῴροιο,

familiaris est. Noverat enim priscam nominum originem, quod hi, qui primitus nomina rebus indiderant, pleraque ab eventu appellassent, et inarticulatas voces in scripta retulissent, ut quum dicerent φυσᾶν, *inflare*: πρίζειν, *secare*: μυκᾶσθαι, *mugire*: βροντᾶν, *tonare*: et his similia. Unde et ipse quædam nomina quæ ante ipsum non erant, ita finxit, ut conformia essent rebus per ipsa significatis, cujusmodi est δοῦπος, *sonitus*: et alia item sonos notantia, ἄραβος, βόμβος, ῥόχθει, ἀνέβραχε, σίζε; aliaque istiusmodi, quibus nemo magis significantia invenerit. (2) Et rursus ubi alias voces usitatas ad alias res pertinentes, aliis tribuit, ut quum dicit,

Malum incendium ferens,

efficaciam in conflagrando significans. Et dum *febrem* pro igne ponit. Quibus et hoc affine est,

χαλκοτύπους ὠτειλάς (Vulnera ferro percussa):

ferro namque inflicta significare vult. Denique ut summatim omnia complectar, multa verborum novitate, multa cum licentia usus est, alia quidem præter consuetudinem immutans, alia vero eam ob causam significantia magis reddens, ut orationi decus et magnificentiam adderet.

XVII. Præterea Epithetorum copia illi est, quæ proprie et rei naturæ convenienter subjectis accommodata, vim propriis nominibus æquipollentem habent, ut quum singulis diis singulas appellationes attribuit, Jovem *consultum, altitonantem;* et Solem ὑπερίονα, id est *super nos gradientem;* et Apollinem, φοῖβον, *phœbum*, id est *splendidum*, vocans. Ceterum post Onomatopœiam alios quoque tropos videamus.

XVIII. Abusio quidem (quæ usum ex eo, in quo aliquid proprie significatur, in aliud, proprium nomen non habens, transfert) apud poetam est, ubi ait, σειρὴν χρυσείην, *catenam auream:* σειρά namque *funiculum* proprie denotat. Et ubi dicit αἰγείην κυνέην, *caprinam galeam*, siquidem *galea* ideo apud eum κυνέη appellatur, quod ea olim ex *canina pelle* conficeretur. Ibi vero et eam galeam *caprinam* vocat, quæ ex caprina pelle facta erat.

XIX. Translatio autem (quæ inde nomen sortita est, quod rem a propria significatione in aliam, cum conveniente utriusque rei similitudine transferat) et multa et varia apud illum est, ut illud,

Contulit huc fracto se magni vertice montis.

Et,

Insula, quam pontus circumluit atque coronat.

Quam enim rationem vertex habet ad hominem, eam et cacumen ad montem: et quam corona ad eum cui imponitur, eandem et mare ad insulam habet. Porro affinibus pro propriis nominibus utens, orationem non solum speciosiorem, verum etiam evidentiorem facit.

XX. Sunt autem variæ apud eum Metaphoræ, quarum ab animatis ad animata; ut,

Cæruleæ navis sic est auriga locutus:

ἀντὶ τοῦ ναύτης· καὶ

Βῆ δὲ μετ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν,

ἀντὶ τοῦ βασιλέα. Αἱ δὲ ἀπὸ ἐμψύχων ἐπὶ ἄψυχα, οἷον,

Ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης,

τὴν ὑπώρειαν· καὶ

Οὔθαρ ἀρούρης,

τὸ γόνιμον. Ἀπὸ δὲ ἀψύχων ἐπὶ ἔμψυχα, οἷον,

Σιδήρειον νύ τοι ἦτορ,

ἀντὶ τοῦ σκληρόν. Ἀπὸ δὲ ἀψύχων ἐπὶ ἄψυχα, οἷον,

Σπέρμα πυρὸς σώζων,

ἀντὶ τοῦ γόνιμον ἀρχήν. (2) Ὥσπερ δὲ ὀνομάτων, οὕτω καὶ ῥημάτων εἰσὶ παρ' αὐτῷ μεταφοραί· οἷον,

Ἰλιόνες βοάουσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω,

ἀντὶ τοῦ ἠχοῦσιν.

XXI. Ἕτερος τρόπος ἐστὶν ἡ καλουμένη Μετάληψις, κατὰ συνωνυμίαν σημαίνουσα πρᾶγμα διάφορον· οἷον,

Ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκα θοῇσι·

βούλεται γὰρ σημαῖναι τὰς κυρίως λεγομένας ὀξείας νήσους· ἐπεὶ συνωνυμεῖ τὸ θοὸν τῷ ὀξεῖ· ὀξὺ δὲ οὐ μόνον τὸ κατὰ κίνησιν ταχύ ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ σχῆμα προηγούμενον εἰς λεπτότητα. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ

Ἐγὼ δὲ θόωσα παραστάς.

XXII. Ἄλλος τρόπος ἡ Συνεκδοχὴ λεγομένη ἀπὸ τοῦ κυρίως σημαινομένου ἕτερόν τι τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος ὄντων παριστᾶσα. Καὶ ἔστιν ὁμοίως ὁ τρόπος οὗτος ποικίλος· ἐκδεχόμεθα γὰρ ἤτοι ἀπὸ τοῦ ὅλου τὸ μέρος·

Οἱ δ' ἰθὺς πρὸς τεῖχος ἐΰδμητον βόας αὖας·

ἀπὸ γὰρ τῶν βοῶν τὰς βύρσας, ἐξ ὧν ἀσπίδες, δηλοῦν βούλεται. Ἢ ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον, οἷον,

Τοιήνδ' αὖ κεφαλὴν ποθέω·

ἀπὸ γὰρ τῆς κεφαλῆς τὸν ἄνδρα σημαίνει· καὶ ὅταν λέγῃ λευκώλενον τὴν καλὴν, καὶ εὐκνημῖδας τοὺς εὐόπλους. Ἢ ἀπὸ ἑνὸς τὰ πολλά, ὡς ὅταν εἴπῃ ἐπὶ τοῦ Ὀδυσσέως,

Ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν·

οὐ γὰρ μόνος, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι τὴν Τροίαν ἐπόρθησεν. Ἀπὸ δὲ τῶν πολλῶν τὸ ἕν· οἷον,

Στήθεά θ' ἱμερόεντα,

τουτέστι τὸ στῆθος. Ἀπὸ δὲ εἴδους γένος,

Μαρμάρῳ ὀκρυόεντι βαλών·

εἶδος γάρ ἐστι λίθου ὁ μάρμαρος. Ἀπὸ δὲ γένους τὸ εἶδος· οἷον,

Ὄρνιθας γνῶναι, καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι·

οὐ γὰρ πάντας, ἀλλὰ τοὺς μαντικοὺς ὄρνιθας εἰπεῖν

pro eo quod est *navita*. Item,

Ivit ad Atriden pastorem mox populorum;

pro eo quod est *regem*. Aliæ autem ab animatis ad inanimata; ut

sub extremum Idæ pedem,

hoc est *radices*. Item,

uber agri,

id est *fertilitas*. Aliæ contra ab inanimatis ad animata; veluti,

ferreum profecto pectus:

id est *durum*. Postremo ab inanimatis ad inanimata, ut

semen ignis servans:

hoc est *generationi idoneam originem*. (2) Porro sicuti nominum, ita et Verborum translationes apud eum sunt, ut

Littora namque boant, feriente salo atque procellis:

pro *sonant*.

XXI. Alius deinde tropus, quæ Transumptio vocatur, fit, quando per cognominationem res diversa significatur: ut

inde velocibus (θοῇσι) insulis immisi *navem*:

insulas enim, quæ proprie appellantur acutæ, significare vult. Ejusdem namque significantiæ utraque vox Græcis est. Acutum namque illis non solum velocitatem motus significat, sed etiam figurate id, quod in subtilem formam exit. Istiusmodi et hoc est,

ego autem acui *vel* festinavi (θόωσα) astans.

XXII. Alius tropus Intellectio vocatur, quando ex eo, quod proprie significatur, aliud quiddam ejusdem generis intelligitur: estque simili modo varius. Aut enim ex toto partem intelligimus; ut

illi rectâ ad murum bene structum bovis torridos,

boum namque appellatione, corium, ex quo scuta fieri solent, notare vult. Aut ex parte totum; ut

hujusmodi autem caput desidero:

siquidem voce *capitis*, totum hominem significat. Et quando pro pulchra, *candidis ulnis prædilam*: et pro bene armatis, *bene ocreatos* dicit. Aut ab uno multa; ut quando ita de solo Ulysse dicit,

postquam sacrum Trojæ oppidum devastavit:

neque enim ille solus, sed una cum aliis Græcis Trojam evertit. Contra ex multis unum; ut

pectora jucunda,

pro *pectus*. Præterea ex specie genus; ut

marmore aspero jacto:

nam marmor saxi species est. Aut contra ex genere species; ut

Noscere aves, et idonea dicere multa roganti:

siquidem non quasvis, sed augurales tantummodo aves

βούλεται. Ἀπὸ δὲ τῶν παρεπομένων τὴν πρᾶξιν, οἷον,

Πάνδαρος, ᾧ καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν·

ἀπὸ γὰρ τοῦ τόξου τὴν περὶ τὸ τόξον ἐμπειρίαν δηλοῖ. Καὶ

Ἑζόμενοι λεύκαινον ὕδωρ·

καὶ

Οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγόν·

ἀπὸ γὰρ τοῦ συμβαίνοντος, ἐπὶ μὲν τοῦ προτέρου, τὸ ἤλαυνον, ἐπὶ δὲ τοῦ ὑστέρου, τὸ ἔτρεχον δηλοῖ. Ἀπὸ δὲ τοῦ προηγουμένου τὸ ἀκόλουθον,

Αὖσε δὲ παρθενικὴν ζώνην·

ἀκολουθεῖ γὰρ τούτῳ τὸ διεκόρευσεν. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἀκολούθου τὸ προηγούμενον· ὡς ὅταν ἐναρίζειν λέγῃ τὸ φονεύειν, ἀντὶ τοῦ σκυλεύειν.

XXIII. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος τρόπος ἡ Μετωνυμία, λέξις ἐπ' ἄλλου μὲν κυρίως κειμένη, ἄλλο δὲ κατὰ ἀναφορὰν σημαίνουσα· οἷόν ἐστι παρ' αὐτῷ,

Ἧμος δ' αἰζηοὶ Δημήτερα βωλοτομεῦσι·

τὸν γὰρ πύρινον καρπὸν δηλοῖ, ἀπὸ τῆς εὑρούσης Δήμητρος ὀνομάσας. Καὶ ὅταν εἴπῃ,

Σπλάγχνα δ' ἄρ' ἀμπείραντες, ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο·

ἐν γὰρ τῷ τοῦ Ἡφαίστου ὀνόματι τὸ πῦρ λέγει. Ὅμοιον δέ ἐστι τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτο,

Ὅς κεν ἐμῆς γε
χοίνικος ἅπτηται·

λέγει γὰρ τὰ ἐμπεριεχόμενα ἐν τῇ χοίνικι.

XXIV. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος τρόπος ἡ Ἀντωνομασία, λέξις δι' ἐπιθέτων, ἢ συσσήμων, ὄνομα ἴδιον σημαίνουσα· ὡς ἐν τούτῳ,

Πηλείδης δ' ἐξαῦτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν
Ἀτρείδην προσέειπε·

δηλοῖ γὰρ διὰ τούτων τόν τε Ἀχιλλέα καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα. Καὶ πάλιν,

Θάρσει Τριτογένεια, φίλον τέκος·

καὶ ἐν ἄλλοις,

Φοῖβος ἀκερσεκόμης·

τὸ μὲν γὰρ τὴν Ἀθηνᾶν, τὸ δὲ τὸν Ἀπόλλωνα δηλοῖ.

XXV. Ἔστι καὶ ἡ Ἀντίφρασις, λέξις τὸ ἐναντίον ἢ τὸ παρακείμενον σημαίνουσα· ὡς ἐν τούτῳ,

Οὐδ' ἄρα τώγε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς·

βούλεται γὰρ εἰπεῖν τὸ ἐναντίον, ὅτι ἰδὼν αὐτοὺς ἐλυπήθη.

XXVI. Ἔστι καὶ ἡ Ἔμφασις, ἥπερ δι' ὑπονοίας ἐπίτασιν τοῦ λεγομένου παρίστησιν· οἷον,

Αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν, ὃν κάμ' Ἐπειός·

ἐν [γὰρ] τῷ κατεβαίνομεν τὸ μέγεθος τοῦ ἵππου ἐμφαίνει. Ὅμοιον δὲ κἀκεῖνο,

Πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι·

καὶ γὰρ ἐν τούτῳ παρέχει μείζονα ἔννοιαν, ὡς βαπτιdicere vult. Præter hæc ex adjunctis effectum rei : ut

Pandarus, huic dono dedit arcum Phœbus Apollo :

nam *arcus* nomine ille sagittandi peritiam notat : et

sedentes candidam reddebant aquam :

et,

alii vero tota die sandalii lorum movebant :

ex accidenti namque in priori exemplo, *remigabant;* in posteriori autem, *currebant*, intelligi debet. Insuper ex præcedenti consequens; ut

Virgineam solvit zonam :

ex eo namque sequitur, quod *vitiaverit*. Contra ex consequenti præcedens; ut quando pro *occidere* dicit *exarmare*, id est *spoliare*.

XXIII. Est autem et alius tropus, Denominatio, quæ fit, quando vox de alia re posita, aliud quiddam secundum relationem significat; ut est apud eum,

Ast juvenes terræ Cererem concredere pergunt;

nam *triticeum fructum* designat, quem sic ab inventrice *Cerere* denominavit. Et ubi ait,

Viscera Vulcanum super, at transfixa tenebant,

Vulcani namque voce *ignem* declarat. Porro affine jam dictis et hoc est :

qui meam chœnicem attigerit :

ea namque quæ in *chœnice* continentur, significat.

XXIV. Præterea et alius tropus, Pronominatio vocatur, et fit, quum epithetum, aut consignificativum, pro proprio nomine accipitur; ut

Æacides Atriden rursus voce petulca
Increpuit :

per hæc enim *Achillem* et *Agamemnonem* intelligit. Et rursus,

Sis animo fidens Tritonia, filia cara;

Et in aliis,

Phœbus intonsus;

illic enim *Minervam*, hic vero *Apollinem* denotat.

XXV. Est et Antiphrasis, vox quæ contrarium, quam præ se fert, significat; ut in hoc,

Hos ubi conspexit, non est lætatus Achilles.

Contrarium enim dicere vult; nempe, quod his conspectis *indoluerit*.

XXVI. Est et Emphasis, quæ animi cogitatione vehementiam dicto addit; ut

Ast in equum descendentes, quem struxit Epeus.

Dum enim inquit, *descendentes*, equi magnitudinem declarat. Simile autem et illud est,

totus vero gladius sanguine incaluit :

per hoc enim ampliorem sensum ostendit, quod ait ensem

σθέντος οὕτω τοῦ ξίφους, ὥστε θερμανθῆναι. Τοιοίδε μὲν οἱ τῶν λέξεων τρόποι ὑπὸ Ὁμήρου πρώτου πεποιημένοι.

XXVII. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰς τῆς Συντάξεως ἐκτροπὰς, τὰ καλούμενα Σχήματα, εἰ καὶ ταῦτα πρῶτος Ὅμηρος ὑπέδειξε. Τὸ δὲ σχῆμα ἐστὶ λόγος ἐξηλλαγμένος τοῦ ἐν ἔθει, κατά τινα πλάσιν, κόσμου ἢ χρείας χάριν. Κάλλος μὲν γὰρ τοῖς λόγοις περιτίθησι διὰ τῆς ποικιλίας καὶ μεταβολῆς τοῦ λόγου, καὶ σεμνοτέραν ἀπεργάζεται τὴν φράσιν· χρείαν δὲ εἰς τὸ ἐξᾶραι καὶ ἐπιτεῖναι τὰς ἐμφύτους ποιότητας καὶ δυνάμεις τῶν πραγμάτων.

XXVIII. Τῶν δὲ σχημάτων τὰ μὲν κατὰ πλεονασμὸν ποιεῖ, ἐνίοτε μὲν διὰ τὸ μέτρον, ὡς τοῦτο,

Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσεὺς δέκα πάντα τάλαντα·

τὸ γὰρ πάντα μηδὲν συντελοῦν ἔγκειται. Ἔστι δὲ ὅτε κόσμου χάριν, ὡς τὸ

Ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός·

τὸ γὰρ μάλα πλεονάζει κατὰ συνήθειαν ἀττικήν.

XXIX. Ἄλλοτε δὲ διὰ πλειόνων λέξεων τὸ σημαινόμενον ἀποδίδωσιν, ὃ καλεῖται Περίφρασις· ὡς ὅταν λέγῃ υἱας Ἀχαιῶν τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ βίην Ἡρακλείην τὸν Ἡρακλέα.

XXX. Καὶ τὰ τοιαῦτα δὲ κατὰ Ἐναλλαγὴν σχηματίζει, τὴν εἰθισμένην τάξιν ἀναστρέφων· καὶ ἤτοι ἐν μέσῳ λέξιν ἐντιθεὶς, ὃ καλεῖται Ὑπερβατόν· ὡς ἐν τούτῳ,

Αἱματόεις, ὡς τίς τε λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς·

ἀντὶ τοῦ λέων ταῦρον κατεδηδώς. Καὶ λέξιν μὲν οὕτως ὑπερβιβάζει· ἐνίοτε δὲ καὶ ὅλον λόγον· ὡς ἐν τούτῳ,

Ὣς ἔφατ'· Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον· ἀμφὶ δὲ νῆες
σμερδαλέον κονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν,
μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο·

τὸ δὲ ἑξῆς ἐστιν, Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.

XXXI. Τοῦ δ' αὐτοῦ εἴδους ἔχεται καὶ ἡ καλουμένη Παρεμβολὴ, ὅταν ἔξωθέν τινα μηδὲν προσήκοντα τοῖς προκειμένοις ἐμβάλληται, ἃ κἂν ἐξέλῃ τις, οὐδὲν τῆς συντάξεως ἀφαιρεῖ· οἷόν ἐστι,

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε,

καὶ τὰ ἑξῆς, ὅσα περὶ τοῦ σκήπτρου λέγει· εἶτα ἐπιφέρει τὸ ἀκόλουθον τῇ ἀρχῇ,

Ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἱας Ἀχαιῶν.

XXXII. Ἔστι παρ' αὐτῷ καὶ ἡ Παλιλλογία, ἐπανάληψις οὖσα μέρους τινὸς λόγου, ἢ πλειόνων λέξεων ἐπαναλαμβανομένων, ὃ καὶ Ἀναδίπλωσις καλεῖται· οἷόν ἔστι,

Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν·
εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

adeo sanguine tinctum fuisse, ut *incalueriť*. Hujusmodi quidem Tropi in verbis ab Homero primo ficti sunt.

XXVII. Videamus autem et Constructionis mutationes, quæ Figuræ appellantur, num et has Homerus primitus invenerit. Porro Figura est sermo a communi consuetudine recedens, ornatus seu utilitatis gratia, secundum quandam fictionem mutatus. Dicendi namque varietas, orationem non solum venustiorem, sed etiam stylum graviorem efficit : utilis etiam est, quod rerum et insitam qualitatem et vim extollit intenditque.

XXVIII. Inter Schemata autem Pleonasmo nonnunquam metri causa utitur; ut in hoc,

Auri autem bis quinque appendens tota talenta;

nam vox *tota* nihil ad sensum faciens, adjicitur. Est etiam quando ornatus causa fit; ut

certe admodum mortuus est Menœtii strenuus filius :

dictio namque *admodum* Attica consuetudine abundat.

XXIX. Nonnunquam vero pluribus dictionibus significatum refert; quæ figura Circuitio appellatur; ut, quum dicit *filios Achivorum*, pro *Achivos*; et *vim Herculeam*, id est *Herculem*.

XXX. Talia vero per Mutationem figurate dicit, dum consuetam structuram invertit. Et quidem dictionem in medio interponit, quæ figura Transgressio vocatur, ut in hoc,

Haud secus atque leo de taurum pascit obesum :

pro eo quod est, *leo taurum depascit*. Ac dictionem quidem sic transgreditur. Aliquando vero totam orationem; ut in hoc,

Dixit et Argivi clamant, ac personat omne
Navigium, vocem dum tollit Achiva juventus,
Applaudens verbis, quæ fecit divus Ulysses.

Ordo namque est, *Achivi multum clamabant, divini Ulyssis orationi applaudentes*.

XXXI. Ejusdem speciei figura est, quæ Interpositio vocatur; et fit, quando extrinsecus quædam nihil ad institutum pertinentia interseruntur, quæ et si quis eximat, tamen constructioni nihil decedit, ut est illud,

Juro per hoc sceptrum, quod nec folia ulla, nec ullos
Ramos producet, postquam trunco illud ademptum,
Florescet neque enim, quod ferrum rasit acutum,

et cetera, quæ de sceptro dicit : tandem principio quadrans, infert,

Certe olim cupiet Peliden turba Pelasga.

XXXII. Est autem apud eum et Palillogia, hoc est, repetitio alicujus partis orationis, aut plurium dictionum, quæ repetuntur, quæ figura etiam Reduplicatio vocatur, ut est,

Huic adversus ero, quamvis sit flammea dextra,
Flammea dextra siet, vis ignea denique ferri.

Ποτὲ δὲ παρεντιθεμένων ἄλλων τινῶν, καὶ τῶν αὐτῶν πάλιν ἀντιλαμβανομένων, ὡς ἐν τῷ

Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας,
Αἰθίοπας, τοὶ δίχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν.

Ἔστι δὲ τὸ σχῆμα κίνησιν ἐμφαῖνον τοῦ λέγοντος, καὶ ἅμα κινοῦν τὸν ἀκροατήν.

XXXIII. Τοῦ αὐτοῦ γένους ἐστὶ καὶ ἡ Ἐπαναφορὰ, ὅταν ἐν ἀρχῇ πλειόνων κώλων ταυτὸν μόριον ἐπαναλαμβάνηται· τούτου δὲ παράδειγμα παρὰ τῷ ποιητῇ,

Νιρεὺς αὖ δὲ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἑίσας,
Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς Χαροποῖό τ' ἄνακτος,
Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν.

Καὶ ἔστιν ὁμοίως τὸ σχῆμα οἰκειότατον κινήσεως καὶ εὐεπείας.

XXXIV. Ἔστι παρ' αὐτῷ καὶ ἡ Ἐπάνοδος, ἥπερ ἐστὶν ὅταν δύο ὀνόματα καὶ πράγματα προτιθείς τις, μήπω τοῦ νοῦ πέρας ἔχοντος, ἐπανίῃ ἐφ' ἑκάτερον τῶν ὀνομάτων, ἀποδιδοὺς τὸ τῆς διανοίας ἐλλιπές· ὡς πάλιν,

Ἄρης τε βροτολοιγὸς, Ἔρις τ' ἄμοτον μεμαυῖα,
ἡ μὲν ἔχουσα κυδοιμὸν ἀναίδεα δηιοτῆτος·
Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα.

Ἔργον δὲ τοῦ σχήματος, ποικιλία καὶ σαφήνεια.

XXXV. Ὑπάρχει δὲ Ὁμοιοτέλευτον σχῆμα παρ' αὐτῷ, ἐν ᾧ τὰ κῶλα εἰς ὁμοίας τὸν ἦχον λέξεις τελευτᾷ, τὰς αὐτὰς συλλαβὰς ἐν τοῖς πέρασιν ἔχοντα, οἷόν ἐστι,

Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν·

καὶ ἐν ἐκείνῳ,

Οὔλυμπόνδ', ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
ἔμμεναι, οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται· ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

Ὅταν δὲ εἰς ὀνόματα ὁμοίως κλινόμενα λήγωσιν αἱ περίοδοι ἢ τὰ κῶλα, καὶ ταῦτα εἰς πτώσεις ὁμοίας, Ὁμοιόπτωτον τοῦτο ἰδίως ὀνομάζεται· οἷόν ἐστιν,

Ἠύτ' ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων,
πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων.

Τὰ δὲ εἰρημένα καὶ τὰ τοιαῦτα μάλιστα προστίθησι τῷ λόγῳ χάριν καὶ ἡδονήν.

XXXVI. Δεῖγμα δὲ τῆς περὶ τὴν σύνθεσιν φιλοτεχνίας, ὅτι πολλάκις καὶ δυσὶ σχήμασιν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἕπεσι κέχρηται, τῇ τε ἐπαναφορᾷ καὶ τῷ ὁμοιοτελεύτῳ, ὡς ἐν ἐκείνῳ,

Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω,
εὖ δέ τις ἵπποισι δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσι.

XXXVII. Τούτων ἔχεται κἀκεῖνο τὸ σχῆμα τὸ καλούμενον Πάρισον, ὃ γίνεται ἐκ δυοῖν ἢ πλειόνων κώλων, ἴσας ἀλλήλων τὰς λέξεις ἐχόντων. Καὶ τοῦτο δὲ πρῶτος Ὅμηρος ἐποίησεν, εἰπὼν,

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι·

καὶ πάλιν,

Μηνιθμὸν μὲν ἀπορρίψαι, φιλότητα δ' ἑλέσθαι.

Aliquando vero intercseruntur alia quædam, et eadem rursus repetuntur, ut in hoc,

Ille quidem Æthiopes adiit, procul inde colentes,
Æthiopes binos, postremos hic populorum.

Porro Figura hæc non solum dicentis affectum declarat, sed etiam auditorem movet.

XXXIII. Ejusdem generis est et Relatio, quum ab initio plurium membrorum eadem pars orationis repetitur, cujus exemplum apud poetam hoc est,

Nireus deinde rates ex Syma tres agit æquas,
Nireus Aglaiæ natus, Charopique potentis,
Nireus, ad Trojam quo non formosior alter.

Estque similiter et hæc figura affectui movendo, et suaviloquentiæ perquam familiaris.

XXXIV. Est præterea apud eum et Regressio, quæ fit, quando duas res et nomina proponens aliquis, sensu nondum finito, ad utrumque nominum redit, ac sententiæ defectum complet, ut in illo,

Mars homicida, dea et Contentio litigiosa,
Hæc etiam turbas ciet atque hostilia multa,
Ille autem manibus prægrandem concutit hastam.

Officium autem schematis istius est, orationem variegatam et perspicuam reddere.

XXXV. Ad hæc schema apud illum est, Similiter desinens, in quo membra in dictiones sono similes desinunt, easdemque in fine syllabas habent, ut est,

Præsentem hospitio accipies, mittes abeuntem.

Et in illo,

Fertur Olympus, ubi sedes siet alta deorum,
Nec vento, pluviæque siet penetrabilis unquam,
Quem super alta cadat nec nix, sed lucidus aer
Panditur, hunc itidem splendor super emicat albus.

Quando vero in nomina, quæ similiter declinantur, periodi seu membra desinunt, idque in eodem casu fit, Similiter cadens proprie appellatur, ut est,

Gens ut apum si quando frequens venit, atque cavernis
Egreditur, semper veniente examine magno.

Prædicta vero, et his similia, multum gratiæ et voluptatis orationi addunt.

XXXVI. Ceterum Homerus specimen industriæ suæ circa compositionem dedit, quod sæpenumero duabus etiam figuris in iisdem versibus est usus, nempe Epanaphora, et Similiter desinente, ut in illo,

Belle quisque acuat telum, belle et sibi scutum
Ponat, et inde suis det pabula grata caballis.

XXXVII. Sub his illud schema continetur, quod Compar appellatur, fitque ex duobus aut pluribus membris, pares inter se dictiones habentibus. Hujus vero Homerum primum auctorem esse constat, dicit enim inter cetera,

veriti quidem sunt abnuere, timuerunt autem suscipere.

Et iterum :

simultatem quidem abjicere, amicitiam autem resumere.

Καὶ τοῦτο δὲ ὅτι πολὺν ἔχει τῆς φράσεως κόσμον, εὔδηλον.

XXXVIII. Τῆς δὲ ὁμοίας χάριτος ἔχεται καὶ ἡ Παρωνομασία, ὅταν παρὰ τὸ προκείμενον ἕτερον ὄνομα ἐμφερὲς τεθῇ εὐθὺς κατὰ σύμμετρον διάστημα· οἷόν ἐστιν,

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος παῖς, κρατερὸς Λυκόεργος,
δὴν ἦν·

καὶ ἐν ἄλλῳ,

Τῶν ἦτοι Προθόος θοὸς ἡγεμόνευεν.

XXXIX. Καὶ τὰ μὲν προειρημένα, ἤτοι κατὰ πλεονασμὸν, ἢ κατά τινα ποιὰν πλάσιν σχηματίζεται· ἄλλα δὲ δι' ἔνδειαν λέξεως, ὧν ἐστιν ἡ καλουμένη Ἔλλειψις, ὅταν καὶ ἄνευ τοῦ ῥηθῆναί τινα λέξιν, ἐκ τῶν προειρημένων ἡ διάνοια φαίνηται· οἷόν ἐστι,

Δώδεκα δὴ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων,
πεζὸς δ' ἔνδεκα φημί·

λείπει γὰρ τὸ ἀλαπάξαι, νοεῖται δὲ ἐκ τῶν προειρημένων. Κἀκεῖνο δὲ λέγεται κατὰ ἔλλειψιν,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης·

ἐνδεῖ γὰρ τὸ ἐστί. Καὶ,

Ὤ πόποι, ἦ μοι ἄχος μεγαλήτορος Αἰνείαο·

λείπει γὰρ τὸ πάρεστιν, ἢ συμβέβηκεν, ἤ τι τοιοῦτον. Καὶ ἄλλα πολλὰ εἴδη τῆς ἐλλείψεως ἔστι παρ' αὐτῷ· ἔργον δὲ τοῦ σχήματος, τάχος.

XL. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ Ἀσύνδετον, ὁπόταν ἐξαιροῦνται οἱ σύνδεσμοι οἱ συνδέοντες τὴν φράσιν· ὅπερ οὐ μόνον τάχους, ἀλλὰ καὶ ἐμφάσεως παθητικῆς χάριν γίνεται· οἷόν ἐστι καὶ τοῦτο,

Ἤομεν ὡς ἐκέλευες ἀνὰ δρυμὰ, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης·

ἐν τούτοις γὰρ ὁ καί σύνδεσμος ἐξῄρηται, τὸν τάχιστον τρόπον τῆς ἀπαγγελίας ζητοῦντος τοῦ λέγοντος.

XLI. Ἔστιν ἐν τοῖς σχήμασι καὶ τὸ καλούμενον Ἀσύνταχτον, ὃ καὶ Ἀλλοίωσις καλεῖται, ἐπειδὰν ἡ συνήθης τάξις ἀλλοία γένηται· καὶ ἔστι ποικίλη ἕνεκα τοῦ κόσμον ἢ χάριν ἐμποιεῖν τοῖς λόγοις, τῆς μὲν συνήθους τάξεως οὐ δοκούσης ἀκολουθεῖν, ἐπί τι [δὲ] ἴδιον ἀναφορᾶς ἐχούσης ἀκολουθίαν.

XLII. Συμβαίνει [δὲ] πολλαχῶς περὶ τὰ γένη τῶν ὀνομάτων ἐναλλασσομένων, οἷόν ἐστι τὸ κλυτὸς Ἱπποδάμεια, ἀντὶ τοῦ κλυτή· καὶ θῆλυς ἔρση ἀντὶ τοῦ θήλεια. Σύνηθες γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς, καὶ μάλιστα τοῖς Ἀττικοῖς, χρῆσθαι τοῖς ἀρρενικοῖς καὶ ἀντὶ τῶν θηλυκῶν, ὡς κρείττοσι καὶ δυνατωτέροις· οὐκ ἀμέτρως μέντοι, οὐδ' ἀλόγως, ἀλλ' ὅταν δέῃ χρῆσθαι ὀνόματι ἐπιθέτῳ, ἐκτὸς ὄντι τοῦ σώματος, περὶ οὗ ἐστιν ὁ λόγος. Ἐκεῖνο μὲν γάρ ἐστι περὶ τὸ σῶμα, ὁ μέγας, ἡ μεγάλη, ὁ καλὸς, ἡ καλὴ, καὶ τὰ τοιαῦτα· ἐκτὸς δὲ, οἷον ἔνδοξος, εὐτυχής. Καὶ ἔτι ταῦτα διὰ τὸ σύνθετον ἐπαμφοτερίζει· καὶ γὰρ καθολικῶς πάντα τὰ σύνθετα κοινά ἐστιν ἑκατέρου τοῦ γένους.

Quod vero et hæc figura multum ornatus in dicendo habeat, nemini obscurum est.

XXXVIII. Porro eandem gratiam et Agnominatio habet, quando præter nomen de quo agitur, aliud ei simile statim modico spatio subjungitur, ut est,

Non aliquidem hoc valuit validus rex ille Lycurgus.

Et in alio,

Queis celer Accelerans ductorem præbet amicum.

XXXIX. Ceterum prædicta aut per Pleonasmum, aut per aliam quampiam formationem figurantur, alia vero juxta dictionis absentiam. Quorum e numero et hæc figura est, quæ Defectus appellatur, quando, etiam omissa aliqua dictione, sensus ex prædictis patet, ut est,

Navibus excidisse urbes hominum duodenas,
Undenas sed enim affirmo cum Marte pedestri:

deest enim *excidisse*, intelligitur autem ex prædictis. Illud etiam per Defectum dicitur,

Una avis, auspicium, patriam defendere caram;

deest enim verbum *est*. Et

Eheu magnamini dolor Æneæ mihi certe;

subauditur enim *adest*, seu *accidit*, aut simile quiddam. Et sunt alia etiam multa genera ellipsium apud poetam; vis autem hujus figuræ est velocitas.

XL. Hujusmodi est et Dissolutio, quando conjunctiones locutionem conjungentes tolluntur. Quod non solum celeritatis, sed etiam emphaseos affectu plenæ gratia fit, quemadmodum illud,

Ivimus in querceta, velut modo jussit Ulysses;
Ædiculas Circæ deprendimus hic fabrefactas.

In his enim, *et*, conjunctio sublata est, dum is qui dicit, brevissimum enuntiationis modum quærit.

XLI. Est inter schemata etiam id, quod Incongruum, seu Variatio appellatur, et fit, dum consueta structura mutatur, et varia redditur: ut oratio a vulgari constructione discedens, eo majorem gratiam et elegantiam habeat, ita tamen ut illius ordo quiddam proprium habeat, ad quod referatur.

XLII. Contingit autem id sæpenumero, ubi nominum genera commutentur, ut est illud, *Inclytus Hippodamia*, pro *inclyta*; et, *femininus Eersa*, pro *feminea*. Veteribus namque, maxime vero Atticis, familiare fuit, Masculinis pro Femininis, tanquam potioribus et efficacioribus, uti. Nec vero inconcinne citraque rationem hoc fecerunt: sed quando adjectivo nomine utendum fuit, quod extra corpus erat, de quo mentio fiebat. Illa namque circa corporis dotes versantur, *magnus*, *magna*, *pulcher*, *pulchra*, et istiusmodi: hæc autem ad animi bona pertinent, ut *gloriosus*, *fortunatus*. Atque hæc etiam propter compositionem ambigua sunt. Etenim in universum omnia composita utrique generi communia sunt. Ad hæc

Καὶ ὅταν κοινῶς ἀρρενικῷ καὶ θηλυκῷ ὀνόματι ἐπιφέρηται ῥῆμα, ἡ μετοχὴ, τὸ ἀρρενικὸν ἐπικρατεῖ, ὡς ἐν τούτῳ,

Παρθενικαί τε καὶ ἠίθεοι ἀταλὰ φρονέοντες.

XLIII. Τινὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν τῶν διαλέκτων ἰδιότητα, ἢ τὴν τότε συνήθειαν, λέγεται διαφόρως· οἷόν ἐστιν,

Ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
μακρὰς, αἳ γαῖάν τε [καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν].

XLIV. Πολλάκις δὲ καὶ μετὰ λόγου ἐναλλάσσει τὰ γένη· [ὡς] ἐν τούτῳ,

Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι·

τὸ μὲν γὰρ τέκνον οὐδέτερον ὄνομα, ἐπήνεγκε δὲ ἀρρενικὸν τὸ φίλε, πρὸς τὸ πρόσωπον ἀποτείνας τὸν λόγον. Ὅμοιόν ἐστι καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Διώνης πρὸς τὴν Ἀφροδίτην εἰρημένον,

Τέτλαθι τέκνον ἐμὸν, καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ.

Τῆς δὲ αὐτῆς ἀναλογίας κἀκεῖνο ἔχεται,

Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο
χρύσεον σκῆπτρον ἔχων·

τὸ γὰρ ἔχων, οὐ πρὸς τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ πρὸς τὸ γένος τοῦ σώματος, τουτέστι πρὸς τὸν Τειρεσίαν, ἥρμοσε. Πολλάκις γὰρ οὐ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον ποιεῖται τὴν ἀπάντησιν· ὡς καὶ ἐν τούτῳ,

Πᾶσιν ὀρίνθη θυμὸς, ἐνίκηθεν δὲ φάλαγγες,
ἐλπόμενοι παρὰ ναῦφιν ἀμύμονα Πηλείωνα·

τὸ γὰρ ἐλπόμενοι οὐχ αἱ φάλαγγες, ἀλλ' οἱ ἄνδρες, ἐξ ὧν αἱ φάλαγγες συνεστᾶσι.

XLV. Καὶ κατ' ἄλλον δὲ τρόπον τὰ γένη ἐξαλλάσσει· ὡς ὅταν εἴπῃ,

Νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε
κυανέη· τὸ μὲν οὔποτ' ἐρώει·

ἐπεὶ γὰρ συνωνύμως λέγεται νεφέλη καὶ νέφος, προεἰπὼν τὴν νεφέλην, ἐπήνεγκε τὸ οὐδέτερον νέφος. Ὅμοια δ' ἐστὶ τούτῳ κἀκεῖνα τὰ ἔπη,

Τῶν δ' ὡς τ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ,
χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
ἔνθα καὶ ἔνθα πέτονται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι·

προθεὶς γὰρ γενικῶς τὰ τῶν ὀρνίθων γένη, ἅπερ οὐδετέρως λέγεται, εἶτα, θηλυκῶς εἰπὼν τὰ εἰδικὰ, ἐπήνεγκε πάλιν οὐδετέρως τὸ

Κλαγγηδὸν προκαθιζόντων,

ἀποδιδοὺς τὸ οἰκεῖον τῷ γενικῷ ὀνόματι τῶν ἐθνῶν.

XLVI. Ἅμα δὲ τῷ γένει καὶ τοὺς ἀριθμοὺς ἐναλλάσσει πολλάκις ὁ ποιητὴς, λέγων,

Ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἀπονέοντο·

προθεὶς γὰρ τὸ ἑνικὸν, ἐπήγαγε τὸ πληθυντικὸν, δηλονότι πρὸς τὸ σημαινόμενον ἀναφέρων, ἐπειδήπερ ἡ πληθὺς τὴν μὲν προσηγορίαν ἐστὶν ἑνικὸν, πολλοὺς δ' ἐν αὑτῷ περιείληφεν.

quando simul masculino et feminino nomini verbum, seu participium infertur, ibi tum masculinum prævalet, ut in hoc,

Virgineum decus, et juvenes puerilia curant.

XLIII. Quædam etiam propter dialectorum proprietatem, seu morem tum consuetum, diversimode ab eo dicuntur, ut est ἡ κίων pro ὁ κίων,

Ipse habet egregias valde longasque columnas,
Quæ terram cœlumque tenent.

XLIV. Sæpenumero autem procedente sermone, genera commutat, sicuti in hoc,

Dono tibi hoc donum, mi quam carissime natum:

siquidem τέκνον, id est fili, nomen neutrius generis est, cui adjectivum masculinum, *care*, intulit, dum vocem ad personam refert. Simile est et illud, quod a Dione ad Venerem dicitur,

Natum jam tolerato meum, percussa dolore.

Ejusdem autem proportionis et illud est,

Tiresiæ advenit Thebani vatis imago,
Aurea sceptra potitus:

participium namque ἔχων, id est *potitus*, non ad umbram, sed ad genus corporis, hoc est ad ipsum Tire iam, accommodavit. Sæpe enim non ad vocem, sed ad sensum respicit, ut in hoc,

Omnibus est animus motus, motæque phalanges,
Æacidæ cupidi, qui ad naves desidet altas.

Non enim phalanges, sed viri, unde illæ constant, Achillem desiderabant.

XLV. Præterea et secundum aliam mutationem genera permutat, ut quum dicit,

Cærula contexit nebula hunc, immobile perstans
Hocce quidem.

Quum enim *nebula* et νέφος, *nubes*, ejusdem significationis sint, et modo de nebula locutus esset, νέφος, quod neutrius generis est, intulit. Similia autem huic et illa carmina sunt,

Ut volucrum istarum volitant examina multa,
(Strymoniæque grues, anser, colloque superbus
Albus olor) gaudent, alis hinc inde volantes.

Etenim quum avium genera in universum præmisisset quæ neutro genere dicuntur, ac deinde illarum species in masculino subjunxisset, rursus neutraliter infert, nempe

Incumbentia cum strepitu,

reddens videlicet id, quod generali avium quas *examina* dixerat nomini familiare est.

XLVI. Non solum autem genus, sed et Numerum poeta sæpe commutat, dicens,

Turba rates Græcas adeunt, permagna frequensque.

Singulari enim præposito, plurale verbum subdidit, dum videlicet sensum magis quam vocem respicit. Siquidem vox *multitudo*, appellatione quidem singularis numeri est, multos autem in se complectitur.

XLVII. Ἐκ τοῦ ἐναντίου δέ ἐστι τὸ ὅμοιον, ἐπειδὰν προτεθέντος τοῦ πληθυντικοῦ τὸ ἑνικὸν ἐπενεχθῇ· ὡς ἐν τούτῳ,

Οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες,
πρόσσω πᾶς πέτεται·

τὸ γὰρ πᾶς τῷ λόγῳ ἑνικόν ἐστι, τέτακται δὲ ἐπὶ πλήθους, ἴσον δυνάμενον τῷ πάντες. Τῆς δὲ αὐτῆς ἰδέας τοῦ σχήματος ἐστὶ κἀκεῖνο,

Οἱ δὲ Πύλον Νηλῆος εὐκτίμενον πτολίεθρον
ἶξον· τοὶ δ' ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον·

νοοῦνται γὰρ οἱ Πύλιοι.

XLVIII. Περὶ δὲ τὰς πτώσεις γίνεται ἀλλοίωσις παρ' αὐτῷ, εὐθείας μὲν καὶ κλητικῆς ἐναλλασσομένης, ἐν τῷ τοιούτῳ,

Αὐτὰρ ὃ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι·

καὶ,

Νεφεληγερέτα Ζεύς·

καὶ,

Δὸς φίλος· σὺ γάρ μοι δοκέεις ὁ κάκιστος Ἀχαιῶν.

Γενικῆς δὲ καὶ δοτικῆς, ἐν τῷ τοιούτῳ,

Τρωσὶν μὲν προμάχιζεν Ἀλέξανδρος θεοειδὴς,

ἀντὶ τοῦ Τρώων. Καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου,

Ἡ δ' αὐτοῦ τετάνυστο περὶ σπείῳ γλαφυροῖο,

ἀντὶ τοῦ περὶ σπέει. Καὶ τούτων δέ ἐστιν ἡ αἰτία αὕτη, ὅτι συγγένειαν τινὰ ἐδόκουν ἔχειν πρὸς ἀλλήλους ἥ τε εὐθεῖα, καὶ ἡ αἰτιατικὴ, καὶ ἡ κλητική. Διὸ καὶ ἐν τοῖς οὐδετέροις εἰσὶν αἱ αὐταὶ, καὶ ἐν πολλοῖς τῶν ἀρρενικῶν καὶ θηλυκῶν ἥ τε εὐθεῖα καὶ ἡ κλητική ἐστιν ἡ αὐτὴ καὶ ἡ αἰτιατική. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γενικὴ πρὸς τὴν δοτικὴν ἔχει τινὰ συγγένειαν. Ταῦτα δὲ καὶ ἐν τοῖς δυϊκοῖς ἀριθμοῖς ἐπὶ πάντων τῶν ὀνομάτων εὑρίσκεται. Ὅθεν εἰκότως παρὰ τὴν συνήθειαν τὰς πτώσεις ἐναλλάσσει. Ἐνίοτε δὲ καὶ λόγον ἔστιν εὑρεῖν τῆς ἐξαλλαγῆς, ὡς ἐν τῷ

Ἐπιστάμενοι πεδίοιο·

καὶ τὸ

Διέπρησσον πεδίοιο,

ἴσον τῷ ἐπέρων διὰ τοῦ πεδίου.

XLIX. Εὖ δὲ ἔχει παρ' αὐτῷ ἡ τῶν πτώσεων μεταβολὴ ἐν ἀρχῇ τῶν δύο ποιημάτων ἑκατέρων· ἐν οἷς προθεὶς τὴν αἰτιατικὴν, ἐπήνεγκε τὴν εὐθεῖαν, εἰπών,

Μῆνιν ἄειδε θεὰ,
ἡ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε,

καὶ,

Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη.

L. Ἔστι δὲ ὅτε τῇ γενικῇ τὴν εὐθεῖαν ἐπιφέρει, ὡς ἐν τούτῳ,

Τῶν οἱ νῦν βροτοί εἰσι.

LI. Πολλὰ δὲ καὶ ἑτέρως σχηματίζει, ὡς ἔχει καὶ τὸ

XLVII. Simile autem a contrario est, quando præcedente plurali, singulare appositum infertur, ut in hoc,

Pectora magna gerunt, volitatque per aera cunctus.

Vox enim πᾶς, *omnis*, singularis numeri est; dum autem ad multitudinem refertur, idem pollet, quod *omnes*. Eandem Schematis formam et illud habet,

Hi Pylon attingunt, Neleia mœnia clara:
Hi maris ad littus rem divinam faciebant;

Pylii namque intelliguntur.

XLVIII. Fit apud eum et Casuum mutatio, ut quum nominativus et vocativus in talibus commutantur,

Hoc facit infelix Agamemnona ferre Thyesta.

Et,

Nubium congregator Juppiter.

Et,

Da mihi carus, et haud deterrimus inter Achivos.

Genitivus autem et dativus in hujusmodi mutatur,

Prima acie certat Phrygibus Paris optimus ille:

pro eo quod est *Phrygum*. Et contra,

Hæc extenta jacet juxta spelæa (σπείους) cavata:

pro circa speluncam (σπέει). Atque mutationis istius causa est, quod nominativus, accusativus et vocativus quandam inter se cognationem habere videantur; propter quod nomina neutrius generis, et pleraque masculina ac feminina, tres istos similes casus habeant. Similiter autem et genitivus cum dativo quandam affinitatem habet, idque in duali omnium vocum numero deprehenditur. Quo fit ut et Homerus casus haud immerito præter consuetudinem mutet. Nonnunquam vero et rationem est invenire istius mutationis, ut in hoc,

scientes campi:

et,

Pertransibant campum;

perinde namque est, ac si diceres, *transibant per campum*.

XLIX. Bèlle autem et Casuum permutatio apud illum habet in utriusque poematis exordio, in quibus accusativo præposito, rectum casum intulit, dicens,

Iram pande dea, etc.
Magnorum fuerat quæ causa dolorum.

Et,

Dic mihi Musa virum versutum, qui mala multa
Sustinuit.

L. Est etiam quando post genitivum casum rectum infert, ut in isto,

Horum nunc homines qui sunt.

LI. Multa et alio modo figurate dicit, quemadmodum est hoc:

Φημὶ [γὰρ] οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα
ἤματι τῷ, ὅτε νηυσὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν ἔβαινον
Ἀργεῖοι, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες,
ἀστράπτων (δ') ἐπιδέξι', ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

Τούτῳ δὲ ὅμοιόν ἐστι κἀκεῖνο,

Ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς,
ῥίμφα ἒ γοῦνα φέρει.

Καὶ ταῦτα δὲ ἐξήνεγκε κατά τινα ἀρχαϊκὴν συνήθειαν, καὶ οὐδὲ ταῦτα ἀλόγως· εἰ γάρ τις τὰς μετοχὰς ἀναλύσει εἰς ῥήματα, εὕροι ἂν τὸ ἀκόλουθον· τὸ γὰρ ἀστράπτων ἴσον ἐστὶ τῷ ὅτε ἤστραπτε, καὶ τὸ πεποιθὼς τῷ ἐπεὶ πέποιθε. Τούτοις ἐστὶ κἀκεῖνα παραπλήσια,

Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει·

καὶ,

Τὼ δὲ διακρινθέντες, ὁ μὲν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν
ἦι'· ὁ δ' ἐς Τρώων ὅμαδον κίε·

καὶ τὰ τοιαῦτα. Οὐκ ἄλογον γὰρ τὸν μέλλοντα περὶ δυοῖν τινῶν λέγειν, τὸ κοινὸν αὐτῶν προτάξαι τὴν εὐθεῖαν πτῶσιν ἐν ἑκατέρῳ φυλάξαντα· ὅτι δὲ τὸ κοινὸν τοῦ λόγου χάριν πολλὴν ἐπιφαίνει, πρόδηλον.

LII. Ἔστι δὲ ὅπου τὴν κοινὴν πτῶσιν προθεὶς, τὸν περὶ ἑνὸς ἐπιφέρει λόγον· ὡς ἐν τούτῳ,

Ἄμφω δ' ἑζομένω γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς.

LIII. Καὶ τὰ εἴδη δὲ τῶν ὀνομάτων ἐξαλλάσσει πολλάκις· ποτὲ μὲν τὸ ἐξ ὑπερβολῆς τιθεὶς ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ· ὡς τὸ,

Σαώτερος ὥς κε νέηαι·

ποτὲ δὲ τὸ ὑπερθετικὸν ὁμοίως ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ, ὡς τὸ,

Δικαιότατος Κενταύρων·

τοιαύτη μὲν ἡ ἐξαλλαγὴ ἐν τοῖς ὀνόμασιν. Ἐν δὲ τοῖς ῥήμασι γίνεται ἐξαλλαγὴ, τῶν μὲν ἐγκλίσεων, ὡς ὅταν τὸ ἀπαρέμφατον ἀντὶ τοῦ προστακτικοῦ παραληφθῇ, οἷον,

Θαρσῶν νῦν, Διόμηδες, ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι,

ἀντὶ τοῦ μάχου. Ἢ τὸ ὁριστικὸν ἀντὶ τοῦ εὐκτικοῦ, οἷον,

Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω,

ἀντὶ τοῦ μυθησαίμην καὶ ὀνομήναιμι. Καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, εὐκτικὸν ἀντὶ ὁριστικοῦ, [οἷον,]

Καὶ νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης,

ἀντὶ τοῦ ἀπώλετο.

LIV. Τῶν δὲ χρόνων, ὅταν ὁ ἐνεστὼς ἀντὶ τοῦ μέλλοντος τεθῇ· ὡς ἐν τούτῳ,

Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν,

ἀντὶ τοῦ ἐπελεύσεται. Ἢ ἀντὶ τοῦ παρῳχηκότος,

Ἔνθ' ἦτοι πλυνοὶ ἦσαν ἐπηετανοὶ, πολὺ δ' ὕδωρ
καλὸν ὑπεκπροῤῥέει,

ἀντὶ τοῦ ἔῤῥεε. Καὶ ὁ μέλλων ἀντὶ τοῦ ἐνεστῶτος,

Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

Ἢ ἀντὶ τοῦ παρῳχηκότος,

Prædixisse Jovem affirmo, fateorque nuisse,
Hocce die naves scandebant quando veloces
Argivi, exitium Trojæ fatumque ferentes,
Fulgura mittendo felicia, prospera signa

Huic autem nec illud est dissimile,

fretus tum forma hic,
festinanter eum portant sua genua.

Atque hæc secundum veterem consuetudinem extulit, idque non sine ratione. Si enim quis participia in verba dissolvat, rationem deprehenderit. Siquidem *fulgurans* idem pollet, quod *quando fulgurabat;* et *fretus,* idem quod *quum fretus esset.* His et illa sunt affinia,

Hæque duæ rupes stant, una polum attigit altum.

Et,

Hi duo discreti, populum alter adibat Achivûm,
Alter at in turbam Phrygiam veniebat;

et alia ejusmodi. Non enim ratione caret, si quis de duobus aliquibus dicturus, id quod utrique eorum commune est præordinet, nominativum casum in utroque servans. Quod autem communio orationis multum gratiæ habeat, nemini obscurum est.

LII. Denique est et ubi casu communi præposito, sermonem de uno tantum infert, sicut in hoc,

Ambo sedent, Laertiades præcellit honore.

LIII. Nominum autem species immutat sæpenumero: nonnunquam dum comparativum pro absoluto ponit, quemadmodum hoc,

Sanior ut redeas.

Nonnunquam vero superlativum itidem pro positivo, sicuti hoc,

Centaurûm justissimus.

Hujusmodi quidem Nominum mutatio est. Ceterum modi Verborum sic variantur, ut infinitivus pro imperativo accipiatur, veluti,

Tydides alacris Troas pugnare feroces,

pro *impugna*. Aut indicativus pro optativo, ut

Nil de plebe loquar multa, nec eam recitabo:

pro *dixerim* et *nominaverim multitudinem*. Et contra optativus pro indicativo, veluti

Mavors jam nunc pereat,

pro *perit*.

LIV. Temporum deinde variatio fit, quando præsens pro futuro ponitur, ut in hoc,

Hanc ego dimittam, nisi si prius ipsa senescit:

pro *senescet*. Aut pro præterito, ut

Istic sunt certe bona balnea, fonsque perennis
Profluit;

pro eo quod est *profluebat*. Aut futurum pro præsenti, ut

Occubituro alii sole, ast alii redeunte.

Aut præteriti vice, ut

Δείδω μὴ δὴ πάντα θεὰ νημερτέα εἴπῃ,

ἀντὶ τοῦ εἶπε.

LV. Καὶ διαθέσεις δὲ ἐναλλάσσονται παρ' αὐτῷ πολλάκις· καὶ τίθεται ἀντὶ ἐνεργητικῶν παθητικὰ ἢ μέσα, οἷον,

Εἷκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος,

ἀντὶ τοῦ εἷλκε. Καὶ

Καθορώμενος αἶαν,

ἀντὶ τοῦ ὁρῶν. Καὶ τοὐναντίον τὸ ἐνεργητικὸν ἀντὶ τοῦ παθητικοῦ,

Δωρήσω τρίποδα χρυσούατον,

ἀντὶ τοῦ δωρήσομαι.

LVI. Ἔστι δὲ ἰδεῖν ὅπως καὶ τοὺς ἀριθμοὺς ἐναλλάσσων, τὸν πληθυντικὸν ἀντὶ τοῦ ἑνικοῦ τίθησιν, ὡς πολλάκις ἐν τῇ συνηθείᾳ, εἴ τις περὶ ἑαυτοῦ λέγων ὡς ἐπὶ πολλοῦ ἀναφέρει τὸν λόγον, ὡς ἐν τούτῳ,

Τῶν ἀμόθεν γε, θεὰ θύγατερ Διός, εἰπὲ καὶ ἡμῖν,

ἀντὶ τοῦ ἐμοί.

XVII. Γίνεται δὲ παρ' αὐτῷ καὶ κατὰ πρόσωπα μεταβολή· καθ' ἕνα μὲν τρόπον, οὕτως,

Ἄλλοι μὲν γὰρ πάντες ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ,
σοί τ' ἐπιπείθονται, καὶ δεδμήμεσθα ἕκαστος·

πολλῶν γὰρ ὄντων τῶν θεῶν, ἐν οἷς ἐστι τὸ λέγον πρόσωπον, ἑκάτερον καλῶς ἐξενήνοχε, τό, τε πείθονται, καὶ τὸ δεδμήμεσθα. Καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, ὅταν τὸ νῦν ἐάσας, ἀφ' ἑτέρου ἐφ' ἕτερον πρόσωπον μεταβῇ· ὅπερ ἰδίως Ἀποστροφὴ καλεῖται, τῷ δὲ παθητικῷ κινεῖ καὶ ἄγει τὸν ἀκροώμενον· οἷόν ἐστι καὶ τοῦτο,

Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο, μακρὸν ἀύσας,
νηυσὶν ἐκισσεύεσθαι, ἐὰν δ' ἔναρα βροτόεντα·
ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωσε νοήσω·

ἀπὸ γὰρ τοῦ διηγηματικοῦ μετέβαλεν εἰς τὸ μιμητικόν. Καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ διηγηματικῷ πολλάκις χρῆται τῇ ἀποστροφῇ,

Ἀμφί σε, Πηλέος υἱὲ, μάχης ἀκόρητοι Ἀχαιοί.

Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μιμητικῷ χρῆται καὶ μεταβολῇ τῶν προσώπων, ὡς ἐν τούτῳ,

Ὦ πόποι, ἦ δὴ παισὶν ἐοικότες ἀγοράασθε
νηπιάχοις, οἷς οὔ τι μέλει πολεμήια ἔργα.
Ἀτρεΐδη, σὺ δέ θ', ὡς πρὶν, ἔχων ἀστεμφέα βουλὴν,
ἄρχευ' Ἀργείοισιν ἀνὰ κρατερὰς ὑσμίνας.

Καὶ ἕτερον δὲ εἶδος ἀποστροφῆς ἐστι τὸ τοιοῦτον,

Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη·

ἔστι γὰρ ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἄν τις γνοίη. Καὶ πάλιν,

Ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει
θεσπεσίη, τόθ' ἂν οὔ τοι ἀποσχέσθαι φίλον ἦεν.

LVIII. Καὶ μετοχαῖς δὲ χρῆται ἀντὶ ῥημάτων, ὡς ἐν τῷ,

Ἧτ' ἐνὶ κήπῳ
καρπῷ βριθομένη,

ἀντὶ τοῦ βρίθεται. Καὶ

Ἔνθ' οἵ γ' εἰσέλασαν πρὶν εἰδότες,

Permetuo dea non si dixerit omnia vera:

pro *dixit*.

LV. Affectiones verborum quoque sæpius apud eum mutantur, et passiva aut media pro activis ponuntur, veluti

Vagina extrahitur gladius peracutus et amplus:

pro *extrahebat gladium*. Et

Visus terram,

pro *videns*. Et contra, activum pro passivo [*imo* pro medio] ut

Donabo tripodem, ex auro cujus nitet ansa,

δωρήσω pro δωρήσομαι.

LVI. Est etiam cernere, quo pacto Numeros immutans, pluralem pro singulari ponit, id quod sæpe in vulgari sermone usu venit, dum quis de se loquitur tanquam de pluribus, veluti

Nata Jovis dea, quando voles, hæc dicito nobis,

pro *mihi*.

LVII. Fit autem apud illum et Personarum mutatio, idque uno quidem modo sic,

Cœlicolæ quotquot sunt, cuncti jussa capessunt,
O divine pater, tua, præsto itidem sumus omnes.

Multis namque diis existentibus, inter quos et ea persona erat quæ verba faciebat, utrumque belle extulit, et *obediunt*, et *parati sumus*. Alio autem modo, missa facta ea persona de qua loquebatur, ab altera ad alteram transit, id quod Aversio proprie vocatur, atque per affectum auditorem et movet et ducit; quemadmodum hoc est,

Hector voce jubet clara Teucros agitare
Naves, exuviasque sinant ut quisque cruentas;
Quem vero ratibus cernam procul ire relictis...;

a narratione namque transitum fecit ad imitationem. In ipsa etiam narratione apostropha sæpe utitur, veluti in hoc versu,

Circa te Danaos retines, Pelida, feroces.

Verum et in loco per imitationem elato mutatione personarum utitur, sicuti in isto,

Revera pueris par est hæc concio vestra
Insipidis, quibus haud curæ sunt bellica facta.
Ast Atrida prius veluti consultus eras, nunc
Præcipe Grajugenis quo pacto pugna incunda.

Est et alia Aversionis species hujusmodi,

Nescieris Tydida utris se jungat amico:

pro *aliquis nesciat*. Et rursus,

Suavis odor, divinus item, fragrabat ab illo
Cratere, atque tibi fuerit nec abesse decorum.

LVIII. Participiis quoque verborum loco utitur, veluti in hoc,

Gravatus in horto
Hic fructu;

pro *gravatur*: et,

ibi illi incurrerunt priusquam scientes:

ἀντὶ τοῦ πρὶν εἰδέναι.

LIX. Καὶ τὰ ἄρθρα δὲ ἐναλλάσσει πολλάκις, ἀντὶ τῶν ὑποτακτικῶν τοῖς προτακτικοῖς χρώμενος, οἷον,

Τοὺς ἔτεκε Ζεφύρῳ ἀνέμῳ ἅρπυια ποδάργη·

καὶ τοὐναντίον,

Θώρηχ'· ὃ γὰρ ἦν οἱ, ἀπώλεσε πιστὸς ἑταῖρος.

LX. Οὕτω καὶ τὰς προθέσεις εἴωθε μεταλλάσσειν,

Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα,

ἀντὶ τοῦ ἐπὶ δαῖτα· καὶ,

Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν.

LXI. Ὁμοίως καὶ προθέσει πτῶσιν ὀνόματος οὐκ οἰκείαν ἐπιφέρει, ὡς ἐν τούτῳ,

Μή πως καὶ διὰ νύκτα μενοινήσωσι μάχεσθαι,

ἀντὶ τοῦ διὰ νυκτός.

LXII. Ἐνίοτε δὲ ἀφαιρεῖ τὰς προθέσεις, οἷον,

Τῆς ὄγε κεῖτ' ἀχέων,

ἀντὶ τοῦ περὶ ἧς. Καὶ

Ποτιδέγμενος εἴ τι μιν εἴποι,

ἀντὶ τοῦ προσείποι. Καὶ ἄλλας προθέσεις ὁμοίως, τὰς μὲν ὑπαλλάσσει, τὰς δὲ ἀφαιρεῖ.

LXIII. Καὶ ἐπιρρήματά τινα ἐναλλάσσει, τοῖς εἰς τόπον, καὶ τοῖς ἐν τόπῳ, καὶ τοῖς ἐκ τόπου ἀδιαφόρως χρώμενος·

Γίωνοὶ δ' ἑτέρωσε κάθιζον,

ἀντὶ τοῦ ἑτέρωθι. Καὶ

Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθεν,

ἀντὶ τοῦ ἐγγύς.

LXIV. Ἔστι δὲ παρ' αὐτῷ καὶ τῶν συνδέσμων ἐναλλαγὴ, οἷον,

Εὐνῇ δ' οὐ πώποτ' ἔμικτο· χόλον δ' ἀλέεινε γυναικὸς,

ἀντὶ τοῦ, χόλον γὰρ ἀλέεινε γυναικός. Ταῦτα μὲν δὴ κατὰ λέξιν ἐστὶ Σχήματα, οἷς καὶ ἄλλοι πάντες οὐ μόνον ποιηταὶ, ἀλλὰ καὶ πεζῶν λόγων συνθέται κέχρηνται.

LXV. Ἔστι δὲ καὶ ἡ διάνοια παρ' αὐτῷ πολλοῖς εἴδεσιν ἐσχηματισμένη· ὧν ἐστι καὶ ἡ Προαναφώνησις, ἥτις γίνεται, ὅταν τις διηγούμενος μεταξὺ, τὸ ἐν ἑτέροις τάξιν ἔχον τοῦ ῥηθῆναι προλέγῃ, ὡς ἐν τούτῳ,

Ἦτοι ὀϊστοῦ τε πρῶτος γεύσεσθαι ἔμελλεν.

Καὶ ἡ Ἐπιφώνησις, οἷόν ἐστι,

Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.

LXVI. Ἔστι παρ' αὐτῷ πολὺ καὶ ποικίλον τὸ τῆς Προσωποποιίας. Πολλὰ μὲν γὰρ καὶ διάφορα πρόσωπα εἰσάγει διαλεγόμενα, οἷς καὶ ἤθη παντοῖα περιτίθησιν· ἐνίοτε δὲ καὶ τὰ μὴ ὄντα πρόσωπα ἀναπλάσσει, ὡς ὅταν εἴπῃ,

Ἦ κε μέγ' οἰμώξειε γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς.

LXVII. Ἔστι δὲ καὶ ἡ Διατύπωσις, ἐξεργασία πραγμάτων ἢ γενομένων ἢ ὄντων ἢ πραχθησομένων,

pro eo quod est, *priusquam scirent*.

LIX. Articulos quoque sæpe commutat, pro postpositivis prælositivos usurpans, veluti

Edidit hos Zephyro vento olim harpyia Podarge.

Et contrarium in modum,

Thoracem, perlit siquidem hic carissimus illi.

LX. Ad hunc modum et Præpositiones commutare solet, ut

Hesterna luce ivit trans convivium :

pro *ad convivium* : et,

morbum per exercitum excitavit nocentem.

LXI. Similiter et præpositioni casum nominis non pro prium infert, ut in isto,

Ne si forte velint noctu decernere ferro :

διὰ νύκτα pro διὰ νυκτός.

LXII. Nonnunquam vero præpositiones aufert, ut

cujus is jacet dolens,

pro *de qua*. Et,

exspectans numquid ipsum loquatur;

pro *alloquatur*. Atque alias præpositiones simili modo partim commutat, partim tollit.

LXIII. Etiam Adverbia quædam mutat, iis quæ ad locum significant, quæ in loco, et quæ de loco, indifferenter utens :

nepotes autem alio considebant ;

pro *alibi*. Et,

Ajax autem de propinquo venit,

pro eo quod est *prope*.

LXIV. Est denique apud illum et conjunctionum immutatio, veluti [declinabat ;

nunquam vero cum illa concubuerat, iram vero mulieris

pro eo quod est, *iram namque mulieris vitabat*. Atque hæc quidem dictionis schemata sunt, quibus non solum poetæ, verum etiam orationis solutæ scriptores usi sunt.

LXV. Ceterum multæ species figurarum in Sententiis apud illum sunt, quarum est et Præexclamatio, quæ fit, quando aliquis inter narrandum hoc prædicit, quod in aliis suum dicendi locum habet, sicuti in hoc,

Profecto primus telum experturus erat.

Et Acclamatio, cujusmodi est,

Stultus enim post facta sapit.

LXVI. Est etiam personæ fictio, quæ dicitur Prosopopœia, apud eum, et varia. Multas enim et diversas personas colloquentes introducit, quibus et omnimodos mores attribuit. Nonnunquam vero etiam personas non viventes fingit, ut quando dicit,

Haud dubium Peleus lacrimas effuderit amplas.

LXVII. Est autem et Diatyposis, seu Deformatio : quæ est demonstratio effectus rerum aut factarum, aut quæ

εἰς τὸ παραστῆσαι ἐναργέστερον τὸ λεγόμενον· ὡς ἐν τούτῳ,

Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει·
τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας.

Ἢ πρὸς τὸ οἶκτον κινῆσαι,

Δύσμορον· ὃν ρα πατὴρ Κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδῷ
νούσῳ ἐν ἀργαλέῃ φθίσει κακὰ πόλλ' ἐπιδόντα·
υἱέας τ' ὀλλυμένους, ἐλκυσθείσας τε θύγατρας,
καὶ θαλάμους κεραϊζομένους, καὶ νήπια τέκνα
βαλλόμενα προτὶ γαίῃ ἐν αἰνῇ δηιοτῆτι.

LXVIII. Ἔστι καὶ Εἰρωνεία παρ' αὐτῷ, λόγος διὰ τοῦ ἐναντίου δηλῶν τὸ ἐναντίον, μετά τινος ἠθικῆς ὑποκρίσεως· οἷόν ἐστι τὸ τοῦ Ἀχιλλέως,

[Ἀλλ' Ὀδυσεῦ, σὺν σοί τε καὶ ἄλλοισι βασιλεῦσι
φραζέσθω νήεσσιν ἀλεξέμεναι δήιον πῦρ·

καὶ]

Ὅ δ' Ἀχαιῶν ἄλλον ἐλέσθω
ὅστις οἵ γ' ἐπέοικε, καὶ ὃς βασιλεύτερός ἐστιν·

ἐμφαίνει γὰρ ὅτι οὐκ ἂν ἕτερον εὕροι βασιλικώτερον. Καὶ οὗτος μὲν ὁ τρόπος ἐστὶν, ὅταν περὶ αὑτοῦ λέγῃ τις εὐτελῶς, ἵνα τὴν ἐναντίαν δόξαν παράσχῃ· ἕτερος δέ, ὅταν τις ἄλλον ἐπαινεῖν προσποιῆται, τῇ ἀληθείᾳ ψέγων· καὶ τοῦτό ἐστι παρ' Ὁμήρῳ λεγόμενον ὑπὸ Τηλεμάχου,

Ἀντίνο', ἦ μευ καλὰ πατὴρ ὣς κήδεαι υἷος·

τῷ γὰρ ἐχθρῷ λέγει, ὅτι ὡς πατὴρ υἱοῦ πεφρόντικας. Καὶ πάλιν, ὅταν χλευάζων τις ἐπαίρῃ τὸν πέλας, ὡς οἱ μνηστῆρες,

Ἦ μάλα Τηλέμαχος φόνον ἡμῖν μερμηρίζει,
ἢ τινας ἄξει ἀμύντορας ἐκ Πύλου ἠμαθόεντος,
ἢ νυ καὶ ἐκ Σπάρτηθεν, ἐπεὶ νύ περ ἵεται οὕτως.

LXIX. Ἔστι δέ τι εἶδος εἰρωνείας καὶ ὁ Σαρκασμὸς, ἐπειδάν τις διὰ τῶν ἐναντίων ὀνειδίζῃ τινὰ μετὰ προσποιητοῦ μειδιάματος· ὡς Ἀχιλλεὺς,

Τοῖσι μὲν ἔμπεδα κεῖται, ἐμεῦ δ' ἀπὸ μούνου Ἀχαιῶν
εἵλετ', ἔχει δ' ἄλοχον θυμαρέα, τῇ παριαύων
τερπέσθω.

LXX. Τούτοις παραπλησίως ἔχει καὶ ἡ Ἀλληγορία, ἥπερ ἕτερον δι' ἑτέρου παρίστησιν, οἷόν ἐστι τοῦτο·

Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ, Μελάνθιε, νύκτα φυλάξεις,
εὐνῇ ἐνὶ μαλακῇ καταλέγμενος, ὡς ἐπέοικε·

τὸν γὰρ ἐν δεσμοῖς ὄντα ἀνηρτημένον, ἐν κοίτῃ μαλακῇ ὑπνώσσειν λέγει.

LXXI. Κέχρηται πολλάκις καὶ τῇ Ὑπερβολῇ, ἥτις ὑπεραίρουσα τὴν ἀλήθειαν, πολλὴν ἐπίτασιν ἐμφαίνει, οἷον,

Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.

Τοιούτοις μὲν δὴ τρόποις καὶ σχήμασι χρησάμενος Ὅμηρος, καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ὑποδείξας, τῆς ἐπὶ τούτοις εὐδοξίας πρὸ πάντων δικαίως τυγχάνει.

LXXII. Ἐπεὶ δὲ καὶ χαρακτῆρές εἰσι τῶν λόγων τὰ καλούμενα Πλάσματα, ὧν τὸ μὲν ἁδρὸν, τὸ δ' ἰσχνὸν, τὸ δὲ μέσον λέγεται· ἴδωμεν εἰ πάντα ἐστὶ παρ'

fiunt, aut futurarum, ut id quod dicitur evidentius reddat, veluti in hoc,

Mactant hicce viros, perduntque suburbia flammæ;
Hic pueros ducunt, hic captivas uxores.

Aut ad movendum misericordiam,

O miserum, perdet quem Juppiter ille senecta
Primum nunc ineunte, mala hæc ut grandia spectet,
Ceu juvenes pereant, raptetur cara puella,
Conjux ut vitietur, et ut sua pignora cara
Prosternantur humi, per pugnas inde cruentas.

LXVIII. Est et Ironia apud eum, sermo per contrarium, cum quadam mores et animi affectum significante simulatione, contrarium declarans, ut est hoc Achillis,

O Laertiades, tecum consultet et omni
Concilio regum, qui pellat navibus ignem.

Et

Jam Danaos inter legat is regem potiorem.

Declarat enim quod haud facile alium regem splendore digniorem sit inventurus. Atque hic quidem modus est, quando aliquis se extenuat, ut contrariam sui existimationem præbeat. Alius autem, quando quis se quempiam maxime laudare simulat, quum revera vituperet. Atque hoc est quod apud Homerum a Telemacho dicitur,

Antinoe, ut natus patre, sic ego diligor abs te.

Inimico namque dicit, *tamquam pater filium, sic me curas.* Et rursus, quando quis irridendi gratia proximum extollit, ut proci,

Telemachus cædem haud dubie nobis meditatur,
Auxilium ex Sparta cogens, Pyliisque disertis.
Multum namque sibi tribuit sumitque adolescens.

LXIX. Est et Sarcasmus quædam ironiæ species, quando quis per contrarium alicui conviciatur cum simulato risu, quemadmodum Achilles,

Salva manent aliis sua dona, sed unus Achilles
Munere privatur, licet illi grata sit uxor
Atridæ, cum qua accumbens se oblectet amanter.

LXX. His Allegoria haud dissimilis est, quæ aliud per aliud exhibet, ut est istud,

Atræ noctis eris custos, vigil atque, Melanthi,
In tenero strato cubitans, ceu maximus heros.

Vinctum namque et suspensum, in cubili delicato soporem ducere dicit.

LXXI. Usus est sæpenumero et Hyperbola, quæ veritatem superans, multum vehementiæ ostendit, ut

Hi candore nivem superant, cursuque Aquilonem.

Hujusmodi tropis et figuris Homerus usus est, easque ad posteros transmisit; ut ob hæc ingentem gloriam præ omnibus merito reportet.

LXXII. Quandoquidem vero Characteres, id est dicendi formæ sunt, quæ Genera vocantur: quorum aliud quidem uber, aliud gracile, aliud mediocre appellatur; videamus

Ὁμήρῳ, τῶν μὲν μετ' αὐτὸν ποιητῶν ἢ λογογράφων ἐπιτηδευσάντων ἕν τι τούτων ἑκάστου· ὧν καὶ ἔστι παραδείγματα, Θουκυδίδου μὲν, τὸ ἀδρόν· Λυσίου δὲ, τὸ ἰσχνόν· Δημοσθένους δὲ, τὸ μέσον. Τὸ μὲν οὖν ἀδρὸν πλάσμα ἐκεῖνό ἐστι τὸ καὶ τῇ τῶν λέξεων καὶ τῇ τῶν νοημάτων κατασκευῇ μεγάλας ἔχον ἐμφάσεις· οἷόν ἐστιν,

Ὡς εἰπὼν, σύναγεν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον,
χερσὶ τρίαιναν ἑλών· πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας
παντοίων ἀνέμων· σὺν δὲ νεφέεσσι κάλυψε
γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον· ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ.

Ἰσχνὸν δὲ, τὸ καὶ τῇ ὕλῃ τῶν πραγμάτων μικρὸν, καὶ τῇ λέξει κατεξεσμένον· οἷόν ἐστι τοῦτο,

Ὡς εἰπὼν, οὐ παιδὸς ὀρέξατο φαίδιμος Ἕκτωρ·
ἂψ δ' ὁ πάϊς πρὸς κόλπον ἐϋζώνοιο τιθήνης
ἐκλίνθη ἰάχων, πατρὸς φίλου ὄψιν ἀτυχθείς,
ταρβήσας χαλκόν τε ἰδὲ λόφον ἱππιοχαίτην.

Μέσον δὲ, τὸ ἑκατέρου τούτων μεταξὺ, τοῦ μὲν ἰσχνότερον, τοῦ δὲ ἀδρότερον, οἷον,

Αὐτὰρ ὃ γυμνώθη ῥακέων, πολύμητις Ὀδυσσεύς,
ἅλτο δ' ἐπὶ μέγαν οὐδὸν, ἔχων βιὸν, ἦδὲ φαρέτρην
ἰῶν ἐμπλείην, τα χέας δ' ἐκχεύατ' ὀϊστοὺς
αὐτοῦ πρόσθε ποδῶν, μετὰ δὲ μνηστῆρσιν ἔειπεν.

LXXIII. Ὅτι δὲ καὶ τὸ ἀνθηρὸν εἶδος τῶν λόγων ἐστὶ πολὺ παρὰ τῷ ποιητῇ, κάλλος ἔχον καὶ χάριν εἰς τὸ τέρπειν καὶ ἡδ[ύν]ειν, ὥσπερ ἄνθος, τί ἄν τις καὶ λέγοι; μεοτὴ γάρ ἐστιν ἡ ποίησις τῆς τοιαύτης κατασκευῆς. Ἡ μὲν δὴ τῆς φράσεως ἰδέα τοιαύτην ἔχει ποικιλίαν παρὰ τῷ Ὁμήρῳ, οἵαν διήλθομεν, ὀλίγα παραδείγματα θέμενοι, ἐξ ὧν ἐστι καὶ τὰ ἄλλα κατανοεῖν.

LXXIV. Ἐπεὶ δὲ παντὸς τοῦ ἀσκουμένου παρ' ἀνθρώποις λόγου, ὁ μέν τις ἐστὶν ἱστορικὸς, [ὁ δὲ θεωρητικὸς,] ὁ δὲ πολιτικὸς, φέρε θεασώμεθα εἰ καὶ τούτων εἰσὶν αἱ ἀρχαὶ παρ' αὐτῷ. Ὁ μὲν δὴ ἱστορικός ἐστιν ὁ τῶν γεγονότων πραγμάτων ἔχων διήγησιν· πάσης δὲ διηγήσεως ἀφορμαὶ γίνονται, πρόσωπον, αἰτία, τόπος, χρόνος, ὄργανον, πρᾶξις, πάθος, τρόπος· καὶ οὐδὲν ἔξω τούτων ἐν ἱστορίᾳ περιέχει οὐδεμία διήγησις. Οὕτως ἐστὶ παρὰ τῷ ποιητῇ πολλὰ πράγματα ὡς γεγονότα ἢ ὄντα διηγουμένῳ· ἐνίοτε δὲ καὶ [ἐν] ἑκάστῳ τούτων διηγήσεις εὑρεῖν ἐστι.

LXXV. Προσώπου μέν, ὡς τὸ τοιόνδε,

Ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι Δάρης ἀφνειὸς, ἀμύμων,
ἱρεὺς Ἡφαίστοιο· δύω δέ οἱ υἱέε ἦστην,
Φηγεὺς Ἰδαῖός τε, μάχης εὖ εἰδότε πάσης.

Καὶ ἐν οἷς εἶδη τινῶν διαγράφει, ὡς ἐπὶ τοῦ Θερσίτου,

Φολκὸς ἦν, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα· τὼ δέ οἱ ὤμω
κυρτὼ, ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε· αὐτὰρ ὕπερθεν
φοξὸς ἦν κεφαλήν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη.

Καὶ ἄλλα πολλὰ, ἐν οἷς γένος ἢ εἶδος, ἢ τρόπον, ἢ πρᾶξιν, ἢ τύχην προσώπου διέξεισι πολλάκις· ὡς ἐν τούτοις,

Δάρδανον αὖ πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεὺς,

καὶ τὰ ἑξῆς.

num omnia ea apud Homerum sint, in quorum singulis singuli poetæ et oratores post illum laboraverunt. Quorum et exempla sunt : Thucydidis quidem ubertas, Lysiæ gracilitas, et Demosthenis mediocritas. Copiosum itaque genus illud est, quod et dictionum et sententiarum apparatu, magnam emphasin habet : ut est,

Sic fatus, nebulas cogit, pulsatque tridente
Tum mare, commovit Zephyris exinde procellas;
Tellus ut simul et pontus tegerentur opacis
Nubibus, ingrueretque polo nox undique cæca.

Gracile autem, tum rerum materia pusillum, tum et dictione extenuatum est : cujusmodi est hoc,

Sic fatus, puerum amplexurus strenuus Hector;
Ast is retro abiit, gremiumque petivit amatæ
Nutricis clamans, faciem fugiebat et hujus,
Dum stupet ob galeam æratam cristamque minacem.

Medium autem inter utrumque istorum, gracile videlicet et copiosum, versatur, ut

Vestibus exuitur laceris consultus Ulysses,
Insilit inque solum, retinens jacula, atque pharetram
Confertam jaculis, jacula atque velocia fudit
Ante pedes, faturque procis dein talia cunctis.

LXXIII. Quod autem et floridum dicendi genus (quod venustatem et gratiam ad delectandum, ac voluptate afficiendum, instar floris habet) frequens apud poetam sit, oratione non indiget; siquidem ejus poesis tali apparatu plena est. Atque dicendi quidem formæ talem apud Homerum variationem habent, qualem obiter ostendimus, paucis adductis exemplis, ex quibus et reliqua deprehendere licet.

LXXIV. Quoniam vero omnis oratio, in qua homines se exercent, aut historica, aut contemplativa, aut civilis est; age videamus, num et harum initia apud istum sint. Historica quidem oratio est, quæ rerum gestarum narrationem continet. Cujuslibet autem Narrationis materia constat persona, causa, loco, tempore, instrumento, actione, affectione, modo; neque ulla historica narratio est quin aliquid istorum complectatur. Ad hunc modum et apud poetam fit, dum multas res tanquam gestas, aut tanquam gerantur, narrat. Nonnunquam vero et in singulis horum narrationes invenire licet.

LXXV. Personæ quidem, ut est hujusmodi,

Dardanidas inter fuit ille Dares, locuples vir,
Integer, atque dei Vulcani mysta, duo cui
Filioli, Phegeus, Idæus, uterque peritus
Omnigenæ pugnæ.

Et dum formas quorundam describit, ut in Thersita,

Strabus erat, claudusque pedem, et gibbosus, acuto
Vertice, cæsaries defloruit undique turpis.

Et alia multa, in quibus aut genus aut speciem, aut mores, aut actionem, aut fortunam personæ sæpius persequitur, sicut in his :

Dardanon altitonans genuit Saturnia proles,

et cetera.

LXXVI. Τόπου δέ ἐστι παρ' αὐτῷ διήγησις, ὁποῖα περὶ τῆς νήσου τῆς γειτνιώσης τῇ τῶν Κυκλώπων λέγει, ἐν οἷς τὸ εἶδος τοῦ τόπου διαγράφει, καὶ τὸ πηλίκον, καὶ τὸ ποῖον αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὰ παρ' αὐτῷ· καὶ περὶ τῶν παρακειμένων τῷ ἄντρῳ τῆς Καλυψοῦς,

Ὕλη δὲ σπέος ἀμφιπεφύκει τηλεθόωσα,
κλήθρη τ', αἰγειρός τε, καὶ εὐώδης κυπάρισσος,

καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ μυρία ἄλλα τοιαῦτα.

LXXVII. Χρόνου δὲ, οἷον,

Ἐννέα δὴ βεβάασι Διὸς μεγάλου ἐνιαυτοί·

καὶ

Ἕλκεα τε καὶ πρωΐζ' ὅτ' ἐς Αὐλίδα νῆες Ἀχαιῶν
ἠγερέθοντο, κακὰ Πριάμῳ καὶ Τρωσὶ φέρουσαι.

LXXVIII. Αἰτίας δὲ ἐν οἷς ἐμφαίνει δι' ὃ γίνεταί τι ἢ γέγονεν· οἷά ἐστι τὰ ἐν ἀρχῇ τῆς Ἰλιάδος εἰρημένα,

Τίς τ' ἄρ σφῶε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;
Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός· ὃ γὰρ βασιλῆι χολωθείς,
νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν· ὀλέκοντο δὲ λαοί·
οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα
Ἀτρείδης,

καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐν γὰρ τούτοις λέγει τὰς αἰτίας, τῆς μὲν Ἀχιλλέως καὶ Ἀγαμέμνονος διαφορᾶς, τὸν λοιμόν· τοῦ δὲ λοιμοῦ, τὸν Ἀπόλλωνος χόλον· τοῦ δὲ χόλου, τὴν ὕβριν τὴν εἰς τὸν ἱερέα τοῦ δαίμονος.

LXXIX. Ὀργάνου δὲ τὴν διήγησιν, ὁποίαν διέξεισι τῆς ἀσπίδος, ἣν Ἥφαιστος Ἀχιλλεῖ κατεσκεύασε· [καὶ ἄλλη σύντομος] περὶ τοῦ Ἕκτορος δόρατος,

Ἐνθ' Ἕκτωρ εἰσῆλθε Διὶ φίλος, ἐν δ' ἄρα χειρὶ
ἔγχος ἔχ' ἑνδεκάπηχυ· πάροιθε δὲ λάμπετο δουρὸς
αἰχμὴ χαλκείη, περὶ δὲ χρύσεος θέε πόρκις.

LXXX. Πράξεως δὲ διηγήσεις εἶεν [ἂν] ἄλλαι τε καὶ αἱ τοιαίδε·

Οἱ δ' ὅτε δὴ ῥ' ἐς χῶρον ἕνα ξυνιόντες ἵκοντο,
σὺν ῥ' ἔβαλον ῥινούς, σὺν δ' ἔγχεα, καὶ μένε' ἀνδρῶν
χαλκεοθωρήκων· ἀτὰρ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι
ἔπληντ' ἀλλήλῃσι· πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει.

LXXXI. Πάθους δὲ διήγησίς ἐστιν, ἐν ᾗ τὸ συμβαῖνον ἐξ αἰτίου ἢ ἐνεργείας [τινὸς] σαφηνίζεται· ὁποιά φησι περὶ τῶν ὑπὸ ὀργῆς ἢ φόβου ἢ λύπης κατεσχημένων, ἢ τιτρωσκομένων, ἢ ἀποκτιννυμένων, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτο πασχόντων. Οἷον ἐξ αἰτίου μέν,

Ἀχνύμενος· μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι
πίμπλαντ', ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐίκτην.

Ἐξ ἐνεργείας δὲ,

Αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι,
πλοχμοί θ', οἵ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο.

LXXXII. Ὁ δὲ τρόπος ἐστὶ ποιητικὸς πράξεως, ἢ παθήματος, ἢ σχέσεώς τινος· καθ' ἣν τὸ μὲν ὧδέ τι ἐνεργεῖ [ἢ πάσχει], τὸ δὲ, ὧδέ πως ἔχει, καὶ πάσῃ ἀκολουθεῖ [τῇ] τοιαύτῃ διηγήσει· παράδειγμα δὲ αὐτοῦ τὸ τοιόνδ' ἂν εἴη,

LXXVI. Loci autem apud eum narratio est iis quæ de insula Cyclopum regioni vicina commemorat, in quibus loci speciem describit, magnitudinem, qualitatem, quæ in illa, et quæ juxta illam sunt; denique dum ea quæ Calypsonis antro adjacent, describit :

Speluncam circumdederat nemus undique pulchrum,
Silva, alnus fragilis, ciethra et fragrans cyparissus, etc.

Et cetera hujusmodi innumera.

LXXVII. Temporis autem, veluti

Jamque novem magni Jovis anni præterierunt.

Et,

Hactenus appellunt quum naves Aulida Græcæ,
Perniciem Priamo magnam populoque ferentes.

LXXVIII. Causæ vero, in quibus ostendit, quapropter aliquid fiat aut factum sit, ut illa quæ in Iliadis exordio dicta sunt,

Quis deus immisit litem, ut contendat uterque?
Haud dubie Phœbus, regi indignatus Atridæ :
Is siquidem mittendo luem validam inter Achivos,
Innumeros leto dedit, ob Chrysam violatum,

et reliqua. In his enim inimicitiæ inter Achillem et Agememnonem causam fuisse dicit pestem; pestis vero, Apollinis iram; iræ autem, contumeliam qua dei sacerdos affectus erat.

LXXIX. Instrumenti, qualem narrationem in clypeo, quem Vulcanus Achilli fabrefecit, prosequitur. Est et alia concisa de Hectoris hasta :

Hector ubi ingressus, bis quinque tenens cubitorum
Unius atque hastam bene longam, ferrea cuspis
Cui splendebat item, circumdat et annulus auro.

LXXX Facti autem narrationes quum aliæ, tum ejusmodi sunt,

Conveniunt, parmas simul objiciunt, simul hastas,
Armatorum hominum quoque robora maxima, scutis
Cominus umbosis propeliunt mutua utrimque
Vulnera, magnus ut hinc factus sit utrimque tumultus.

LXXXI. Affectionis autem narratio est, in qua id quod contingit, ex causa, aut ex efficacia quadam declaratur, cujusmodi de iis narrat, qui ira, aut timore, aut tristitia afficiuntur, aut vulnerantur, occiduntur, aut aliud quidpiam tale perpetiuntur. Ex causa,

Indoluit, ferventque homini præcordia nigra,
Atque oculos igni similes gestare corusco.

Ex efficacia,

Ut Charitum multo conspersi sanguine crines,
Aurea vitta comas, necnon argentea vincit.

LXXXII. Modus autem efficit actionem, passionem, aut habitum secundum quem aliud quidem sic fit, (aut hoc patitur), aliud vero sic quodammodo se habet : isque sequitur omnem ejusmodi narrationem. Ejus exemplum tale fuerit :

Τὸν δ' Ὀδυσεὺς κατὰ λαιμὸν ἐπισχόμενος βάλεν ἰῷ·
ἐκλίνθη δ' ἑτέρωσε· δέπας δέ οἱ ἔκπεσε χειρὸς
βλημένου· αὐτίκα δ' αὐλὸς ἀνὰ ῥῖνας παχὺς ἦλθεν
αἵματος ἀνδρομέοιο,

καὶ τὰ ἑξῆς.

LXXXIII. Ἔστι δὲ διήγησις παρ' αὐτῷ, ὡς μὲν ἐπὶ τὸ πλεῖστον πλατεῖαν φράσιν καὶ ἐξεργασίαν ἁρμόζουσαν τοῖς ὑποκειμένοις ἔχουσα· ἐνίοτε δὲ εὐτονος, ὡς ἡ τοιαύτη,

Κεῖται Πάτροκλος, νέκυος δὲ δὴ ἀμφιμάχονται
γυμνοῦ· ἀτὰρ τάγε τεύχε' ἔχει κορυθαίολος Ἕκτωρ.

Τοῦτο δὲ τὸ εἶδος πολλάκις ἐστὶ χρήσιμον· τὸ γὰρ τάχος τῶν λόγων εὐτονώτερον καθίστησι καὶ τὸν λέγοντα καὶ τὸν ἀκροώμενον, καὶ ῥᾳδίως τυγχάνει τοῦ προκειμένου.

LXXXIV. Διηγεῖται δὲ ποτὲ μὲν ψιλῶς, ποτὲ δὲ μετὰ εἰκόνος ἢ ὁμοιώσεως ἢ παραβολῆς. Εἰκόνος μὲν, ὡς ὅταν εἴπῃ,

Ἡ δ' ἴεν ἐκ θαλάμοιο περίφρων Πηνελόπεια,
Ἀρτέμιδι ἰκέλη, ἠὲ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ.

Ὁμοιώσεως δὲ, οἷον,

Αὐτὸς δὲ κτίλος ὣς ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν.

Παραβολῆς δὲ, ὅταν παραπλησίων πραγμάτων παράθεσιν ποιήσηται, ἔχουσαν ἀνταπόδοσιν τὴν ἀπὸ τοῦ προκειμένου διηγήματος. Καὶ ἔστι παρ' αὐτῷ ποικίλα τὰ εἴδη τῶν παραβολῶν· συνεχῶς γὰρ καὶ πολυτρόπως παρατίθησι ταῖς τῶν ἀνθρώπων πράξεσι καὶ σχέσεσι ζώων ἄλλων ἐνεργείας καὶ φύσεις.

LXXXV. Καὶ ἔστι μὲν ὅτε ἀπὸ τῶν ἐλαχίστων ποιεῖται τὴν ὁμοίωσιν οὐ πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ σώματος, ἀλλὰ πρὸς τὴν φύσιν ἑκάστου ἀφορῶν· ὅθεν τὴν μὲν ἰταμότητα ἀπείκασε μυίᾳ,

Καί οἱ μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἔθηκε·

καὶ τὴν συνέχειαν τῷ αὐτῷ ζώῳ,

Ἠύτε μυιάων ἀδινάων ἔθνεα πολλά·

τὸν δὲ ἀθροισμὸν καὶ τὴν πολυπλήθειαν μετ' εὐταξίας, μελίσσαις,

Ἠύτ' ἔθνεα εἰσὶ μελισσάων ἀδινάων.

Οὕτω δὲ καὶ τὴν ὀργὴν καὶ τὴν δίωξιν ἔδειξεν, εἰπών,

Σφήκεσσιν ἐοικότες εἰνοδίοισι·

καὶ ἔτι προσθεὶς,

Οὓς παῖδες ἐριδαίνουσιν ἔθοντες,

ἵνα μᾶλλον τὸ ἐκ φύσεως αὐτῶν θυμοειδὲς τῷ ἀπὸ τῶν παίδων ἐρεθισμῷ ἐπιτείνῃ. Ἐπὶ δὲ συνεχοῦς φωνῆς φησὶν

Ἐσθλοὶ, τεττίγεσσιν ἐοικότες·

λαλίστατον γὰρ τὸ ζῷον, καὶ ἄπαυστον ἐν τούτῳ.

LXXXVI. Τῶν δὲ ἀσυντάκτως φερομένων φωνὰς πεμμιγεῖς οὕτως εἴκασεν·

Ἠύτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι προ·

Vulnerat hunc jaculo feriens divinus Ulysses,
In guttur, procumbat ut is pateramque relinquat,
Quam manibus tenuit; cruor hinc fluitaret opimus
Per nares,

et cetera.

LXXXIII. Est autem Narratio apud eum, quæ plerumque copiosam explicationem habet, ac diligentiam subjectæ materiæ convenientem. Nonnunquam vero succincta, ut ejusmodi,

Patroclus jacet, hinc pugna est pro corpore nudo;
Illius arma autem sibi sumpsit strenuus Hector.

Est vero hæc forma sæpe utilis; orationis namque celeritas et dicentem et audientem attentiorem reddit et facile propositi compotem.

LXXXIV. Narrat autem nonnunquam tenuiter, nonnunquam vero cum imagine, vel similitudine, vel simili. Imagine, ut quando inquit,

Penelope ex thalamo veniens, forma referebat
Aureolam Venerem, venatricemque Dianam.

Similitudine vero, ut

Non secus atque aries aciem transire solebat.

Simili vero, quum vicinarum rerum comparationem ita facit, ut ad institutum adaptari queat. Suntque apud eum variæ similium species. Subinde namque ac multis modis aliorum animantium efficaciam et naturam, hominum gestis et habitibus confert.

LXXXV. Est etiam quando a minimis similitudinem trahit, non ad corporis magnitudinem, sed ad uniuscujusque naturam respiciens, quo fit ut audaciam muscæ comparet,

Inspiravit huic Pallas muscæ improbitatem.

Et assiduitatem eidem animanti comparavit:

Haud secus ac muscarum examina multa frequentant.

Globum autem et ingentem multitudinem ordine incedentem, apibus:

Sicut apum fuerint examina crebra volantum.

Ad hunc modum et iram et persecutionem ostendit, dicens,

Vespis ad callem similes;

atque his subjungit,

Quas pueri irritare solent,

ut eo magis germanum earum furorem per puerorum irritationem concitatum exaggeraret. De continua autem voce ait,

Frugi, similesque cicadis;

loquacissimum namque est animal, et strepere non cessans.

LXXXVI. Eorum autem, qui temere ac nullo ordine feruntur, voces inconcinne permixtas sic comparavit:

Haud secus atque gruum clangor ferit æthera summum.

τὰ δὲ εἰς τάξιν καθιστάμενα πλήθη τοῖς καθημένοις ὀρνέοις ὁμοιοῖ,

Κλαγγηδὸν προκαθιζόντων·

τὴν δὲ ὀξύτητα τῆς τε ὄψεως καὶ τῆς πράξεως, ποτὲ μὲν ἱέρακι παραβάλλει,

Ὠκεῖ, φασσοφόνῳ, ὃς τ' ὤκιστος πετεηνῶν·

ποτὲ δὲ ἀετῷ,

Ὃν τε καὶ ὑψόθ' ἐόντα πόδας ταχὺς οὐκ ἔλαθε πτώξ·

παρίστησι γὰρ τὴν ὀξυδέρκειαν ἐν τῷ πόρρωθεν ἰδεῖν, τὸ δὲ τάχος ἐν τῷ ποδωκέστατον ζῷον ἐλεῖν· τὸν δὲ ἐκπλαγέντα πρὸς ὄψιν πολεμίου, δράκοντος ὁράματι προσείκασεν, οὐκ ὀκνήσας οὐδ' ἀπὸ τῶν ἑρπετῶν παραδείγματα λαβεῖν,

Ὡς δ' ὅτε τίς [τε] δράκοντα ἰδὼν, παλίνορσος ἀπέστη.

Ἀπὸ δὲ τῶν ἄλλων ζῴων, δειλίας μὲν ἀπὸ τοῦ λαγωοῦ λαμβάνει, καὶ ἀπὸ τῶν ἐλάφων ὁμοίως,

Τίφθ' οὕτως ἔστητε τεθηπότες ἠΰτε νέβροι;

κυνῶν δὲ, ὅτε μὲν ἀλκὴν,

Ὡς δ' ὅτε καρχαρόδοντε δύω κύνε, οἵ τ' ἐπὶ θήρης·

ὅτε δὲ φιλοτεκνίαν,

Ὡς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα·

ὅτε δὲ προθυμίαν πρὸς τὸ φυλάσσειν,

Ὡς δὲ κύνες περὶ μῆλα δυσωρήσωνται ἐν αὐλῇ.

LXXXVII. Ἁρπαγὴν δὲ ἅμα θυμικῶς καὶ ἰταμῶς πρασσομένην, λύκοις εἴκασεν,

Ὡς δὲ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον, ἢ ἐρίφοισι.

Τὸ δὲ ἄλκιμον καὶ ἄτρεπτον διά τε συῶν ἀγρίων καὶ παρδάλεων καὶ λεόντων ἔδειξε, μερίζων ἑκάστῳ τὸ πρὸς τὴν φύσιν οἰκεῖον· τῶν μὲν συῶν τὴν ὁρμὴν, ἣν ἔχει πρὸς μάχην, ἀνυπόστατον ποιῶν,

Ἰδομενεὺς δ' ἄρ' ἐνὶ προμάχοις συὶ εἴκελος ἀλκήν·

τῶν δὲ παρδάλεων τὸ ἄπαυστον τῆς τόλμης,

Ἀλλά τε καὶ περὶ δουρὶ πεπαρμένῳ οὐκ ἀπολήγει·

λεόντων δὲ τὸ μέλλον μὲν, εἰς τέλος δὲ γενναῖον,

Οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν μαστίεται.

Πάλιν δὲ παραβάλλει δρόμον ἀνδρὸς γενναίου ἵππῳ τροφῆς κεκορεσμένῳ,

Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ·

καὶ τοὐναντίον βραδὺν κατὰ πορείαν, ἀήττητον δὲ ἐν τῷ χαρτερεῖν, οὕτως ἔδειξεν,

Ὡς δ' ὅτ' ὄνος παρ' ἄρουραν ἰὼν ἐβιήσατο παῖδας.

Σχῆμα δὲ βασίλειον καὶ ὑπερέχον ἐτύπωσε διὰ τούτων,

Ἠύτε βοῦς ἀγέληφι μέγ' ἔξοχος ἔπλετο πάντων.

LXXXVIII. Οὐ κατέλιπε δὲ οὐδὲ τὰς τῶν θαλασσίων ζῴων ὁμοιότητας· πολύποδος μὲν τὸ παράμονον καὶ δυσαπόσπαστον τῶν πετρῶν,

Ὡς δ' ὅτε πουλύποδος θαλάμης ἐξελκομένοιο·

At eorum qui jam ordinantur multitudinem avibus considentibus assimilat:

cum clangore considentium.

Visus autem et facti acrimoniam nonnunquam accipitri confert:

Persimilisque palumbineco, qui perceler instat;

nonnunquam vero aquilæ,

quam etiam in alto volitantem lepus pedibus celer non fe- [fellerit.

Visus namque acumen in eo ostendit, quod eam de longe ait videre, celeritatem vero, quod pernicissimum animal capit. Hostis autem aspectu obstupefactum ei comparat, qui draconem videt, ita ut non puduerit eum vel a reptilibus exempla sumere:

Haud secus atque dracone aliquis viso rediit mox.

Ab aliis vero animantibus, timiditatis quidem a lepore, et a cervo itidem sumit:

Cur adeo stupefacti estis velut hinnulus omnes.

A canibus autem aliquando sumit fortitudinem:

Acres ut catuli mordent aprum, lacerantque;

aliquando autem amorem erga liberos:

Ut canis egregie catulos propugnat amatque;

aliquando vero animi promptitudinem ad custodiendum:

Ut canis est promptus, fidusque ad ovilia custos.

LXXXVII. Raptum autem, qui et iracunde et audacter fit, lupis comparare solet:

Agnos ut lupus invadit, raptatque tenellos.

Fortitudinem vero et constantiam per sues silvestres, pardos et leones, ostendit, dum unicuique quod naturæ suæ proprium est, tribuit. A suibus impetum (quem hoc genus animantis ad pugnam intolerabilem habet) mutuatur:

Idomeneus apro similis propugnat ubique.

A pardis pertinacem audaciam:

Nec penetrante cutem pilo, pugnare remittit.

A leonibus vero primum cunctationem, deinde et generositatem:

Cauda utrumque latus, lumbos, atque ilia verrit.

Rursus autem hominis generosi cursum equo saturo comparat:

Sicut equus saturus juxta præsepe moratus.

Et contra cunctabundum in itinere, sed in tolerando insuperabilem, sic ostendit:

Arva petens asinus veluti pueris invitis

Regium vero habitum ac præstantiam hisce expressit:

Eminet armento veluti bos, præstat et omni.

LXXXVIII. Neque vero marinorum animantium similitudines omisit, polypi quidem perseverantiam, et quam difficulter a saxis avellatur:

Extrahitur veluti polypus si quando cavernis.

δελφῖνος δὲ τὸ ἡγεμονικὸν καὶ κρατιστεῦον τῶν ἄλλων,

Ὡς δ' ὑπὸ δελφῖνος μεγακήτεος ἰχθύες ἄλλοι.

Delphini autem principatum ac præstantiam inter alios pisces,

Ut pisces alios superat delphinus in undis.

LXXXIX. Πολλάκις δὲ τὰ ὑπὸ ἀνθρώπων πρασσόμενα ἄλλαις ὁμοίοις πράξεσι παραβάλλει, ὥσπερ ἐν τούτῳ,

Οἱ δ' ὥστ' ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισι,

LXXXIX. Sæpenumero autem ea quæ ab hominibus fiunt, aliis similiter factis confert, ut in hoc,

Messores veluti certant frumenta metendo:

τὴν ἔνστασιν καὶ καρτερίαν δεικνύων τῶν ἀνδρῶν. Τῷ δ' ἀγεννῶς δακρύοντι ὀνειδίζει μετ' ἐναργοῦς ὁμοιώσεως,

Τίπτε δεδάκρυσαι, Πατρόκλεις, ἠύτε κούρη νηπίη;

resistendi vim et fortitudinem virorum demonstrans. Sed et præter generis dignitatem ploranti, similitudine perspicua convitiatur:

Cur pueri in morem lacrimas, Patrocle sodalis?

XC. Ἐτόλμησε δὲ καὶ τοῖς στοιχείοις παραβαλεῖν πράξεις ἀνθρωπίνας, ὡς ἐν τούτῳ,

Ὡς ἔφατ'. Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, ὡς ὅτε κῦμα
ἀκτῇ ἐφ' ὑψηλῇ, ὅτε κινήσει νότος ἐλθὼν
προβλῆτι σκοπέλῳ· τὸν δ' οὔποτε κύματα λείπει
παντοίων ἀνέμων, ὅταν ἔνθ' ἢ ἔνθα γένωνται·

XC. Ausus est autem et elementis humana facta conferre, sicut in isto,

Argolici vocem tollebant, fluctus ut altis
Littoribus resonat, scopuloque immurmurat, Auster
Quem petit, omnigenis Zephyris agitata procella,
Nec quoque deseruit, variis dum partibus afflant.

ἐν οἷς δῆλός ἐστι καὶ ὑπερβολῇ καὶ αὐξήσει κεχρημένος. Οὐ γὰρ ἤρκεσε κύματος ἦχῳ τὴν κραυγὴν ἀπεικάσαι, ἀλλὰ τῷ προφερομένῳ ἀκτῇ ἐφ' ὑψηλῇ, ὅπου μετεωριζόμενον τὸ κῦμα μείζονα ἦχον ἀποτελεῖ· καὶ οὐχ ἁπλῶς κῦμα, ἀλλὰ τὸ κινηθὲν ἀπὸ νότου, τοῦ μάλιστα τὰ ὑγρὰ κινοῦντος· καὶ ἐπὶ σκοπέλῳ προβλῆτι, τῷ ἀνατεταμένῳ εἰς τὸ πέλαγος, καὶ περικλυζομένῳ ὑπ' αὐτοῦ, ὃς καὶ ἀδιάλειπτον ἔχει τὸν κλύδωνα, ὁπόθεν ἂν προσπίπτωσιν οἱ πνέοντες ἄνεμοι. Τοιαῦτα μέν ἐστι τὰ τῆς ἐν τῷ διηγεῖσθαι ἐξεργασίας παρ' αὐτῷ· ἅπερ ἔνεστι καὶ ἐπὶ τῶν πολλῶν κατανοεῖν ἐκ τῶν ὀλίγων παραδειγμάτων.

Delphini autem principatum ac præstantiam inter alios pisces, num apud Homerum ita sint, ut ipse eas primus et excogitasse et illustrasse videatur. Qua de re pauca item exempla adducemus, unde reliqua cognosci possunt.

XCI. Σκεψώμεθα δὲ καὶ τὰ λοιπὰ εἴδη τῶν λόγων, εἰ ἔστι παρὰ τῷ Ὁμήρῳ πρώτῳ καὶ τὰς ἐννοίας αὐτῶν λαβόντι, καὶ ἐναργῶς κατασκευάσαντι. Ὁμοίως ὀλίγα παραδείγματα παρατεθέντα καὶ τὰ ἄλλα νοεῖν παρασκευάσει.

XCI. Perpendamus autem et reliquas orationis species, num apud Homerum ita sint, ut ipse eas primus et excogitasse et illustrasse videatur. Qua de re pauca item exempla adducemus, unde reliqua cognosci possunt.

XCII. Ὁ δὲ Θεωρητικὸς λόγος ἐστὶν ὁ περιέχων τὰ καλούμενα θεωρήματα, ἅπερ ἐστὶ γνῶσις τῆς ἀληθείας γινομένη μετὰ τέχνης· ἀφ' ὧν ἔστι τὴν φύσιν τῶν ὄντων, θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, κατανοεῖν, καὶ τὰς περὶ τὸ ἦθος ἀρετὰς καὶ κακίας διαιρεῖν, καὶ ἤτινι τέχνῃ λογικῇ μετέρχεσθαι τὴν ἀλήθειαν προσήκει, μανθάνειν. Ταῦτα δὲ μετεχειρίσαντο οἱ ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίψαντες· ἧς ἐστι μέρη τὸ φυσικὸν, καὶ ἠθικὸν, καὶ διαλεκτικόν. Ἐν δὴ πᾶσι τούτοις τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ σπέρματα ἐνδιδόντα Ὁμήρου εἰ καταμάθοιμεν, πῶς οὐκ ἂν εἴη πρὸ πάντων θαυμάζεσθαι ἄξιος; εἰ δὲ δι' αἰνιγμάτων καὶ μυθικῶν λόγων τινῶν ἐμφαίνεται τὰ νοήματα, οὐ χρὴ παράδοξον ἡγεῖσθαι· τούτου γὰρ αἴτιον ποιητικὴ καὶ [τὸ] τῶν ἀρχαίων ἦθος, ὅπως οἱ μὲν φιλομαθοῦντες μετά τινος εὐμουσίας ψυχαγωγούμενοι, ῥᾷον ζητῶσί τε καὶ εὑρίσκωσι τὴν ἀλήθειαν· οἱ δὲ ἀμαθεῖς μὴ καταφρονῶσι τούτων ὧν οὐ δύνανται συνιέναι· καὶ γάρ ἐστί πως τὸ μὲν δι' ὑπο-

XCII. Ceterum Contemplativa oratio est, quæ speculationes (quæ sic vocantur) complectitur, habentque veritatis cognitionem, quæ arte constat. Unde et rerum divinarum et humanarum naturam cognoscere licet; virtutes et vitia, quæ in moribus sunt, secernere; denique qua rationali arte veritatem consequi conveniat, discere. Hæc autem ii, qui in Philosophia versati sunt, tractaverunt, cujus etiam partes sunt, Naturalis scientia, et Moralis, et Disserendi Ars. Quodsi horum omnium principia et semina Homerum suppeditasse cognoverimus, quo pacto non præ omnibus admiratione dignus fuerit? Porro quod per ænigmata et fabulosas quasdam orationes animi sensa ostendit, non mirum videri debet. Poetica namque in causa est, et priscorum consuetudo, ut disciplinarum studiosi, ingenii ac animi quadam delectatione deliniti, veritatem facilius et inquirant et inveniant; et ut vulgus illa non contemnat, quæ intelligere nequit. Etenim

νοίας σημαινόμενον ἀγωγὸν, τὸ δὲ φανερῶς λεγόμενον εὐτελές.

XCIII. Ἀρξώμεθα τοίνυν ἀπὸ τῆς τοῦ παντὸς ἀρχῆς καὶ γενέσεως, ἣν Θαλῆς ὁ Μιλήσιος εἰς τὴν τοῦ ὕδατος οὐσίαν ἀναφέρει· καὶ θεασώμεθα εἰ πρῶτος Ὅμηρος τοῦθ' ὑπέλαβεν, εἰπών

Ὠκεανός θ' ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

Μετ' ἐκεῖνον δὲ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος, ὑφιστάμενος τὰς πρώτας ἀρχὰς εἶναι τὸ ὕδωρ καὶ τὴν γῆν, ἔοικε σπάσαι τὴν ἀφορμὴν ταύτην ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν τούτων,

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε·

σημαίνει γὰρ τὴν ἀνάλυσιν εἰς τὰ γεννητικὰ στοιχεῖα τοῦ παντός. Ἡ δὲ μάλιστα ἀληθὴς δόξα τέσσαρα στοιχεῖα συνίστησι, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, γῆν· ταῦτα δὲ καὶ Ὅμηρος εἰδὼς φαίνεται, μνημονεύων ἐν πολλοῖς αὐτῶν ἑκάστου.

XCIV. Καὶ τὴν τάξιν δὲ αὐτῶν ὅπως ἔχει κατέμαθεν. Ὅτι μὲν γὰρ ἡ γῆ κατωτάτω πάντων ἐστὶ, θεασόμεθα· σφαιροειδοῦς γὰρ ὄντος τοῦ κόσμου, ὁ μὲν περιέχων τὰ πάντα οὐρανὸς τὸν ἄνω τόπον ἐπέχειν εἰκότως λέγοιτ' ἄν· ἡ δὲ γῆ, ἐν μέσῳ οὖσα πανταχόθεν, κατωτέρω τοῦ περιέχοντος ἐστί. Τοῦτο δὴ ὁ ποιητὴς ἐν τούτοις μάλιστα δηλοῖ, ἐν οἷς φησιν, [εἰ] ὁ Ζεὺς ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου σειρὰν ἀνάψαιτο, τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν ἀνασπάσειν, ὡς πάντα μετέωρα γενέσθαι·

Ἀλλ' ὅτε κεν καὶ ἐγὼ πρόφρων ἐθέλοιμι ἐρύσσαι,
αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ' αὐτῇ τε θαλάσσῃ·
σειρὴν μέν κεν ἔπειτα περὶ ῥίον Οὐλύμποιο
δησαίμην, τὰ δέ κ' αὖθι μετήορα πάντα γένοιτο.

XCV. Ὑπὲρ δὲ γῆς ὄντος τοῦ ἀέρος, τὸν αἰθέρα ὑψηλότερον εἶναί φησιν οὕτως,

Εἰς Ἐλάτην ἀναβὰς περιμήκετον, ἢ τότ' ἐν Ἴδῃ
ἀκροτάτῃ πεφυυῖα, δι' ἠέρος αἰθέρ' ἵκανε·

τοῦ δὲ αἰθέρος ἀνωτέρω τὸν οὐρανὸν,

Ὣς οἱ μὲν μάρναντο· σιδήρειος δ' ὀρυμαγδὸς
χάλκεον οὐρανὸν ἷκε δι' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο·

καὶ ἔτι ἐν τούτῳ,

Ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν Οὔλυμπόν τε·

τὸ γὰρ καθαρώτερον τοῦ ἀέρος, ἀνωτάτω ὄν, καὶ τὸ μάλιστ' ἀπέχον τῆς γῆς καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς ἀναθυμιάσεων, ὡς ὅλον λαμπρόν φασιν Ὄλυμπον προσηγορεῦσθαι.

XCVI. Ἐν οἷς δέ φησιν ὁ ποιητὴς συνοικεῖν τῷ Διὶ τὴν Ἥραν οὖσαν ἀδελφὴν, δοκεῖ ταῦτα ἀλληγορεῖσθαι, ὅτι Ἥρα μὲν νοεῖται ὁ ἀὴρ, ἥπερ ἐστὶν ὑγρὰ οὐσία· διὸ καὶ λέγει,

Ἥέρα δ' Ἥρη
πίτνα πρόσθε βαθεῖαν.

Ζεὺς δὲ ὁ αἰθὴρ, τουτέστιν ἡ πυρώδης καὶ ἔνθερμος οὐσία,

Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν.

est quando id quod figurate significatur, jucundum fit; quod vero aperte dicitur, vilescit.

XCIII. Exordiamur itaque a totius Universi principio ac generatione, quam Thales Milesius ad aquæ substantiam refert, et videamus num Homerus primus hoc invenerit, dicens,

Oceanus qui cuncta creat, gignitque creata.

Post istum vero Xenophanes Colophonius, aquam et terram inter prima initia constituens, ejus placiti occasionem ab Homericis istis sumpsisse videtur,

Sed vos in terram lymphamque resolvier omnes.

Significat enim resolutionem in genitalia elementa universitatis. Opinio autem maxime verax quattuor elementa constituit, Ignem, Aerem, Aquam, et Terram. Hæc autem et Homerum scivisse apparet, dum in multis uniuscujusque istorum mentionem facit.

XCIV. Qua autem serie ea constituta essent, pernovit. Nam quod terra omnium infima sit, videbimus. Orbiculari namque exsistente mundo, cœlum, quod omnia continet, superiorem locum retinere, haud immerito dici queat: terra autem in medio exsistens undiquaque inferior continente est. Hoc sane poeta in his maxime declarat, in quibus ait, si Juppiter de Olympo catenam suspenderet, terram et mare revulsurum, ut omnia in sublime tollerentur:

Ast ego si cupiam, vos nunc detraxero cunctos,
Firma cum tellure simul pontoque prælto,
Vertice de cœli suspensa rite catena,
Atque hæc rursus ego in sublime reduxero cuncta.

XCV. Præterea Aere super terram exsistente Ætliera excelsiorem esse, ad hunc modum asserit,

Conscendit pinum, quæ stans in vertice montis
Idæ, ipsas penetrat nebulas atque æthera summum.

Æthere autem cœlum superius:

Sic illi pugnant, ut ferreus inde tumultus
In cœlum resonet, sterilemque per æthera tranet.

Et præterea in isto,

Aeria ascendit cœlum, atque petivit Olympum.

Quum enim suprema aeris pars purior sit, et maxime a terra ejusque exhalationibus distet, ideo Olympum quasi ὅλον λαμπρὸν, id est totum splendidum, appellari dicunt.

XCVI. In quibus vero poeta ait, Junonem cum Jove consuetudinem habere, quum tamen illius soror esset, per allegoriam hæc significare videtur, quod per Junonem Aer intelligatur, quippe humida substantia; propterea etiam dicit,

Aera pandebat Juno Lucina profundum.

Per Jovem autem Æther, hoc est ignea substantia et calida essentia, significetur:

Atque Jovi cœlum in nebulis atque æthere cessit.

Ἀδελφοὶ μὲν οὖν ἔδοξαν διὰ τὴν συνάφειαν καὶ τὴν κατά τι ὁμοιότητα, ὅτι ἄμφω κοῦφοι καὶ κινούμενοι· σύνοικοι δὲ καὶ ὁμόλεκτροι, ὅτι ἐξ αὐτῶν συνιόντων γεννᾶται τὰ πάντα· διὸ καὶ ἐν τῇ Ἴδῃ συνέρχονται, καὶ ἡ γῆ αὐτοῖς φύει τὰς πόας καὶ τὰ ἄνθη.

XCVII. Τοῦ δὲ αὐτοῦ λόγου ἔχεται κἀκεῖνα, ἐν οἷς φησιν ὁ Ζεὺς κρεμᾶσθαι τὴν Ἥραν, καὶ ἐξάπτεσθαι τῶν ποδῶν αὐτῆς ἄκμονας δύο, τουτέστι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν. Μάλιστα δὲ ἐν ἐκείνοις ἐξεργάζεται τὸν περὶ στοιχείων λόγον, δι' ὧν ὁ Ποσειδὼν λέγει αὐτῷ,

> Τρεῖς γάρ τε Κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοί, οὓς τέκε Ῥεῖα,
> Ζεύς καὶ ἐγώ, τρίτατος δ' Ἀΐδης ἐνέροισιν ἀνάσσων·

καὶ,

> Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς·

καὶ ὅτι ἐν τῇ τοῦ παντὸς νομῇ Ζεὺς μὲν ἔλαχε τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν, Ποσειδὼν δὲ τὴν τοῦ ὕδατος, Ἅδης δὲ τὴν τοῦ ἀέρος· τοῦτον γὰρ λέγει ζόφον ἠερόεντα, ἐπειδὴ φῶς οἰκεῖον οὐκ ἔχει, ἀλλ' ὑπὸ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων καταλάμπεται.

XCVIII. Τετάρτη δὲ κατελείφθη καὶ κοινὴ πάντων ἡ γῆ. Ἡ μὲν γὰρ τῶν τριῶν στοιχείων οὐσία κινεῖται ἀεί, μόνη δὲ ἀκίνητος ἡ γῆ μένει, ᾗ καὶ τὸν Ὄλυμπον προσέθηκεν· εἰ μὲν γὰρ ὄρος ἐστίν, ὡς μέρος τῆς γῆς· εἰ δὲ τοῦ οὐρανοῦ τὸ λαμπρότατον καὶ καθαρώτατον, ὡς καὶ ταύτης οὔσης ἐν τοῖς στοιχείοις πέμπτης οὐσίας, ὅπερ ᾠήθησάν τινες τῶν ἐνδόξων φιλοσόφων. Ὥστε κατὰ τὸ εἰκὸς κοινὰ ὑπέθετο εἶναι, τήν τε γῆν κατωτάτω διὰ βαρύτητα, καὶ τὸν Ὄλυμπον ἀνωτάτω ὄντα διὰ κουφότητα, ὅτι εἰς ταῦτα αἱ μεταξὺ φύσεις πῇ μὲν καταφέρονται, πῇ δὲ ἀναφέρονται.

XCIX. Τῆς δὲ τῶν στοιχείων φύσεως ἐξ ἐναντίων συνεστώσης, ξηρότητός τε καὶ ὑγρότητος, καὶ θερμότητος καὶ ψυχρότητος, ὑπὸ δὲ τῆς πρὸς ἄλληλα ἀναλογίας καὶ κράσεως ἐναπεργαζομένης τὸ πᾶν, καὶ μεταβολὰς μὲν μερικὰς ὑπομενούσης, τοῦ δὲ παντὸς λύσιν μὴ ἐπιδεχομένης, Ἐμπεδοκλῆς ἔφη τὰ ὅλα συνεστάναι οὕτως,

> Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα,
> ἄλλοτε δ' αὖτις ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει·

τὴν μὲν συμφωνίαν καὶ ἕνωσιν τῶν στοιχείων φιλίαν προσαγορεύσας, νεῖκος δὲ τὴν ἐναντίωσιν.

C. Πρὸ δὲ τούτου Ὅμηρος τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος αἰνίσσεται, ἐν οἷς φησιν ἡ Ἥρα παρ' αὐτῷ,

> Εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης,
> Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν·
> τοὺς εἶμ' ὀψομένη, καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω.

CI. Τοιοῦτον δέ γε καὶ τὴν Ἀφροδίτην καὶ τὸν Ἄρην ὁ μῦθος αἰνίσσεται, τῆς μὲν ταυτὸ δυναμένης ὃ παρὰ τῷ Ἐμπεδοκλεῖ ἡ φιλία, τοῦ δὲ ὃ παρ' ἐκείνῳ τὸ νεῖκος. Ὅθεν ποτὲ μὲν σύνεισιν ἀλλήλοις, ποτὲ δὲ διαλύονται· ἐλέγχει δὲ αὐτοὺς Ἥλιος· καὶ δεσμοῖ μὲν αὐτοὺς Ἥφαιστος, λύει δὲ Ποσειδών. Ἐν οἷς ὅλὸν

Frater igitur et soror visi sunt propter conjunctionem et quandam similitudinem, eo quod uterque levis ac mobilis sit: familiares vero et conjuges, quod ex istis coeuntibus omnia generentur. Quapropter et in Ida congrediuntur, ac terra eis herbas ac flores producit.

XCVII. Ejusdem vero rationis sunt et illa, in quibus Juppiter ait, Junonem pendere, et duas incudes, hoc est mare et terram, illius pedibus appendi. In iis autem elementorum rationem maxime habet, in quibus Neptunus Jovi dicit,

> Tres siquidem fratres sumus, ex Rhea genitrice,
> Juppiter, atque ego, tertius infera regna potitus.

Et

> Omnia tripliciter divisa, tenetque sua omnis.

Præsertim quum in universi distributione, Juppiter ignis, Neptunus aquæ, Pluto aeris essentiam sortitus sit. Hunc enim *aeriam caliginem* ideo vocat, quod lumen proprium non habet, sed a sole, luna et reliquis astris lucem mutuatur.

XCVIII. Terra autem quarta et communis pars, eam ob causam relicta est, quod trium elementorum essentia assidue movetur, terra autem sola immobilis est, cui et Olympum addidit; eo quod sive mons, pars terræ sit: sin vero cœli splendidissimam et purissimam partem intelligas, tum hæc quinta essentia inter elementa fuerit, id quod quidam illustres philosophi senserunt. Quocirca haud abs re communia esse censuit, terram videlicet infimam, propter gravitatem, et Olympum supremum, propter levitatem: quoniam in ista naturæ in medio exsistentes, partim deorsum, partim sursum feruntur.

XCIX. Porro quum elementorum natura ex contrariis constet, videlicet e siccitate et humiditate, calore ac frigore; et quum per convenientiam et temperaturam, quam invicem habent, cuncta fabricetur, mutationesque particulares suscipiat, universalem autem solutionem subire nequeat, Empedocles cuncta ad hunc modum constare inquit,

> Est ubi conveniunt in amore bene, est ubi rursus
> Singula discordant, litem pugnamque capessunt:

ubi elementorum concordiam et unitatem *amicitiam*, adversationem autem *contentionem* appellat.

C. Ante hunc autem Homerus concordiam et discordiam in iis obscure ostendit, in quibus Juno apud eum ait,

> Vado videre feracis cuncta latibula terræ,
> Oceanumque patrem divorum, Tethydaque ipsam
> Magnas inter eos valeam an componere lites.

CI. Talia etiam Veneris et Martis fabula sub verborum involucris ostendit. Quorum illa quidem idem pollet, quod apud Empedoclem *amicitia;* hic autem idem, quod apud illum *contentio*. Unde fit ut aliquando inter sese coeant, aliquando autem dissolvantur. Indicat autem eos Sol, Vulcanus vincit solvit Neptunus. Unde constat,

ἐστιν ὅτι ἡ ἐνθερμος καὶ ἡ ξηρὰ οὐσία, καὶ ἡ ταύτῃ ἐναντία, ἡ ψυχρά τε καὶ ὑγρὰ, ποτὲ μὲν συνάγουσι τὰ πάντα, ποτὲ δὲ λύουσιν.

CII. Ἀκολουθεῖ δὲ τούτοις καὶ τὸ παρὰ τοῖς ἄλλοις ποιηταῖς εἰρημένον, ὅτι ἐκ τῆς Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης συνουσίας Ἁρμονία συνέστηκεν, ἐξ ἐναντίων, βαρέων τε καὶ ὀξέων, κιρναμένων ἀλλήλοις ἀναλόγως. Ὅπως δὲ ἀντίκεινται ἀλλήλοις τὰ τῆς ἐναντίας φύσεως τετυγηκότα, αἰνίττεσθαι ἔοικεν ὁ ποιητὴς καὶ ἐν τῇ παρατάξει τῶν θεῶν, ἐν ᾗ πεποίηκε τοὺς μὲν τοῖς Ἕλλησι, τοὺς δὲ τοῖς Τρωσὶ βοηθοῦντας, ἀλληγορικῶς ἐμφαίνων τὰς δυνάμεις ἑκάστου· καὶ τὸν μὲν Φοῖβον τῷ Ποσειδῶνι ἀντιτάσσει, τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ καὶ ψυχρῷ· τὴν δ' Ἀθηνᾶν τῷ Ἄρει, τὸ λογιστικὸν τῷ ἀλογίστῳ, τουτέστι τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ· τὴν δὲ Ἥραν τῇ Ἀρτέμιδι, τὸν ἀέρα τῇ σελήνῃ, καὶ ὅτι ὁ μὲν σταθερὸς, ἡ δὲ πολυκίνητος· τὸν δὲ Ἑρμῆν τῇ Λητοῖ, ὅτι ὁ μὲν λόγος ἀεὶ ζητεῖ καὶ μέμνηται, ἡ δὲ λήθη τούτῳ ἐστὶν ἐναντίον· τὸν δὲ Ἥφαιστον τῷ ποταμῷ, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, καθ' ὃν τὸν ἥλιον τῇ θαλάσσῃ· θεατὴν δὲ τῆς μάχης τὸν πρῶτον θεὸν καὶ ἐπὶ τούτῳ γεγηθότα.

CIII. Ἐκ δὲ τῶν προειρημένων ἅμα καὶ τοῦτο ὑποδεικνὺς Ὅμηρος φαίνεται, καὶ ὅτι εἷς ἐστιν ὁ κόσμος, καὶ πεπερασμένος. Εἰ γὰρ ἄπειρος ἦν, οὐκ ἂν εἰς ἀριθμὸν πέρας ἔχοντα διηρεῖτο. Πάντων [δὲ τῷ] ὀνόματι σημαίνει τὸ σύμπαν, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς χρῆται ἀντὶ τοῦ ἑνικοῦ τῷ πληθυντικῷ. Σαφέστερον δὲ τὸ αὐτὸ δηλοῖ ἐν τῷ εἰπεῖν,

Πείρατα γαίης·

καὶ πάλιν ἐν οἷς φησιν,

Οὐδ' εἰ κε τὰ νείατα πείραθ' ἵκηται
γαίης καὶ πόντοιο·

καὶ ἐν τῷ,

Ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος Οὐλύμποιο·

ὅπου γάρ ἐστιν ἀκρότης, ἐκεῖ καὶ πέρας.

CIV. Ὅπως δὲ καὶ περὶ Ἡλίου γινώσκει, οὐκ ἄδηλον· ὅτι κυκλοφορικὴν ἔχων δύναμιν, ποτὲ μὲν ὑπὲρ γαίης φαίνεται, αὖθις δὲ ὑπὸ γῆν ἄπεισι, καὶ τοῦτο δῆλον ποιεῖ λέγων,

Ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπη ζόφος οὐδ' ὅπη ἠώς,
οὐδ' ὅπη Ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
οὐδ' ὅπη ἀνεῖται·

καὶ ὅτι ἀεὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ἰὼν, καὶ διὰ τοῦτο ὑπερίων προσαγορευόμενος ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ, τήν τε ἀνατολὴν ἐκ τοῦ περιέχοντος τὴν γῆν ὕδατος, τουτέστι τοῦ ὠκεανοῦ ποιεῖται, καὶ εἰς αὐτὸν καταδύεται, δηλοῖ σαφῶς, τὴν μὲν ἀνατολὴν κἀν τούτοις,

Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε, λιπὼν περικαλλέα λίμνην,
οὐρανὸν εἰς πολύχαλκον, ἵν' ἀθανάτοισι φαείνῃ·

τὴν δὲ δύσιν,

Ἐν δ' ἔπεσ' Ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος Ἠελίοιο,
ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

CV. Δείκνυσι δὲ αὐτοῦ καὶ τὸ εἶδος,

calidam et siccam essentiam, et his contrariam, frigidam et humidam, nonnunquam omnia coagmentare, nonnunquam vero dissolvere.

CII. Quibus et hoc consentaneum, quod apud alios poetas dictum est, quod ex Martis et Veneris consuetudine Harmonia nata, id est concentus ex contrariis, videlicet gravibus et acutis, constet, dum inter sese æquabiliter temperantur. Quo pacto autem ea, quæ contrariam naturam sortita sunt, sibi invicem opponantur, poeta per ænigma significasse videtur præsertim in acie deorum, in qua fingit, alios quidem Græcis, alios autem Trojanis auxilium ferre, allegorice uniuscujusque vim ostendens. Atque Phœbum quidem Neptuno in acie opponit, calidum et siccum humido et frigido; Minervam autem Marti, rationale irrationali, hoc est, bonum malo; Junonem vero Dianæ, hoc est, Aerem Lunæ, eo quod ille stabilis, hæc vero instabilis sit; Mercurium autem Latonæ, eo quod sermo assidue quærit ac meminit, oblivio autem his contraria est; Vulcanum denique fluvio, eadem ratione, qua Solem Mari. Pugnæ autem spectatorem deum primarium, et super hoc lætantem fingit.

CIII. Ex prædictis autem simul et hoc ostendere Homerus videtur, quod et unus et finitus sit mundus. Si enim infinitus esset, nequaquam divideretur in numerum habentem terminum. *Omnium* autem nomine significat unum Universum; quippe qui in aliis multis plurali pro singulari utitur. Clarius autem eandem rem declarat, dum inquit,

fines terræ :

et rursus, in quibus ait,

Ultima non certe quamvis adeat loca terræ
Et maris.

Præterea in hoc,

Summo vertice multijugi versatus Olympi :

ubi enim summitas, illic et terminus est.

CIV. Quid autem de Sole sentiat, non est obscurum, quia quum orbicularem circumferentiæ vim obtineat, aliquando super terram apparet, nonnunquam rursus subter terram abit; idque ad hunc modum declarat,

O socii, quis novit ubi caligo sit orta,
Auroræque domus, radiique Hyperionis unde?
Quove meent rursus subeuntes infima terræ?

Ad hæc quod semper super nos graditur Sol, *hyperion*, id est *supergrediens*, ab ipso poeta appellatur. Quum autem Sol ex aqua, quæ terram complectitur, hoc est ex Oceano oriatur, et in eum occidat, poeta illius ortum etiam in his perspicue ostendit,

Oceani stagna alta sinens, exortus erat Sol,
Æthera conscendens, superis lux esset ut alma :

occasum vero,

Irruit Oceano lampas Phœbea, facitque
Ingentes homini tenebras noctemque profundam.

CV. Ostendit autem et ejus formam,

Λαμπρὸς δ' ἦν Ἥλιος ὡς·

καὶ μέγεθος,

Εὖτε γὰρ Ἥλιος φαέθων ὑπερέσχεθε γαῖαν·

καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν τούτῳ,

Ἧμος δ' Ἥλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει,

καὶ τὴν δύναμιν,

Ἥλιος, ὃς πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπακούει·

καὶ τὸ ἔμψυχον, καὶ τὸ ἐπὶ τῇ κινήσει αὐτοπροαίρετον, ἐν οἷς ἀπειλεῖ,

Δύσομαι εἰς ἀίδαο, καὶ ἐν νεκύεσσι φαείνω·

καὶ ἐπὶ τούτῳ ὁ Ζεὺς αὐτὸν παρακαλεῖ,

Ἥλι', ἦτοι μὲν σὺ μετ' ἀθανάτοισι φάεινε,
καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

Splendidus autem erat ut Sol :

et magnitudinem,

Nam bene lucescens Phœbus terræ eminet omni :

et magis etiam in hoc,

Sol quando illustris medium penetrarat Olympum :

et vim,

Sol qui cuncta videt supra, omniaque audit :

denique quod sit animal, et sua sponte moveatur, in quibus minatur,

Lux ero funestis, subiens Plutonis in ædes.

Propterea quoque Juppiter eum adhortatur,

Phœbe, tuum fuerit posthac mortalibus, atque
Dis superis lucem cunctis perferre benignam.

Ἐξ ὧν δηλοῖ ὅτι οὐ πῦρ ἐστιν ὁ ἥλιος, ἀλλ' ἑτέρα τις κρείσσων οὐσία· ὅπερ καὶ Ἀριστοτέλης ὑπέλαβεν· εἴγε τὸ μὲν πῦρ ἐστιν ἀνωφερὲς καὶ ἄψυχον καὶ εὐδιάλειπτον καὶ φθαρτὸν, ὁ δὲ ἥλιος κυκλοφορητικὸς καὶ ἔμψυχος καὶ ἀΐδιος καὶ ἄφθαρτος.

Unde constat quod Sol non sit ignis, sed alia quæpiam potior substantia : id quod et Aristoteles sensit. Siquidem ignis in altum fertur, inanimatus, facile cessans, et corruptibilis est : sol vero in orbe fertur, animatus, æternus, et incorruptibilis.

CVI. Καὶ τῶν ἄλλων δὲ τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν ἄστρων ὅτι οὐκ ἀπείρως Ὅμηρος εἶχεν, φανερόν ἐστιν ἐξ ὧν πεποίηκε,

Πληϊάδας θ', Ὑάδας τε, τό, τε σθένος Ὠρίωνος·

καὶ τὴν Ἄρκτον τὴν ἀεὶ στρεφομένην περὶ τὸν ἀειφανῆ πόλον τὸν βόρειον, καὶ διὰ τὸ μετέωρον μὴ ἁπτομένην τοῦ ὁρίζοντος, ὅτι ἐν ἴσῳ χρόνῳ ὅ, τε μικρότατος κύκλος ἐν ᾧ ἐστιν Ἄρκτος, καὶ ὁ μέγιστος, ἐν ᾧ Ὠρίων, στρέφεται ἐν τῇ τοῦ κόσμου περιφορᾷ· καὶ τὸν βραδέως δυόμενον Βοώτην, ὅτι πολυχρόνιον ποιεῖται τὴν κατάδυσιν, οὕτω πεπτωκὼς θέσει, ὥστε ὀρθὸν καταφέρεσθαι, καὶ συγκαταδύεσθαι τέσσαρσι ζωδίοις, τῶν πάντων εἰς ὅλην νύκτα μεριζομένων ἓξ ζωδίων. Εἰ δὲ μὴ πάντα τὰ περὶ τῶν ἄστρων θεωρούμενα διεξῆλθεν, ὡς Ἄρατος ἢ ἄλλος τις, οὐ χρὴ θαυμάζειν· οὐ γὰρ τοῦτο προέκειτο αὐτῷ.

Vergilias, Suculas, nec non magnum Oriona.

Ad hæc Ursam describit, quo pacto subinde juxta polum aquilonarem nobis semper apparentem versetur, et propter sublimitatem, horizontem non attingat, eo quod æquali tempore, et minimus circulus, in quo Ursa est, et maximus, in quo Orion, in mundi circumferentia vertitur. Præterea et Booten tarde occidentem, quia diuturnum faciens occasum, ejusmodi situm habet, ut rectus deferatur, et una cum quattuor signis occidat, quæ sunt ex cunctis illis sex, quæ toti nocti attribuuntur. Quod vero non omnia quæ ad siderum contemplationem pertinent, ut Aratus, seu alius quispiam, prosecutus est, nemini videatur mirum; neque enim hoc ipsius institutum fuit.

CVII. Οὐκ ἀγνοεῖ δὲ τὰς αἰτίας τῶν περὶ τὰ στοιχεῖα συμπτωμάτων, οἷον σεισμῶν καὶ ἐκλείψεων. Ἐπεὶ γὰρ ἡ γῆ σύμπασα μετέχει ἐν ἑαυτῇ ἀέρος τε καὶ πυρὸς καὶ ὕδατος, ὑφ' ὧν καὶ περιέχεται, κατὰ τὸ εἰκὸς ἐν βάθει αὐτῆς συνίστανται ἀτμοὶ πνευματώδεις. Τούτους φασὶν ἔξω μὲν φερομένους κινεῖν τὸν ἀέρα, εἰρχθέντας δὲ ἀνοιδαίνειν, εἰς τὸ ἔξω βιαζομένους. [Τοῦ δ'] ἀνειλεῖσθαι τὸ πνεῦμα ἐντὸς τῆς γῆς, τὴν θάλασσαν αἰτίαν εἶναι νομίζουσιν, ἐμφράσσουσαν ἐνίοτε τὰς εἰς τὸ ἔξω διόδους, ἔστι δὲ ὅτε ὑποχωροῦσαν αὐτὴν, κατερείπειν τῆς γῆς τινὰ μέρη. Καὶ τοῦτο οὖν Ὅμηρος εἰδὼς, τὴν αἰτίαν τῶν σεισμῶν τῷ Ποσειδῶνι ἀνατίθησι, Γαιήοχόν τε αὐτὸν καὶ Ἐνοσίχθονα προσαγορεύων.

CVII. Nec idem accidentium causas, quæ circa elementa versantur, ignoravit, veluti terræ motuum, ac deliquiorum. Quum enim tota terra in se ignis, æris et aquæ partem, a quibus et continetur, habeat, vero consentaneum est, vapores spiritu plenos in ejus profunditate consistere. Qui quando foras feruntur, aerem, ut aiunt, movent : coerciti autem intumescunt, ac vi foras erumpunt. Quod vero spiritus intra terram concluditur, mare in causa esse putant, quod nonnunquam meatuum exitus obstruens, nonnunquam autem recedens, quasdam terræ partes subvertit. Homerus itaque istud non ignorans, terræ motuum causam Neptuno attribuit, dum eum *Terræ continentem*, et *Terræ motorem* appellat.

CVIII. Ἐπεὶ δὲ τῶν πνευμάτων ἐντὸς τῆς γῆς καθειργνυμένων, νηνεμίαι συμβαίνουσι καὶ ζόφοι, καὶ ἀμαυρώσεις τοῦ ἡλίου, σκεψώμεθα εἰ καὶ τοῦτο συνεῖδε. Πεποίηκε μὲν γὰρ τὸν Ποσειδῶνα σείοντα τὴν γῆν με-

CVIII. Quum vero flatibus intra terram conclusis, venti spirare cessent, atque hinc caligo et obscuritas solis oriatur; perpendamus num et hoc viderit. Fingit terram a Neptuno moveri, postcaquam Achilles in prœlium exierat.

τὰ τὴν Ἀχιλλέως ἔξοδον ἐπὶ τὴν μάχην. Προειρήκει δὲ ἐπὶ τῆς προτεραίας, ὁποία ἦν ἡ τοῦ ἀέρος κατάστασις· ἐπὶ μὲν τοῦ Σαρπηδόνος,

Ζεὺς δ' ἐπὶ νύκτ' ὀλοὴν τανύσας κρατερῇ ὑσμίνῃ·

καὶ πάλιν ἐπὶ τοῦ Πατρόκλου,

Οὐ δέ κε φαίης
οὔτε ποτ' Ἠέλιον σόον ἔμμεναι, οὔτε Σελήνην·
ἠέρι γὰρ κατέχοντο·

καὶ μετ' ὀλίγον ὁ Αἴας εὔχεται,

Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας Ἀχαιῶν,
ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.

Μετὰ δὲ τὸν σεισμὸν, τοῦ πνεύματος ἔξω καταστάντος, σφοδροὶ γίνονται ἄνεμοι, ὅθεν Ἥρα φησὶν,

Αὐτὰρ ἐγὼ Ζεφύροιο καὶ ἀργέσταο Νότοιο
εἶσομαι ἐξ ἀλόθεν χαλεπὴν ὀρέουσα θύελλαν.

Εἶτα τῇ ὑστεραίᾳ τοὺς ἀνέμους ἡ Ἶρις ἐπὶ τὴν πυρὰν τοῦ Πατρόκλου παρακαλεῖ,

Οἱ δ' ὀρέοντο
πνοιῇ ὑπὸ λιγυρῇ νέφεα κλονέοντες ὄπισθεν.

Οὕτως δὲ καὶ τὴν ἔκλειψιν τοῦ ἡλίου φυσικῶς γινομένην, ὅταν ἡ σελήνη ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν συνόδῳ κατὰ κάθετον ὑπελθοῦσα ἐπισκοτήσῃ, εἰδὼς φαίνεται. Προειπὼν γὰρ ὅτι ἐλεύσεται ὁ Ὀδυσσεὺς,

Τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τοῦ δ' ἰσταμένοιο,

τουτέστιν ὅτε ἅμα παύεται καὶ ἄρχεται ὁ μὴν, συνιούσης τῷ ἡλίῳ τῆς σελήνης, ἅμα τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν φησὶν ὁ μάντις πρὸς τοὺς μνηστῆρας,

Ὦ δειλοὶ, τί κακὸν τόδε πάσχετε; νυκτὶ μὲν ὑμέων
εἰλύαται κεφαλαί τε πρόσωπά τε, νέρθε τε γοῦνα·
εἰδώλων δὲ πλέον πρόθυρον, πλείη δὲ καὶ αὐλὴ
ἐρχομένων ἐρεβόσδε ὑπὸ ζόφον· ἠέλιος δὲ
οὐρανοῦ ἐξαπόλωλε, κακὴ δ' ἐπιδέδρομεν ἀχλύς.

CIX. Καὶ ἀνέμων δὲ φύσιν ἀκριβῶς κατενόησεν· ὧν τὴν μὲν γένεσιν ἐκ τῶν ὑγρῶν εἶναι· τοῦ μὲν γὰρ ὕδατος ἡ μεταβολὴ εἰς ἀέρα γίνεται· ὁ δ' ἄνεμός ἐστιν ἀὴρ ῥέων. Τοῦτο δὲ ἔν τε ἄλλοις πολλοῖς ἐμφαίνει, καὶ ἐν οἷς φησιν,

Ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων.

Τὴν δὲ τάξιν αὐτῶν ὡς ἔχει διέθηκε,

Σὺν δ' Εὖρός τε Νότος τ' ἔπεσε, Ζέφυρός τε δυσαὴς,
καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.

Τούτων γὰρ ὁ μὲν ἀπὸ ἀνατολῆς ὁρμᾶται, ὁ δὲ ἀπὸ μεσημβρίας, ὁ δὲ ἀπὸ δύσεως, ὁ δὲ ἀπὸ ἄρκτου· καὶ ὁ μὲν Ἀπηλιώτης ὑγρὸς ὢν μεταβάλλει εἰς Νότον θερμὸν ὄντα, ὁ δὲ Νότος λεπτυνόμενος εἰς Ζέφυρον, ὁ δὲ Ζέφυρος, ἔτι μᾶλλον λεπτυνόμενος, εἰς Βορέαν ἀποκαθαίρεται· διὸ

Ὦσεν ἐπὶ κραιπνὸν Βορέην, τὰ δὲ κύματα ἄξεν.

Καὶ τὴν ἀντίθεσιν δὲ αὐτῶν φυσικῶς ἐξηγήσατο,

Ἄλλοτε μέν τε Νότος Βορέῃ προέηκε φέρεσθαι,
ἄλλοτε δ' [αὖτ'] Εὖρος Ζεφύρῳ εἴξασκε διώκειν.

CX. Ἠπίστατο δὲ κἀκεῖνος ὅτι ὁ βόρειος πόλος ὑπὲρ

Prædixerat autem in prioris diei pugna, qualis esset aeris conditio : de Sarpedone quidem,

Juppiter in pugnam tenebras immisit opacas :

et rursus de Patroclo,

Integer esse potest nec Sol nec clara Diana,
Aere namque tenentur.

Et paulo post Ajax orat,

Juppiter, hunc crassum tolle aera quæsumus omnes,
Facque sereniferum, quo oculis spectare queamus.

Ceterum post terræ motum, spiritu jam foris constituto, validi oboriuntur venti, unde Juno ait,

Aat ego persimilis Zephyroque Notoque minaci,
Jamque movebo mari canos in littore fluctus.

Postera deinceps die Iris ventos ad Patrocli rogum advocat,

Hique fragore ruunt, nubes cogendo retrorsum.

Ad hunc modum et solis defectum (qui naturaliter fit, quando luna ei conjuncta, perpendiculariter eum subierit, et obscuraverit) novisse cognoscitur. Præfatus namque Ulyssem venturum esse,

mense partim deficiente, partim vero existente,

hoc est, quando mensis simul et in exitu est, simul et incipit, quippe luna cum sole coeunte; tum vates ad procos ait, sub ipsum Ulyssis adventum,

Quid monstri video? caput, et facies aliena
Omnibus est vobis, popules, totumque repletum
Vestibulum est spectris, sunt atria plena tumultus,
Cimmeriæ subtus tenebræ, Solisque labores
Cœlitus ostendunt sese caligine cæca.

CIX. Ventorum præterea naturam accurate perspexit, horum videlicet ortum ex humidis esse. Aquæ namque commutatio in aerem transit. Porro ventus est aer fluens. Hoc vero quum in aliis multis ostendit, tum in quibus ait,

Ventorum vim humectam spirantium.

Seriem autem horum, ut habet, disposuit,

Una Eurusque, Notusque ruunt, Zephyrusque procellas
Excitat, et Boreas fluctus ad sidera tollit.

Horum namque alius ab ortu, alius a meridie, alius ab occasu, alius a septentrione spirat. Et Subsolanus quidem, humidus quippe, in Austrum quippe calidum exsistentem mutatur; Auster autem rarescens, in Favonium; Favonius magis etiam rarefiens, in Aquilonem facta expurgatione vertitur. Hinc est quod ait,

Impulit in celerem Boream, movitque procellas.

Eorundem vero contentionem naturaliter explicuit,

Est quando Boreas Austrum superabat, et Eurus
Est quando cessit Zephyro, primasque reliquit

CX. Novit præterea ille Aquilonarem polum super ter-

γῆν ἐστι μετέωρος, ὡς καθ' ἡμᾶς τοὺς ἐν τῷ κλίματι τούτῳ κατοικοῦντας· ὁ δὲ νότιος ἐκ τοῦ ἐναντίου βαθύς· ὅθεν ἐπὶ μὲν τοῦ βορείου φησὶ,

Καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης, μέγα κῦμα κυλίνδων·

[ἐπὶ δὲ νοτίου,

Ἔνθα νότος μέγα κῦμα ποτὶ σκαιὸν ῥίον ὦθει·

καὶ τῷ μὲν κυλίνδων] τὴν ἄνωθεν ἐμπίπτουσαν φορὰν τοῦ ἀνέμου ἐμφαίνει, τῷ δὲ ὦθει τὴν ἀπὸ τοῦ κοιλοτέρου πρὸς τὸ ἄναντες βίαν.

CXI. Ὅτι δὲ καὶ ἡ τῶν ὑετῶν γένεσίς ἐστιν ἐκ τῆς τῶν ὑγρῶν ἀναθυμιάσεως, ἐπεδήλωσεν εἰπών,

Κατὰ δ' ὑφόθεν ἦκεν ἔερσας
αἵματι μυδαλέας ἐξ αἰθέρος·

καὶ,

Αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε·

προειρήκει γὰρ,

Τῶν νῦν αἷμα κελαινὸν ἐύρροον ἀμφὶ Σκάμανδρον
ἐσκέδασ' ὀξὺς Ἄρης, ψυχαὶ δ' ἀΐδόσδε κατῆλθον.

Ὅθεν δῆλόν ἐστιν ὅτι τὰ ἀναφερόμενα ἀπὸ τῶν περὶ γῆν ὑδάτων ὑγρὰ, ἀναπεφυρμένα τῷ αἵματι, τοιαῦτα ἄνωθεν κατηνέχθη. Τοῦ δ' αὐτοῦ λόγου ἔχεται κἀκεῖνο,

Ἤματ' ὀπωρινῷ ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ·

τότε γὰρ ὁ ἥλιος ἐκ βάθους ἀνασπῶν διὰ ξηρότητα τῆς γῆς τὰ ὑγρὰ, θολερὰ καὶ γεώδη ἀναφέρει· τὰ δὲ ὑπὸ βάρους λάβρα καταρρήγνυται. Αἱ μὲν οὖν ὑγραὶ ἀναθυμιάσεις ὑετοὺς γεννῶσιν· αἱ δὲ ξηραὶ, ἀνέμους. Ὅταν δὲ νέφει ἐναποληφθῇ ἄνεμος, ἔπειτα βίᾳ ῥήξῃ τὸ νέφος, βροντὰς καὶ ἀστραπὰς ἀποτελεῖ· εἰ δὲ ἐκπίπτοι ἡ ἀστραπὴ, κεραυνὸν ἀφίησιν. Ὅπερ εἰδὼς ὁ ποιητὴς λέγει τὰ τοιαῦτα,

Ἀστράψας δὲ μάλα μεγάλ' ἔκτυπε·

καὶ ἐν ἄλλοις,

Ζεὺς δ' ἀμυδὶς βρόντησε, καὶ ἔμβαλε νηὶ κεραυνόν.

CXII. Θεοὺς εἶναι πάντες οἵ γε ὀρθῶς φρονοῦντες νομίζουσι, καὶ πρῶτος Ὅμηρος. Ἀεὶ γὰρ μέμνηται τῶν θεῶν, λέγων,

Μάκαρες θεοὶ ῥεῖα ζώοντες.

Ἀθάνατοι γὰρ ὄντες ῥᾳδίαν καὶ ἄπαυστον ἔχουσι τὴν τοῦ ζῆν φύσιν, καὶ οὐ δέονται τροφῆς, ἧς δεῖται τῶν θνητῶν ζώων τὰ σώματα·

Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον·
τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται.

CXIII. Ἐπεὶ δ' ἐδεῖτο ἡ ποίησις θεῶν ἐνεργούντων, ἵνα τὴν γνώμην αὐτῶν [τῇ] αἰσθήσει τῶν ἐντυγχανόντων παραστήσῃ, περιέθηκεν αὐτοῖς σώματα· οὐδὲν δὲ ἄλλο σώματος εἶδος ἢ τοῦ ἀνθρώπου δεκτικόν ἐστιν ἐπιστήμης καὶ λόγου· [ᾧ] προσεικάσας ἕκαστον τῶν θεῶν, μετὰ τοῦ κοσμῆσαι μεγέθει τε καὶ κάλλει, ἅμα καὶ τοῦτο ὑπέδειξε τὸ εἰκόνας καὶ ἀγάλματα θεῶν

ram arduum esse nis, qui in hoc nostro climate habitant; Australem autem, contra, profundum. Unde de Boreali quidem ait,

Sudificus Boreas volvens ad littora fluctus;

de Australi autem,

Auster ubi magnam lævo scopulo admovet undam:

dum namque *volvens* dicit, notat venti impetum e supernis irruere, eo autem quod *admovet*, a profundiori parte in altiora lationem.

CXI. Quod autem et pluviarum generatio ex humida evaporatione fiat, commonstravit dicens,

Æthere demisit rorem mox sanguinolentum.

Et,

Sanguine conspersas guttas effuderat humi.

Prædixerat enim,

Sanguine commaculat Xanthum Mavors truculentus;
Ast animæ Plutonis in atri regna subibant.

Unde constat, hujusmodi humores (qui ex aquis terrestribus exhalant) sanguine jam permixtos e supernis deorsum ferri. Eiusdem vero rationis et illud est,

Autumni tempus, vehemens quo funditur imber.

Tum enim sol propter terræ siccitatem, ex profunditate humores extrahens, turbida et terrestria sursum educit; turbida autem præ pondere disrumpuntur. Humidæ itaque exhalationes, imbres procreant, siccæ ventos. Quando vero in nube ventus receptus fuerit, ac deinde vi nubem ruperit, tonitrua et fulgura creat: sin vero fulgur excidat, fulmen emittit. Quod noscens poeta hujusmodi dicit,

Fulgure conspecto, tonitru sonuit vehementer.

Et in aliis,

Juppiter intonuit, fulmen ratibusque trisulcum
Intulit.

CXII. Deos esse, quotquot recte sentiunt, arbitrantur, et inprimis Homerus. Subinde namque deorum meminit, dicens,

Felices superi vitam duxere beatam,
Perpetuam facilemque simul.

Quandoquidem enim immortales sunt, facilem et interitus expertem habent vivendi conditionem, nec opus iis est alimento, quo mortalia opus habent animantia;

Quod sanguine, necnon
Carne vacant, ideoque cibum, nec suavis lacchi
Munera degustant.

CXIII. Porro quum poesis opus haberet diis minime otiosis, eorum ut notionem sensui legentium exponeret, diis corpora attribuit. Quum vero nulla alia corporis forma, præterquam hominis, scientiæ ac orationis capax sit; facta uniuscujusque deorum similitudine, cum ornatu, magnitudine et elegantia simul et hoc subindicavit, quo

(μετὰ τοῦ) εἰς ἀνθρώπων εἶδος ἠκριβωμένα ἰδρῦσθαι, ὑπὲρ τοῦ παρέχειν ὑπόμνησιν καὶ τοῖς ἔλασσον φρονοῦσιν, ὅτι εἰσὶ θεοί.

CXIV. Τούτων δὲ πάντων ἀρχηγὸν καὶ ἡγεμόνα τὸν πρῶτον θεὸν νομιζόντων τῶν ἀρίστων φιλοσόφων ἀσώματον ὄντα, καὶ νοήσει μᾶλλον καταληπτὸν, καὶ Ὅμηρος ταῦτα ὑπολαμβάνων φαίνεται, παρ' ᾧ λέγεται ὁ Ζεὺς

Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·
Ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων·

καὶ αὐτὸς μὲν ὁ Ζεὺς φησιν,

Ὅσσον ἐγὼ περί τ' εἰμὶ θεῶν, περί τ' εἰμ' ἀνθρώπων·

ἡ δὲ Ἀθηνᾶ πρὸς αὐτὸν,

Εὖ νυ καὶ ἡμεῖς ἴδμεν ὅ τοι σθένος οὐκ ἐπιείκτόν.

Εἰ δὲ δεῖ καὶ τοῦτο ζητῆσαι, εἰ νοητὸν ἠπίστατο τὸν θεὸν, οὐκ ἄντικρυς μὲν, ἅτε ἐν ποιήσει πολὺ τὸ μυθῶδες ἐχούσῃ, ὅμως δὲ ἔστι καταμαθεῖν, ἐν οἷς φησιν,

Εὗρεν δ' εὐρύοπα Κρονίδην ἀτερ ἥμενον ἄλλων·

καὶ ἐν οἷς αὐτὸς λέγει,

Ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼ μενέω πτυχὶ Οὐλύμποιο
ἥμενος, ἔνθ' ὁρόων φρένα τέρψομαι·

ἡ γὰρ μόνωσις αὕτη, καὶ τὸ μὴ καταμιγνύειν τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἑαυτὸν, ἀλλὰ χαίρειν ἑαυτῷ συνόντα καὶ χρώμενον ἡσυχίαν ἄγοντι καὶ ἀεὶ διακοσμοῦντι τὰ πάντα, τὴν τοῦ νοητοῦ θεοῦ φύσιν παρίστησιν. Οἶδε δὲ ὅτι νοῦς ἐστιν ὁ θεὸς, ὁ πάντα ἐπιστάμενος, καὶ διέπων τὸ πᾶν· φησὶ [γὰρ] ὁ Ποσειδῶν,

Ἦ μὰν ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος, ἠδ' ἰα πάτρη,
ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει, καὶ πλείονα ἴδει·

καὶ τοῦτο [τὸ] πολλάκις,

Ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε,

τοῦτο σημαίνει ὅτι ἀεὶ διανοεῖται.

CXV. Τῆς δὲ τοῦ θεοῦ [διανοίας] ἔχεται καὶ ἡ Πρόνοια καὶ ἡ Εἱμαρμένη, περὶ ὧν εἴρηνται λόγοι πολλοὶ παρὰ τοῖς φιλοσόφοις· τούτων δὲ πάντων τὰς ἀφορμὰς Ὅμηρος παρέσχε. [Καὶ] τὰ μὲν τῆς προνοίας τῶν θεῶν τί ἂν καὶ λέγοι τις, ὅπου διὰ πάσης τῆς ποιήσεως οὐ μόνον πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων διαλέγονται, ἀλλὰ καὶ καταβάντες ἐπὶ τὴν γῆν τοῖς ἀνθρώποις ὁμιλοῦσιν; ὀλίγα δὲ παραδείγματος ἕνεκα θεασόμεθα, ἐν οἷς ἐστιν ὁ Ζεὺς λέγων πρὸς τὸν ἀδελφὸν,

Ἔγνως, Ἐννοσίγαιε, ἐμὴν ἐνὶ στήθεσι βουλὴν,
ὧν ἕνεκα ξυνάγειρα· μέλουσί μοι ὀλλόμενοί περ·

καὶ ἐν ἄλλοις,

Ὦ πόποι, ἦ φίλον ἄνδρα διωκόμενον περὶ τεῖχος
ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι, ἐμὸν δ' ὀλοφύρεται ἦτορ.

CXVI. Ἔτι δὲ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα καὶ τὸ φιλάνθρωπον ἦθος ἐμφαίνει, εἰπών,

Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην,
ὃς πέρι μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν, πέρι δ' ἱρὰ θεοῖσιν
ἀθανάτοισι δέδωκε, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν;

pacto imagines et statuæ deorum, ad hominum effigiem adeo accurate fabrefactæ, ponerentur, ut et minus prudentibus admonitionem præberent, deos exsistere.

CXIV. Ceterum quando præstantissimi quique philosophorum primarium illum deum, ducem et principem omnium, incorporeum esse et cognitione duntaxat comprehensibilem arbitrentur, Homerus quoque hæc credere videtur, apud quem Juppiter appellatur

Pater hominumque deûmque :

et

Juppiter o pater optime, præses magnificorum.

Imo et ipse Juppiter inquit

Quantum ego dis superis præsto, mortalibus atque.

Minerva denique ad eum,

Nos bene callemus, quam sit tua magna potestas.

Si vero et hoc quærere oportet, an Deum intelligibilem esse sciverit, non diserte quidem (utpote in poesi, quæ multa fabulosa admixta habet), attamen ex iis colligere licet, in quibus ait,

Juppiter omnividens inventus forte seorsum.

Et in quibus ipse ait,

Ast ego parte sedens cœli, delector abunde
Contemplans.

Ista namque solitudo, et quod aliis diis se non conjungeret, sed gauderet quod secum ipse esset, et commodo otio frueretur, ac subinde omnia perornaret, intelligibilis Dei naturam præ se fert. Novit præterea quod Deus mens est, qui cuncta scit, et cuncta gubernat. Neptunus [*imo* de Neptuno] namque inquit,

Est patria, est æquale genus fratrique mihique,
Juppiter at prior est genitus me, pluraque novit.

Atque hoc quod sæpe dicit

ubi rursus alia cogitavit,

ostendit Jovem semper cogitare.

CXV. Ceterum ad Dei mentem Providentia et Fatum pertinet, de quibus philosophi multa verba fecerunt. Horum autem omnium Homerus initia suppeditavit. Ac de providentia quidem deorum quid attinet dicere? quando per omnem poesim non tantum inter sese de hominibus disserunt, verum etiam in terram descendentes, cum hominibus conversantur. Sed pauca exempli gratia contemplemur, in quibus Juppiter ad fratrem inquit,

Scis, Neptune, deos cur nostra palatia cœli
Nunc teneant cunctos : curæ mi sunt pereuntes.

Et in aliis,

Eheu, certe hominem fugientem mœnia circum
Percarum video, pectusque meum cruciatur.

CXVI. Ad hæc regiam deorum dignitatem, et erga humanum genus amorem significat, dicens,

Non ego divini posthac oblitus Ulyssis
Esse queam, qui mente homines præcellit, et aris
Divorum pecudes incendit, pinguia sacra.

ἐν οἷς ὁρᾶν ἐστιν ὅτι ἐπῄνεσε τὸν ἄνδρα, πρῶτον ἐπὶ τῷ νοῦν ἔχειν, δεύτερον δὲ ἐπὶ τῷ σέβειν θεούς.

CXVII. Πῶς δὲ αὐτοῖς τοῖς ἀνθρώποις ὁμιλοῦντας καὶ συμπονοῦντας ποιεῖ τοὺς θεούς, ἐν πολλοῖς ἐστὶ καταμαθεῖν· ὥσπερ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν ποτὲ μὲν τῷ Ἀχιλλεῖ, ἀεὶ δὲ τῷ Ὀδυσσεῖ· καὶ τὸν Ἑρμῆν τῷ Πριάμῳ, καὶ αὖ πάλιν τῷ Ὀδυσσεῖ, καθόλου δὲ ἀεὶ τοὺς θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις παραστατεῖν οἴεται· φησὶ γάρ,

> Καί τε θεοὶ [ξείνοισιν] ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι,
> παντοῖοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι πόληας,
> ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.

CXVIII. Τῆς δὲ προνοίας τῶν θεῶν ἴδιόν ἐστι τὸ βούλεσθαι δικαίως τοὺς ἀνθρώπους βιοῦν· καὶ τοῦτό φησιν ὁ ποιητὴς ἐναργέστατα,

> Οὐ γὰρ σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν,
> ἀλλὰ δίκην τίουσι, καὶ αἴσιμα ἔργ' ἀνθρώπων·

καὶ,

> Ζεὺς ὅστ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ
> οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας.

Ὥσπερ γὰρ τοὺς θεοὺς προνοουμένους τῶν ἀνθρώπων εἰσάγει, οὕτω καὶ τοὺς ἀνθρώπους μεμνημένους αὐτῶν ἐν πάσῃ τύχῃ· καὶ ὁ μὲν εὐημερῶν στρατηγός φησιν,

> Ἕλπομαι, εὐχόμενος Διί τ' ἄλλοισίν τε θεοῖσιν,
> ἐξελάαν ἐνθένδε κύνας κηρεσσιφορήτους·

ὁ δὲ κινδυνεύων,

> Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας Ἀχαιῶν·

καὶ πάλιν, ὁ μὲν κτείνας,

> Ἐπειδὴ τόνδ' ἄνδρα θεοὶ δαμάσασθαι ἔδωκαν·

ὁ δὲ θνήσκων,

> Φράζεο νῦν, μήτοι τι θεῶν μήνιμα γένωμαι.

CXIX. Πόθεν οὖν ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῶν εἰρημένων ἐστὶ τὸ δόγμα ἐκεῖνο τῶν Στωϊκῶν; τὸ δὴ ἕνα μὲν εἶναι τὸν κόσμον, συμπολιτεύεσθαι δὲ ἐν αὐτῷ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους δικαιοσύνης μετέχοντας φύσει. Καὶ γὰρ ὅταν εἴπῃ,

> Ζεὺς δὲ Θέμιστ' ἐκέλευσε θεοὺς ἀγορήνδε καλέσσαι.
> Τίπτ' αὖτ', Ἀργικέραυνε, θεοὺς ἀγορήνδ' ἐκάλεσσας;
> ἢ τι περὶ Τρώων καὶ Ἀχαιῶν μερμηρίζεις;

τί ἄλλο ὑποδείκνυσιν ἢ ὅτι νόμῳ πόλεως ὁ κόσμος διοικεῖται, καὶ προβουλεύονται οἱ θεοὶ, ἐξάρχοντος τοῦ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων πατρός;

CXX. Τὴν δὲ περὶ τῆς Εἱμαρμένης δόξαν δείκνυσιν ἐν ἐκείνοις σαφῶς,

> Μοῖραν δ' οὔ τινα φημὶ πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,
> οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται·

καὶ ἐν οἷς ἄλλοις κρατύνει τὴν δύναμιν τῆς Εἱμαρμένης. Ἡγεῖται μέντοι καὶ αὐτὸς, ὥσπερ καὶ μετ' αὐτὸν οἱ δοκιμώτατοι τῶν φιλοσόφων, Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Θεόφραστος, οὐ πάντα καθ' Εἱμαρμένην παραγίνεσθαι, ἀλλά τι καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι, ὧν ὑπάρχειν μὲν τὸ ἑκούσιον, τούτῳ δέ πως συνάπτειν τὸ

In quibus cernere licet, virum illum primo a mentis prudentia, deinde a pietate erga deos collaudari.

CXVII. Ceterum quo pacto cum illis ipsis hominibus deos conversantes ac collaborantes fingat, in multis est perdiscere : ut quum Minervam aliquando Achilli, semper autem Ulysi; Mercurium autem Priamo et quandoque Ulyssi, atque in universum deos hominibus semper adesse putat; ait namque,

> Di superi ex æquo tractant homines peregrinos,
> Indigenasque simul, visunt et mœnia celsa,
> Justitiam spectant humanam ac impia facta.

CXVIII. Divinæ autem providentiæ peculiare est, velle ut homines juste vivant. Atque istud poeta clarissime inquit,

> Improba facta hominum superi aversantur, honestos
> Eximiosque viros pretio dignantur habere :

et,

> Indignatur iis Saturnius, estque nocivus,
> Qui violenter agunt, jus figunt atque refigunt.

Porro quemadmodum deos hominibus prospicientes, ita et homines istorum memores in quavis fortuna inducit. Atque dux quidem prospere agens inquit,

> Spes me magna tenet, votumque Jovi superisque
> Cunctis nunc facio, pepulere quod inde canes mi;

periclitans vero,

> Juppiter at rogito, servabis ab aere Græcos.

Et rursus is qui interfecerat,

> Quandoquidem hunc hominem domui virtute deorum:

moriens vero,

> Fare age, ne quid ego divorum numina lædam.

CXIX. Unde igitur potius illud Stoicorum placitum, quam ex prædictis ortum habet? hoc dico : unum esse mundum atque in eo et deos et homines, qui natura justitiæ participes sint, rempublicam simul administrare. Etenim quando inquit,

> Diva Themis superos jussu Jovis ante coegit.
> Cur tu rursus eos cogis, qui fulmine splendes?
> Numquid sollicitus de Teucris, numquid Achivis?

quid aliud significat, quam quod mundus civilibus legibus administretur, atque dii præconsultent, præsidente et deorum et hominum satore?

CXX. Ceterum opinionem de Fato in illis ostendit perspicue,

> Fata sun effugiet non quisquam, sive sit ille
> Strenuus, ignavus, quum lucem aspexerit almam.

At inter alia, in quibus Fati potentiam confirmat, ipse quoque arbitratur (sicut et probatissimi philosophorum qui post eum viguerunt, Plato, Aristoteles ac Theophrastus) non omnia fato evenire, sed aliquid etiam in hominibus esse situm, ut quibus libera sit voluntas. Huic autem necessitatem quodammodo conjungi, dum aliquis hoc quod

κατηναγκασμένον, ὅταν τις πράξας ὃ βούλεται, εἰς ὃ μὴ βούλεται ἐμπέσῃ. Καὶ ταῦτα σαφῶς ἐν πολλοῖς δεδήλωκεν, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἑκατέρας τῆς ποιήσεως· ἐν μὲν τῇ Ἰλιάδι λέγων τὴν ὀργὴν τοῦ Ἀχιλλέως αἰτίαν τῆς ἀπωλείας τῶν Ἑλλήνων γενέσθαι, καὶ τότε τὴν Διὸς βούλησιν ἐκτελεσθῆναι· ἐν δὲ τῇ Ὀδυσσείᾳ, τοὺς ἑταίρους τοῦ Ὀδυσσέως διὰ τὴν αὐτῶν ἀβουλίαν ὀλέθρῳ περιπεσεῖν· ἐξήμαρτον γὰρ ἀψάμενοι τῶν ἱερῶν τοῦ Ἡλίου βοῶν, ἐξὸν ἀποσχέσθαι αὐτῶν· καὶ γὰρ ἦν προειρημένον,

Τὰς εἰ μέν κ' ἀσινέας ἰάσῃς, νόστου δὲ μέδῃαι,
καί κεν ἔτ' εἰς Ἰθάκην κακά περ πάσχοντες ἱκοισθε·
εἰ δέ κε σίνῃαι, τότε τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον.

Οὕτως τὸ μὲν μὴ ἀδικῆσαι, ἐπ' αὐτοῖς, τὸ δὲ ἀδικήσαντας ἀπολέσθαι, ἐκ τῆς εἱμαρμένης ἀκόλουθον ἦν.

CXXI. Ἔνεστι δὲ καὶ τὸ ἄλλως συμβαῖνον ἐκ προνοίας διαφυγεῖν, ὅπερ ἐν τούτῳ παρίστησιν,

Ἔνθα δὲ καὶ δύστηνος ὑπὲρ μόρον ὤλετ' Ὀδυσσεύς,
εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·
ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἐπεσσύμενος λάβε πέτρης,
τῆς ἔχετο στενάχων, εἷως μέγα κῦμα παρῆλθεν·

ἐνταῦθα γὰρ ἐκ τοῦ ἐναντίου κινδυνεύων ὑπὸ τύχης ἀπολέσθαι, ἐκ προνοίας ἐσώθη.

CXXII. Καθάπερ δὲ περὶ τῶν θείων πολλοὶ καὶ ποικίλοι [λόγοι] παρὰ φιλοσόφοις, τὰς πλείστας ἀφορμὰς ἐξ Ὁμήρου λαβοῦσιν, οὕτω καὶ περὶ τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων, ὧν πρῶτον περὶ τῆς Ψυχῆς πειρασώμεθα. Τὸ μὲν δὴ τῶν δογμάτων Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος γενναιότατόν ἐστι, τὸ εἶναι τὴν ψυχὴν ἀθάνατον, ᾗ καὶ πτερὰ τῷ λόγῳ προστίθησιν ὁ Πλάτων. Τίς οὖν τοῦτο πρῶτον ἀνεφώνησεν; Ὅμηρος, εἰπὼν ἄλλα τε καὶ ταῦτα,

Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη, ἀϊδόσδε βεβήκει,

εἰς τὸν ἀειδῆ καὶ ἀόρατον, εἴτε ἀέρα θείη τις εἴτε ὑπόγειον, τόπον. Καὶ ἐν μὲν τῇ Ἰλιάδι, ποιῶν τὴν τοῦ Πατρόκλου ψυχὴν ἐφισταμένην κοιμωμένῳ τῷ Ἀχιλλεῖ,

Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Πατροκλῆος δειλοῖο.

Καὶ λόγους αὐτῷ περιτίθησιν, ἐν οἷς καὶ τοῦτο λέγει,

Τῆλέ με εἴργουσι ψυχαί, εἴδωλα καμόντων.

Ἐν δὲ τῇ Ὀδυσσείᾳ δι' ὅλης τῆς Νεκυίας τί ἄλλο ἢ τὰς ψυχὰς δείκνυσι μετὰ θάνατον διαμενούσας, καὶ φθεγγομένας ἅμα τῷ πιεῖν τοῦ αἵματος; καὶ γὰρ τοῦτο ᾔδει, ὅτι τὸ αἷμα νομὴ καὶ τροφή ἐστι τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα ἔστιν αὐτὴ ἡ ψυχὴ, ἢ ὄχημα τῆς ψυχῆς.

CXXIII. Ἐναργέστατα δὲ κἀκεῖνο ἀπέφηνεν, ὅτι τὸν ἄνθρωπον οὐδὲν ἄλλο ἢ τὴν ψυχὴν νομίζει, ἐν οἷς λέγει,

Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο,
χρύσεον σκῆπτρον ἔχων·

ἐπίτηδες γὰρ ἀπὸ τοῦ τῆς ψυχῆς ὀνόματος εἰς τὸ ἀρρενικὸν μετέβαλεν, ἵνα δείξῃ ὅτι ἡ ψυχὴ ἦν ὁ Τειρεσίας. Καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς πάλιν,

cupit, agens, in id quod non vult, incidit. Atque hæc perspicue in multis declaravit, ut in utriusque poematis exordio: in Iliade dicens, *Achillis iram Grajis exitii causam fuisse, atque tum Jovis voluntatem completam esse;* in Odyssea vero, *Ulyssis socios propter propriam temeritatem in perniciem incidisse.* Deliquerant enim, dum sacras Phœbi boves attigerant, quando ab eis abstinere licuisset. Ad hunc enim modum prædictum erat,

Has modo si vaccas dimiseris ire quiete,
Felicem reditum, quamvis jactatus, habebis:
Lædere sin tentes, instat fatum interitusque.

Sic non violare, in ipsis situm, perire autem quum violassent, ex fato consequens erat.

CXXI. Possumus autem et id quod forte accidit, evitare per providentiam, id quod in hoc ostendit,

Hic Laertiades præter fatum perisset,
Cæsa ni Pallas dea suggessisset, utraque
Palma corriperet saxum cupide, idque teneret,
Donec spumosum tumidumque quiesceret æquor.

Istic enim e contrario periclitans, quantum ad fortunam interierat; per providentiam autem servatus est.

CXXII. Quemadmodum vero de divinis rebus multæ et variæ sententiæ sunt apud philosophos, qui pleraque ei rum initia ex Homero acceperunt, sic et de humanis rebus. Primum autem de Anima tradere conabimur. Inter placita sane Pythagoræ et Platonis, celeberrimum est, quod sentiunt animam immortalem esse; unde et alas Plato ei adfinxit. Quis ergo istud primus decrevit? Homerus, qui inter alia et hæc dicit,

Ast anima ex membris volitat Plutonis in ædes,

in obscurum, inquam, et inconspicuum locum, sive quis hunc aereum, sive subterraneum existimet. Atque in Iliade quidem Patrocli animam dormienti Achilli assistere fingit,

Umbra Menœtiadæ visa est mihi adesse miselli.

Sermocinationem quoque ei affingit, in qua inter alia hoc dicit,

Me prohibent alii manes transmittere flumen.

In Odyssea vero quid aliud per totam Necyiam demonstrat, quam quod animæ post mortem superstites sint, et quum de sanguine biberint, loquantur? Norat enim quod sanguis, pastus et cibus sit spiritus, spiritus vero ipsa anima, seu animæ vehiculum.

CXXIII. Evidentissime autem et illud ostendit, quod existimet hominem nihil aliud esse, quam animam, in quibus ait,

Tiresiæ Thebani animus dein venerat ad me,
Aurea sceptra tenens.

De industria namque femininum Animæ nomen, in masculinum ἔχων, id est *habens*, commutavit, ut ostenderet, animam esse ipsum Tiresiam. Et in sequentibus rursus,

Τόνδε μέτ' εἰσενόησα βίην Ἡρακληείην,
εἴδωλον· αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι·

καὶ γὰρ ἐν τούτοις πάλιν ἐδήλωσεν, ὅτι τὸ μὲν εἴδωλον, ὅπερ ἦν ἀποπετασμένον τοῦ σώματος, οὐκέτι τῆς ἐκείνου ὕλης ἐφελκόμενον ἐφαντάζετο· τὸ δὲ καθαρώτατον τῆς ψυχῆς ἀπελθὸν, αὐτὸς ἦν ὁ Ἡρακλῆς.

CXXIV. Ὅθεν κἀκεῖνο δοκεῖ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ εἶναι τὸ σῶμα τρόπον τινὰ τῆς ψυχῆς δεσμωτήριον. Καὶ τοῦτο δὲ Ὅμηρος πρῶτος ἐδήλωσε· τὸ μὲν γὰρ τῶν ζώντων, ἀεὶ δέμας προσαγορεύει, ὡς ἐν τούτοις,

Οὐ δέμας, οὐδὲ φυήν·

καὶ,

Δέμας δ' ἴκτο γυναικί·

καὶ,

Ἤτοι ἐμὴν ἀρετὴν, εἶδός τε δέμας τε·

τὸ δὲ ἀποβεβληκὸς τὴν ψυχὴν, οὐδὲν ἄλλο ἢ σῶμα καλεῖ, ὡς ἐν τούτοις,

Σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν·

καὶ,

Σώματ' ἀκήδεα κεῖται ἐνὶ μεγάροις Ὀδυσῆος·

καὶ,

Σῶμα γὰρ ἐν Κίρκης μεγάρῳ κατελείπομεν ἡμεῖς.

Τὸ γὰρ αὐτὸ, ζῶντος μὲν τοῦ ἀνθρώπου, δεσμὸς ἦν τῆς ψυχῆς· τελευτήσαντος δὲ, ὥσπερεὶ σῆμα καταλείπεται.

CXXV. Τούτῳ δὲ ἕπεται καὶ ἕτερον δόγμα τοῦ Πυθαγόρου, τὸ μεταβαίνειν τὰς ψυχὰς τῶν τελευτησάντων εἰς ἕτερα σωμάτων εἴδη. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο τῆς Ὁμήρου διανοίας ἐκτός ἐστιν· ὁ γὰρ ποιήσας καὶ τὸν Ἕκτορα τοῖς ἵπποις διαλεγόμενον, καὶ τὸν Ἀντίλοχον, καὶ αὐτὸν τὸν Ἀχιλλέα, καὶ μὴ ὅτι διαλεγόμενον, ἀλλὰ καὶ ἀκούοντα, καὶ τὸν κύνα πρὸ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν οἰκείων ἐπιγινώσκοντα τὸν Ὀδυσσέα, τί ἄλλο ἢ τὴν κοινωνίαν τοῦ λόγου καὶ συγγένειαν τῆς ψυχῆς τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων παρίστησι; καὶ οἱ τὰς βοῦς τοῦ Ἡλίου καταφαγόντες, καὶ ἐκ τούτων ὀλέθρῳ περιπεσόντες, ἐλέγχουσιν, ὅτι οὐ μόνον βόες, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἄλλα ζῷα, ὡς τῆς αὐτῆς φύσεως ζωτικῆς μετέχοντα, τιμᾶται ὑπὸ τῶν θεῶν.

CXXVI. Καὶ τὸ μεταβάλλειν δὲ τοὺς ἑταίρους τοῦ Ὀδυσσέως εἰς σύας καὶ τοιαῦτα ζῷα, τοῦτο αἰνίττεται, ὅτι τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων αἱ ψυχαὶ μεταλλάττουσιν εἰς εἴδη σωμάτων θηριωδῶν, ἐμπεσοῦσαι εἰς τὴν τοῦ παντὸς ἐγκύκλιον περιφορὰν, ἣν Κίρκην προσαγορεύει, καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς Ἡλίου παῖδα ὑποτίθεται, οἰκοῦσαν ἐν τῇ Αἰαίῃ νήσῳ· ταύτην δὲ ἀπὸ τοῦ αἰάζειν καὶ ὀδύρεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐπὶ τοῖς θανάτοις κέκληκεν. Ὁ δὲ ἔμφρων ἀνὴρ, αὐτὸς ὁ Ὀδυσσεὺς, οὐκ ἔπαθε τὴν τοιαύτην μεταβολὴν, παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ, τουτέστι τοῦ λόγου, τὸ ἀπαθὲς λαβών· αὐτὸς δὲ οὗτος καὶ εἰς ᾅδου κάτεισιν, ὥσπερ ἐκλύων [καὶ] χωρίζων τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ θεατὴς ψυχῶν τῶν τε ἀγαθῶν καὶ φαύλων γιγνόμενος.

Post hunc Amphitryoniadæ adverti simulacrum,
Ipsus enim in superis agitat convivia læta.

Etenim in his rursus declaravit, simulacrum quod e corpore evolasset, nil amplius ex illius materia attrahens apparere; purissimamque animæ partem quæ excessisset, ipsum fuisse Herculem.

CXXIV. Unde et illud philosophis videtur, corpus animæ quodammodo carcerem esse. Atque hoc Homerus primus explicuit. Siquidem corpus viventium subinde δέμας quod a vinciendo (δέω) nomen habet, nuncupat; ut in istis,

Non corpus, neque naturam.

Et,

Corpore femineo.

Et,

Virtutemque meam, speciemque et corpus.

Ceterum id, quod animam exuit, non aliter quam σῶμα, id est cadaver, appellat, ut in his,

Atque meum Priamo reddas Hecubæque cadaver.

Et,

In regisque jacent inhumata cadavera tectis.

Et,

Ædibus in Circes socii liquere cadaver.

Idem namque corpus, dum viveret homo, animæ vinculum erat; eo autem defuncto, perinde ut monumentum (id est σῆμα) relinquitur.

CXXV. Huic vero et aliud Pythagoræ decretum consentaneum est, quod scilicet *defectorum animæ in alias corporum species transeant.* Id quod nec Homerum latuit. Dum enim Hectorem, Antilochum, et ipsum Achillem equis colloquentes, imo non tantum colloqui, sed etiam auscultare, denique Ulyssem prius a cane, quam ab hominibus, adeoque familiaribus, agnitum finxit; quid aliud quam rationis commercium et animæ cognationem inter homines ac reliqua animantia inducit? Ad hæc qui Solis vaccas devoraverant, et sibi exitium arcessiverant, argumento sunt, quod non tantum boves, verum etiam reliqua animantia, quippe eandem vivendi naturam habentia, a diis in pretio habeantur.

CXXVI. Mutatio autem sociorum Ulyssis in sues et ejusmodi animalia, sub verborum involucro significat quod imprudentium hominum animæ in belluinorum corporum species mutentur, quum in universi orbicularem circumactionem, quam Circen appellat, inciderint. Unde et merito filiam Solis in Ææa insula habitantem ponit, atque hanc ex verbo αἰάζειν, *lamentari*, sic nuncupat, quod homines mortis causa lamententur ac lugeant. At ille ipse prudens vir, ipse Ulysses, istiusmodi mutationem non est passus, quod a Mercurio, id est ratione, immutabilitatem sumpsisset. Is autem ipse etiam ad inferos commeat, veluti solvens ac separans animam a corpore, ideoque animarum cum bonarum, tum pravarum spectator fit.

CXXVII. Αὐτὴν δὲ τὴν ψυχὴν οἱ Στωϊκοὶ ὁρίζονται πνεῦμα συμφυὲς, καὶ ἀναθυμίασιν αἰσθητικὴν, ἀνάπτομένην ἀπὸ τῶν ἐν σώματι ὑγρῶν, Ὁμήρῳ ἀκολουθήσαντες λέγοντι,

Εἰσόκ' ἀὐτμὴ ἐνὶ στήθεσσι μένῃ·

καὶ πάλιν,

Ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς ἠύτε καπνός·

ἐν οἷς τὸ μὲν ζωτικὸν πνεῦμα, ἅτε ἔνικμον, ἀϋτμῇ δηλοῖ, τὸ δὲ κατασβεννύμενον ἤδη καπνῷ ἀπεικάζει. Καὶ αὐτῷ δὲ τῷ τοῦ πνεύματος ὀνόματι κέχρηται ἐπ' αὐτῆς,

Ὡς εἰπὼν, ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν·

καὶ,

Θυμὸν ἀποπνείων·

καὶ,

Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο, καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη·

τουτέστι τὸ πνεῦμα διεσπαρμένον συνελέξατο· καὶ,

Αὖθις δ' ἀμπνύνθη· περὶ δὲ πνοιὴ Βορέαο,
ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν·

τοῦ γὰρ λειποθυμοῦντος τὸ πνεῦμα ῥιπίσασα ἡ ἔξωθεν πνοὴ συμφυὴς οὖσα, ζῶντα αὐτὸν κατέστησε. Συναίρεται δὲ τῷ λόγῳ, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ ἐκτὸς πνεύματος τῷ τῆς ψυχῆς ὀνόματι κέχρηται, εἰπὼν

Ἧκα μάλα ψύξασα·

βούλεται γὰρ εἰπεῖν ἀντιπνεύσασα.

CXXVIII. Πλάτων δὲ καὶ Ἀριστοτέλης τὴν ψυχὴν ἀσώματον εἶναι ἐνόμισαν, ἀεὶ δὲ περὶ σῶμα εἶναι, καὶ τούτου ὥσπερ ὀχήματος δεῖσθαι· διὸ καὶ, ἀπαλλασσομένην τοῦ σώματος, τὸ πνευματικὸν ἐφέλκεσθαι, πολλάκις καθάπερ ἐκμαγεῖον ἣν ἔσχε τῷ σώματι μορφὴν διαφυλάσσουσαν. Οὕτως οὖν καὶ Ὅμηρος οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως εὑρεθήσεται σῶμα τὴν ψυχὴν καλῶν, ἀλλὰ τὸ ἐστερημένον ψυχῆς ἀεὶ τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύει, ὡς καί τινων ἐν τοῖς πρόσθεν ἐμνημονεύσαμεν.

CXXIX. Τῆς δὲ ψυχῆς ἐχούσης, ὡς καὶ τοῖς φιλοσόφοις δοκεῖ, τὸ μὲν λογικὸν, ἐνιδρυμένον τῇ κεφαλῇ, τὸ δὲ ἄλογον· καὶ τούτου, τὸ μὲν θυμικὸν, ἐνοικοῦν τῇ καρδίᾳ, τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν, ἐν τοῖς περὶ τὴν γαστέρα· ἆρ' οὖν οὐ πρότερος Ὅμηρος εἶδε τὴν τούτου διαφορὰν, ὃς ἐποίησεν, ἐπὶ μὲν τοῦ Ἀχιλλέως, τὸν λογισμὸν τῷ θυμῷ μαχόμενον, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ βοπῇ διανοούμενον ἢ ἀμύνεσθαι τὸν λελυπηκότα, ἢ παῦσαι τὸν χόλον;

Ἕως ὃ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν,

τουτέστι τὴν φρόνησιν, καὶ τὴν ἀντικειμένην αὐτῷ θυμικὴν ὀργὴν, ἧς τὴν φρόνησιν ἐπικρατοῦσαν πεποίηκε· τοῦτο γὰρ αὐτῷ ἡ ἐπιφάνεια τῆς Ἀθηνᾶς βούλεται. Καὶ ἐν ἄλλοις δὲ ποιεῖ τὸν λογισμὸν τῷ θυμῷ παραινοῦντα, καὶ ὥσπερ ἄρχοντα τῷ ὑποτεταγμένῳ κελεύοντα,

CXXVII. Ceterum Stoici ipsam Animam definientes esse *spiritum cognatum, et sentientem exhalationem, quæ ex humani corporis humiditate emergat*, Homeri vestigiis insistunt, quum inquit,

Donec pectoribus tener halitus insit.

Et rursus,

Ast animus subter terram ceu fumus abibat.

In quibus vivacem spiritum, utpote humidum, vocat *halitum*; eum autem qui jam extinguitur, *fumo* comparat. Atque illo ipso *spiritus* nomine pro anima usus est,

Fatus ita inspirat vim pastori populorum.

Et,

Animam exspirans.

Et,

Respirans igitur, mentem in præcordia legit:

hoc est, spiritum distractum collegit. Et,

Respirabat, ubi Boreæ flatus veniebat,
Restituens animum, male qui discesserat inde.

Nam externus flatus affinis exsistens, suscitato ejus spiritu, qui animo defecerat, vitæ eum restituit. Hæc sententia confirmatur quoque inde, quod etiam externo spiritui Animæ nomen addit, dicens,

tranquille admodum quando refrigerasset;

nam dicere vult, *quum ex adverso spirasset.*

CXXVIII. Ceterum Plato et Aristoteles animam incorpoream esse putaverunt, semper autem circa corpus versari, atque hoc tanquam vehiculo indigere, propterea quod etiam dum a corpore liberatur, spiritualem materiam secum trahit, eamque sæpe velut imaginem ex corpore expressam servat. Sic et Homerus nusquam in poesi deprehendetur animam *corpus* vocare, sed hoc quod anima privatum est, semper isto nomine appellare, ut et in superioribus quibusdam commemoravimus.

CXXIX. Quum vero Anima, ut et philosophis placet, duas potissimum partes habeat, unam rationalem, quæ capiti insidet, alteram irrationalem, cujus pars quidem animosa, in corde, cupiditas vero in præcordiis sedem habet: an non Homerus hujus rei discrimen videbat, quando in Achille rationem cum iracundia pugnantem finxit, ac in eodem momento deliberantem, num se de eo, qui ipsum tristitia affecerat, ulcisceretur, an iram sedaret?

Hactenus hæc animo volvens ac mente volutans:

hoc est in prudentia, et ei opposita furibunda ira, quam a prudentia superari finxit. Hoc namque ei Minervæ apparitio vult. Præterea etiam in aliis iracundiam per rationem admoneri finxit, atque hanc ceu principem subditæ imperare:

Τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.

Καὶ πολλάκις μὲν τῷ λογισμῷ πείθεται τὸ θυμούμενον, ὡς ἐν τούτοις,

Ὣς ἔφατ', ἐν στήθεσσι καθαπτόμενος φίλον ἦτορ·
τῷ δ' αὖτ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε τετληκυῖα.

Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ λυπούμενον,

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ,
θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλον δαμάσαντες ἀνάγκῃ.

Ἐνίοτε δὲ περιγινόμενον τὸν θυμὸν τοῦ λογισμοῦ παρίστησιν· ὅπερ οὐκ ἐπαινῶν, ἀλλὰ ψέγων φανερός ἐστιν· ὡς ὁ Νέστωρ τῷ Ἀγαμέμνονι τὴν εἰς τὸν Ἀχιλλέα ὕβριν ὀνειδίζων φησίν,

Οὔτι καθ' ἡμέτερόν γε νόον· μάλα γάρ τοι ἔγωγε
πόλλ' ἀπεμυθεόμην· σὺ δὲ σῷ μεγαλήτορι θυμῷ
εἶξας, ἄνδρα φέριστον, ὃν ἀθάνατοί περ ἔτισαν,
ἠτίμησας.

Ὅμοια δὲ τούτοις καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Αἴαντα λέγει,

Πάντα τί μοι κατὰ θυμὸν ἐείσαο μυθήσασθαι·
ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνου
μνήσομαι, ὅς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν.

Οὕτω δὲ καὶ ὑπὸ φόβου ἔστιν ὅτε ὁ λογισμὸς ἐξίσταται· ὅπου Ἕκτωρ μὲν διανοεῖται ὑποστῆναι τὴν πρὸς τὸν Ἀχιλλέα μάχην,

Βέλτερον αὖτ' ἐριδι ξυνελαυνέμεν· ὅττι τάχιστα
εἴδομεν ὁπποτέρῳ κεν Ὀλύμπιος εὖχος ὀρέξῃ·

εἶτ' ἀναχωρεῖ πλησίον γενομένου τοῦ Ἀχιλλέως,

Ἕκτορα δ', ὡς ἐνόησεν, ἕλε τρόμος· οὐδ' ἄρα γ' ἔτλη
αὖθι μένειν· ὄπισω δὲ πύλας λίπε, βῆ δὲ φοβηθείς.

CXXX. Ἔστι δὲ κἀκεῖνο δῆλον, ὅτι τὰ πάθη περὶ τὴν καρδίαν συνίστησιν· ὀργὴν μὲν οὕτως,

Κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει·

λύπην δὲ,

Τέο μέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων
σὴν ἔδεαι κραδίην·

τὸν δὲ φόβον,

Κραδίη δέ μοι ἔξω
στηθέων ἐκθρώσκει· τρομέει δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα.

Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον, ὥσπερ τὸν φόβον, οὕτω καὶ θάρσος περὶ καρδίαν ἀποφαίνει·

Ἐν δὲ σθένος ὦρσεν ἑκάστου
καρδίῃ ἄλληκτον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι.

Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων ἔδοξε τοῖς Στωϊκοῖς τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι περὶ καρδίαν. Τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν ὅπως περὶ γαστέρα, ἐν πολλοῖς [τε] διασαφεῖ, καὶ ἐν τούτοις,

Ἀλλά με γαστὴρ
ὀτρύνει κακόεργος·

καὶ,

Γαστέρα δ' οὔπως ἔστιν ἀποκρύψαι μεμανῖαν.

CXXXI. Καὶ τὰς αἰτίας δὲ τῶν περὶ τὸ θυμικὸν μέρος τῆς ψυχῆς φύσει συμβαινούσας κατεῖδε· τὴν μὲν ὀργὴν, ὑπὸ λύπης ἐγγινομένην, ζέσιν δέ τινα τοῦ αἵμα-

Sustine, namque prius mala plura et sæva tulisti.

Sæpe etiam iracundia rationi obsequitur;

Postquam fatus erat, sua corda in pectore fræuat
Factus erat rursus tolerans, et corde quietus.

Similiter et ægritudo:

Hæc mala mittamus, quamquam sint tristia valde,
Pectoribus læti ponamus mente dolorem.

Nonnunquam vero rationem ab iracundia superari ostendit, id quod non laudare, sed vituperare videtur, ut quum Nestor Agamemnoni contumeliam, qua Achillem affecerat, exprobrans inquit,

Consilio nostro nequaquam; namque ego multis
Dissuasi, sed tu genio indulgere superbo
Malebas, fortemque virum contemnere, magno
Qui superis pretio fuerat, summoque in honore.

His autem similia Achilles quoque Ajaci loquitur,

Omnia vera quidem dixisti, proque decoro,
At cor bile tumet, quando hujus cumque recordor,
Qui me præ cunctis nihili modo fecit Achivis.

Sic etiam est, quando præ timore ratio obstupefit, ut quum Hector secum deliberat, an cum Achille congressurus sit,

Est satius multo ut Pelidæ congrediamur,
Et videamus utrum faciat victoria clarum.

Deinde secedens, ubi Achilles propius accesserat,

Hectora, quum sensit, rapuit metus, ut fugeret mox,
Linqueret ut post se portas, et mœnia Trojæ.

CXXX. Manifestum vero et illud est, quod animi perturbationes circa cor constituat: iram quidem ad hunc modum,

Corque intus latrabat ei.

Ægritudinem vero:

Lugens, atque dolens, laceras cur pectora cara?

Metum vero:

Excideratque mihi cor caro pectore lugens;
Subtus namque tremunt mihi membra celebria quondam.

Porro qua ratione metum, eadem et audaciam juxta cor esse declarat:

In corde citabat
Cujusque hunc animum, Martem decernere ferro.

Ex his locis Stoici collegerunt, rationem tanquam principem in corde sitam esse. Cupiditatem vero circa præcordia habitare, Homerus cum in aliis multis, tum in his perspicuum facit,

Improbus at venter stimulat me:

et,

Nondum avidum ventrem licet occultare volenti.

CXXXI. Præterea et causas eorum, quæ penes animosam animæ partem sunt, a natura contingere, pervidit. Quippe iram ex ægritudine nasci, et sanguinis ac spiritus

τος καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος οὖσαν ἐμφαίνων, ὡς ἐν τούτοις,

Ἀχνύμενος· μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι
πίμπλαντ'· ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐίκτην·

μένος γὰρ τὸ πνεῦμα προσαγορεύειν ἔοικε, τοῦτο δὲ ἐκτείνεσθαι καὶ φλέγεσθαι ἐπὶ τῶν θυμουμένων οἴεται. Πάλιν δὲ αὖ τὸ τῶν φοβουμένων πνεῦμα συγχεόμενον καὶ καταψυχόμενον τὰς φρίκας καὶ τοὺς τρόμους ποιεῖ καὶ τὰς ὠχριάσεις ἐν τοῖς σώμασι· πάντα γὰρ ταῦτα συμβαίνει ὑπὸ ψύξεως· ἡ μὲν ὠχρότης, ὅτι τοῦ θερμοῦ συντρέχοντος εἰς τὰ μέσα, τὸ ἔρευθος ἀπολείπει τὴν ἐπιφάνειαν· ὁ δὲ τρόμος, ὅτι ἐντὸς συνειλούμενον τὸ πνεῦμα ἀράσσει τὸ σῶμα· ἡ δὲ φρίκη, ὅτι πηγνυμένου τοῦ ὑγροῦ αἱ τρίχες πιεζόμεναι ἀνίστανται. Πάντα οὖν ταῦτα σαφῶς σημαίνει Ὅμηρος· φησὶ γὰρ τὸ

Χλωροὶ ὑπαὶ δείους·

καὶ,

Χλωρὸν δέος ἴρει·

καὶ,

Τρομέει [δ'] ὑπὸ φαίδιμα γυῖα·

καὶ,

Ὡς φάτο· σὺν δὲ γέροντι νόος χύτο, δείδιε δ' αἰνῶς·
ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔσταν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσι.

Κατὰ ταῦτα οὖν καὶ τὸ ἐφοβήθη, ῥίγησε λέγει, καὶ τὸν φόβον κρυόεντα προσαγορεύει· ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου, θαλπωρὴν τὸ θάρσος καὶ τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα. Τὰ μὲν οὖν φαῦλα πάθη τοῦτον διαιρεῖται τὸν τρόπον.

CXXXII. Πάλιν δὲ τῶν περὶ Ἀριστοτέλην ἀστεῖα πάθη ἡγουμένων τὴν νέμεσιν καὶ τὸν ἔλεον (τοὺς γὰρ ἀγαθοὺς δάκνεσθαι ἐπὶ τοῖς πλησίον, εἰ παρ' ἀξίαν εὐτυχοῦσιν, ὅπερ νέμεσις καλεῖται, ἢ παρ' ἀξίαν δυστυχοῦσιν, ὃ δὴ λέγεται ἐλεεῖν)· ταῦτα καὶ Ὅμηρος προσήκειν τοῖς ἀγαθοῖς νομίζει, ὅπου καὶ τῷ Διὶ ἀνατίθησιν αὐτά· ποιεῖ γὰρ ἄλλα τε καὶ ταῦτα,

Αἴαντος δ' ἀλέεινε μάχην Τελαμωνιάδαο·
Ζεὺς γάρ οἱ νεμεσᾶθ' ὅτ' ἀμείνονι φωτὶ μάχοιτο.

Καὶ ἐν ἄλλοις πάλιν οἰκτείρει τὸν αὐτὸν τρόπον διωκόμενον περὶ τεῖχος.

CXXXIII. Περὶ δὲ ἀρετῆς καὶ κακίας ψυχῆς ἣν ἔχει δόξαν ὁ ποιητὴς, ἐν πολλοῖς παρίστησιν. Ἐπεὶ γὰρ τὸ μέν τι τῆς ψυχῆς νοερὸν καὶ λογικόν ἐστι, τὸ δὲ, ἄλογον καὶ ἐμπαθὲς, καὶ διὰ τοῦτο μέσος θεοῦ καὶ θηρίου γέγονεν ἄνθρωπος, τὴν μὲν ἄκραν ἀρετὴν, θείαν ἡγεῖται, τὴν δὲ ἄκραν κακίαν, θηριωδίαν· ὡς ὕστερον Ἀριστοτέλης ἐνόμισε. Καὶ ταῦτα ἐμφανίζει ἐν ταῖς ὁμοιώσεσιν· ἀεὶ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ὀνομάζει θεοειδεῖς, καὶ

Διὶ μῆτιν ἀτάλαντον·

τῶν δὲ φαύλων τοὺς μὲν δειλοὺς,

Φυζακίνοῖς ἐλάφοισιν ἐοίκεσαν,

καὶ προβάτοις ἀσημάντοις, καὶ λαγῳοῖς διωκομένοις·

qui in eo est fervorem quendam esse demonstrat, veluti in his,

Ille dolens adeo, ut præcordia sanguine plena,
Utque micent oculi subito velut ignea lampas.

Pro spiritu namque μένος, id est iram, ponere videtur, eumque in irascentibus nasci et incendi existimat. Porro quum is rursus in metuentibus perturbatur ac refrigeratur, horrores, tremores, et pallores in corporibus generat; siquidem omnia ista ex frigore oriuntur. Ac pallor quidem, quando calor in media se confert, ac rubor superficiem deserit: tremor vero, quia dum spiritus intus constringitur, corpus tremefacit: horror, quia concrescente humore, pili, dum premuntur, rigescunt. Omnia igitur istæc Homerus clare significat, quum inquit,

pallidi præ metu.

Et,

pallidus metus corripiebat.

Et,

Membra tremunt mihi, fortia claraque quondam.

Et,

Sic fatus, simul atque seni mens fusa timore
Obstupuit, steteruntque comæ, et vix membra levabat.

Ad eum igitur modum et pro timuit, *friguit* ait, et metum *gelidum* appellat. Contra autem pro audacia et bona spe, confidentiam, quæ Græcis θαλπωρή a calefaciendo seu fervendo dicitur, usurpat. Atque ad hunc modum vitiosos affectus discernit.

CXXXII. Ceterum quum Aristoteles indignationem ac misericordiam pro elegantibus affectibus habeat (dum namque boni viri uruntur, quando alios præter meritum feliciter agere vident, indignatio vocatur; dum autem illis dolet, si quis præter dignitatem infeliciter agat, misericordia dicitur), Homerus quoque istæc ex bonorum virorum officio esse putat, ubi quum hæc, tum alia fingens Jovi attribuit,

At Telamone sato pugnam detrectat inire;
Succensebat ei quoniam Saturnius ipse,
Obvius adverso si se ferret meliori.

Et in aliis rursus eundem circum muros fugatum miseratur.

CXXXIII. Porro quidnam poeta de animi virtute et vitio sentiat, in multis ostendit. Quum enim una illius pars intelligens, et rationalis sit, altera vero rationis expers et affectui obnoxia, atque ob id homo medium quiddam inter Deum et belluam natus sit, summam quidem virtutem, divinam, summum autem vitium, belluinum (ut et Aristoteles post eum) existimat, atque hæc per similitudines declarat. Semper enim bonos viros diis similes, et

Consilio Jove non indignum

appellat. Inter malos vero, timidos dicit

Cervisque fugacibus æquos,

et ovibus custode carentibus, et leporibus fugientibus com-

ἐπὶ δὲ τῶν προπετῶς καὶ ἀνοήτως ὑπὸ ὀργῆς φερομένων φησὶ,

Οὔτ' οὖν πορδάλιος τόσσον μένος, οὔτε λέοντος,
οὔτε συὸς, κάπρου τ' ὀλοόφρονος (οὔ τε μάλιστα
θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι περὶ σθένεϊ βλεμεαίνει),
ὅσσον Πάνθου υἷες ἐϋμμελίαι φρονέουσι·

τοὺς δὲ λυπουμένων ἐμπαθέστερον ὀδυρμοὺς, ἀηδόνων φωναῖς ἀπεικάζει,

[Οἷσί τε] τέκνα
ἀγρόται ἐξείλοντο, πάρος πετεηνὰ γενέσθαι.

CXXXIV. Οἱ μὲν οὖν Στωϊκοὶ τὴν ἀρετὴν τίθενται ἐν τῇ ἀπαθείᾳ, ἐκείνοις ἑπόμενοι, ἐν οἷς πᾶν πάθημα ἀναιρεῖ, λέγων περὶ μὲν λύπης,

Ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν ὅς κε θάνῃσι,
νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἤματι δακρύσαντας·

καὶ,

Τίπτε δεδάκρυσαι Πατρόκλεις ἠΰτε κούρη;

περὶ δὲ ὀργῆς,

Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο·

περὶ δὲ τοῦ φόβου,

Μήτι φόβονδ' ἀγόρευε, ἐπεὶ οὐδ' ἐμὲ πεισέμεν οἴω·

καὶ,

Ὅς δέ κεν ὑμέων
βλήμενος ἠὲ τυπεὶς θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ,
τεθνάτω.

Οὕτως καὶ προκαλούμενοι εἰς μονομαχίαν ἀφόβως ὑπακούουσι, καὶ πλείους ἀνθ' ἑνὸς ἀνίστανται· καὶ ὁ τετρωμένος οὐδὲν ἧσσον ἔχει τὸ θάρσος παραμένον, ὥς που φησὶ,

Νῦν δέ μ' ἐπιγράψας ταρσὸν ποδὸς, εὔχεαι αὔτως.

Καὶ πᾶς ὁ γενναῖος ἀπεικάζεται λέοντι, ἢ κάπρῳ, ἢ χειμάρρῳ, ἢ λαίλαπι.

CXXXV. Οἱ δ' ἐκ τοῦ Περιπάτου τὴν ἀπάθειαν ἀνέφικτον ἀνθρώπῳ νομίζουσι, τὴν δὲ μετριοπάθειαν εἰσάγοντες, τῷ τὴν ὑπερβολὴν τῶν παθῶν ἀναιρεῖν, μεσότητι τὴν ἀρετὴν ὁρίζονται. Καὶ Ὅμηρος ἀεὶ παράγει τοὺς ἀρίστους οὔτε ἀγεννεῖς, οὔτε μὴν ἀφόβους ἢ ἀλύπους παντελῶς, ἐν τῷ μὴ ἄγαν δὲ τοῖς πάθεσι κρατεῖσθαι, τῶν φαύλων διαφέροντας. Φησὶ γὰρ,

Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ,
οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμός·
ἐν δέ τέ οἱ κραδίη μεγάλα στέρνοισι πατάσσει
Κῆρας ὀιομένῳ· πάταγος δέ τε γίνετ' ὀδόντων·
τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὔτ' ἂρ τρέπεται χρὼς, οὔτε τι λίην
ταρβεῖ.

Εὔδηλον γὰρ ὅτι τοῦ ἀγαθοῦ τὸ λίαν φοβεῖσθαι ὀφελῶν, τὸ μέτριον κατέλιπε. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων, λύπης τε καὶ ὀργῆς, χρὴ νοεῖν. Τοιοῦτόν ἐστι κἀκεῖνο,

Τρῶας μὲν τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον,
Ἕκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσεν.

Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, καὶ ὁρῶντες ἔτρεμον· ὁ δ' ἐν τῷ κινδύνῳ καθεστὼς ἀνδρεῖος ὢν, μόνον ἠγωνία. Ὅθεν ἄλλως μὲν ποιεῖ τὸν Δόλωνα καὶ τὸν Λυκάονα φοβουμένους, ἄλλως δὲ τὸν Αἴαντα καὶ τὸν Μενέλαον, ἐντροparat. De iis autem, qui proclive et incogitanter ira efferuntur, ait,

Pardi tanta fuit nunquam, non ira leonis,
Apri, nonque capri fuit unquam perniciosi,
Dum furit, ostentatque suum per pectora robur,
Quanta tenet pueros Panthi, quibus hasta decora.

Impotenter autem tristantium luctus, lusciniæ querelis comparat,

Involucres adimit quum pullos providus auceps.

CXXXIV. Quum igitur Stoici virtutem animi in tranquillitate ponunt, ea sectari videntur, in quibus Homerus omnem affectum tollit, ut quum de ægritudine ait,

Quin sepelitis eum, quem non revocare potestis
Ex Erebo, quamvis lacrimas fundatis acerbas.

Et,

Cur lacrimare, Patrocle miser, ceu mœsta puella?

De ira vero:

Lis utinam sublata foret nobis superisque!

De timore autem:

Ne quid fare metu, si vis suadere potenter.

Et

Ictus percussusque, videns fatumque necemque,
Magnanime occumbat ferro.

Ad hunc modum et ii qui ad singulare certamen provocabantur, intrepide morem gerunt, imo plures pro uno assurgunt: atque vulneratus haud minorem perseverandi confidentiam habet, ut inquit,

Quid jactas, quum planta pedis perstricta sit a te?

Denique omnis generosus comparatur leoni, apro, torrenti, aut turbini.

CXXXV. Porro quum Peripatetici existiment, homini datum non esse a natura, ut perturbationibus vacet, medioque quodam invento, virtutem mediocritate finiant, quæ illarum excessum tollat; Homerus etiam optimos quosque, nec prorsus impotentes, nec intrepidos nec dolore vacantes inducit, ut in hoc a malis differant, quod affectibus non nimium tenentur. Ait enim,

Mutatur color ignavi, mens atque movetur
Sede sua, nutat, nec perstat in ordine certo;
Intus cor crepitat multum, formidine mortis,
Dentes atque crepant, strideuntque timore metuque.
Porro boni color est idem, nec protinus ira
Afficitur valide.

Perspicuum namque est, quod, quum vehementiorem iram bono viro adimat, mediocrem ei relinquat. Idem et de similibus affectibus, dolore videlicet et ira, sentiendum; cujusmodi illud est,

Membra Phrygum subiit vehemens tremor, Hectoris atque
Magnanimum quamvis crepitat cor pectore lato.

Alii namque vel videndo contremiscebant, hic vero quamvis in periculo constitutus, tamen fortis erat, et pugnæ duntaxat initium extimescebat. Unde aliter quidem Dolonem ac Lycaonem sibi timentes fingit, aliter vero Aja-

παλιζομένους καὶ βάδην ὑποχωροῦντας, ὥσπερ ἀπωσμένους σταθμοῦ λέοντας. Ὡσαύτως δὲ καὶ λυπουμένων διαφορὰς ἐπιδείκνυσι, καὶ ἡδομένων ὁμοίως· ὥσπερ ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς, διηγούμενος ὃν τρόπον τοὺς Κύκλωπας ἐξηπάτησεν, ἔφη,

Ἐμὸν δ' ἐγέλασσε φίλον κῆρ.

Οἱ δὲ μνηστῆρες, πεσόντα τὸν πτωχὸν ἰδόντες,

Χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλῳ ἔκθανον.

Φαίνεται δὲ ἐν κατωτέροις ἡ τοῦ μετρίου διαφορά· καὶ ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἐρῶν, καὶ κλαίουσαν ἐπ' αὐτῷ ὁρῶν, φέρει,

Ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἕστασαν, ἠὲ σίδηρος·

τῶν δὲ μνηστήρων τῆς αὐτῆς ἐρώντων, θεασαμένων αὐτὴν

Αὐτὸ γούνατ', ἔρῳ δ' ἄρα θυμὸν ἔθελχθεν,
πάντες δ' ἠρήσαντο παραὶ λεχέεσσι κλιθῆναι.

Τοιαῦτα μέν ἐστι τὰ παρὰ τῷ ποιητῇ περὶ ψυχῆς δυνάμεων καὶ παθῶν.

CXXXVI. Περὶ δὲ ἀγαθῶν καὶ εὐδαιμονίας πολλῶν εἰρημένων παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ μὲν τὴν ἀρετὴν τῆς ψυχῆς μέγιστον εἶναι τῶν ἀγαθῶν, κατὰ πάντας συνέστηκεν· ἀλλ' οἱ μὲν Στωϊκοὶ τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη ἡγοῦνται πρὸς εὐδαιμονίαν, λαβόντες τὸ ἐνδόσιμον ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν τούτων, ἐν οἷς τὸν σοφώτατον καὶ φρονιμώτατον πεποίηκεν ὑπὲρ εὐκλείας πόνου καταφρονοῦντα καὶ ἡδονῆς ὑπερορῶντα· τὸ μὲν πρότερον, οὕτως,

Ἀλλ' οἷον τόδ' ἔρεξε, καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνήρ·
αὐτόν μιν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας,
σπεῖρα κάκ' ἀμφ' ὤμοισι βαλών, οἰκῆϊ ἐοικώς,
ἀνδρῶν δυσμενέων κατέδυ πτόλιν·

τὸ δεύτερον δὲ οὕτως,

Ἣ μέν [μ'] αὐτόθ' ἔρυκε Καλυψὼ, δῖα θεάων.
Ὡς δ' αὕτως Κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισιν
Αἰαίη, δολόεσσα, λιλαιομένη πόσιν εἶναι·
ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπεισεν.

Μάλιστα δὲ ἐν τούτοις τὴν τῆς ἀρετῆς δόξαν συνίστησιν, ἐν οἷς τὸν μὲν Ἀχιλλέα ποιεῖ οὐ μόνον ἀνδρεῖον, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον τὸ εἶδος, καὶ ποδωκέστατον, καὶ εὐγενέστατον, καὶ πατρίδος ἐπιφανοῦς, καὶ ὑπὸ τοῦ μεγίστου τῶν θεῶν βοηθούμενον· τὸν δὲ Ὀδυσσέα, συνετὸν μὲν καὶ καρτερὸν τῇ ψυχῇ, τὰ δὲ ἄλλα οὐχ ὁμοίᾳ τύχῃ κεχρημένον· ἡλικίας τε καὶ ὄψεως οὐκ ἴσης, καὶ γονέων οὐ πάντη ὀνομαστῶν, καὶ πατρίδος ἀδόξου, καὶ ἀπεχθόμενον ἑτέρῳ θεῷ· ὧν οὐδὲν ἐκώλυεν αὐτὸν εἶναι εὐκλεᾶ, τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν κεκτημένον.

CXXXVII. Οἱ δ' ἐκ τοῦ Περιπάτου πρωτεύειν μὲν τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ νομίζουσιν, οἷον φρόνησιν, ἀνδρείαν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην· δεύτερα δὲ εἶναι τὰ τοῦ σώματος, οἷον ὑγίειαν, ἰσχὺν, κάλλος, τάχος· τρίτα δὲ τὰ ἐκτὸς, οἷον εὐδοξίαν, εὐγένειαν, πλοῦτον· ἐπαινετὸν μὲν γὰρ εἶναι καὶ θαυμαστὸν τὸ ἐν ἀλγηδόσι καὶ νόσῳ καὶ ἀπορίᾳ καὶ συμφοραῖς ἀβουλήτοις χρῆ-

cem et Menelaum convertere se sensim, ac se pedetentim subducere, perinde ut leones, qui a stabulo repulsi sunt. Eodem modo et dolentium discrimina commonstrat, et delectantium similiter. Sic Ulysses commemorans quo pacto Cyclopibus imposuerit, ait,

Corde sinuque meo risi, dum talia dicunt.

Proci vero conspecto mendico humi prostrato,

Applaudunt manibus, risuque fere emoriuntur.

Porro et in inferioribus (amatoriis?) rebus mediocritatis differentia apparet, ut dum Ulysses, tametsi uxorem suam diligeret, atque eam propter ipsum plorantem videret, nihilominus tamen se continet,

Lumina constiterant ceu cornea, sive uti ferrum.

Procorum autem, qui eandem amabant, ubi spectaverant,

Genua labascunt, mulcenturque cupidine cæco:
Conjuge Penelope cupit atque potirier omnis.

Hujusmodi quidem apud poetam sunt de Animæ viribus et affectibus.

CXXXVI. Ceterum quamvis multa a philosophis de bonorum finibus et felicitate sint dicta; tamen de hoc inter omnes convenit, quod animæ virtus bonorum sit maximum. At Stoici virtutem per sese ad felicitatem sufficere putant, ansa nimirum ex Homericis illis sumpta, in quibus sapientissimum et prudentissimum heroum Ulyssem, gloriæ causa laboris patientem, ac voluptatis continentem finxit. Ac de priori quidem sic,

Quam bene se gessit fortis vir sustinuitque,
Ipsum verberibus domuit plagisque cruentis,
Inque humeros vili injecta quum forte lacerna,
Urbem inimicorum ingreditur, servo assimulatus.

De posteriori autem ad hunc modum:

Atque ibi me tenuit tristem divina Calypso.
Sic itidem Circæ retinebar in ædibus altis,
Conjugii tædas cuperet dum, meque maritum;
Ast animum potuit nequaquam flectere nostrum.

Quid autem de virtute sentiat, ex his intelligere possumus, in quibus Achillem non solum fortem facit, verum etiam pulcherrima forma, pedibus pernicissimis, generosissimum, ex illustri patria oriundum, denique cui deorum maximus opem ferret: Ulyssem vero prudentem, et animo tolerantem, at in reliquis non admodum fortunatum, propterea quod ipsius statura et vultus reliquis dotibus non responderet, et quod haud ex illustribus parentibus, et patria obscura ortus esset, denique quod deum post Jovem secundum, infensum haberet. Quæ tamen omnia eum nihil prohibebant quominus propter animi virtutem, nominis celebritatem assequeretur.

CXXXVII. Ceterum Peripatetici Animæ bonis, ut sunt prudentia, fortitudo, temperantia, justitia, primas tribuunt: corporis autem bonis, ut est salubritas, robur, pulchritudo, celeritas, secundas; externis denique, ut est bona existimatio, nobilitas, et opulentia, tertias. Laudo namque et admiratione dignum existimant, si quis virtutis præsidio munitus doloribus, morbis, egestati, cala-

σθαι τῇ ἀρετῇ τῆς ψυχῆς ἀντεχούσης τοῖς κακοῖς, οὐ μέντοι αἱρετὸν, οὐδὲ μακάριον· τὸ δ' ἐν ἀγαθοῖς νοῦν ἔχειν, τῷ ὄντι εὔδαιμον· οὐδὲ γὰρ τὴν κτῆσιν μόνην τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν χρῆσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν εἶναι καλόν. Ταῦτα δὴ καὶ Ὅμηρος δείκνυσιν ἄντικρυς· τοὺς μὲν γὰρ θεοὺς ἀεὶ ποιεῖ

Δοτῆρας ἐάων,

τουτέστι τῶν ἀγαθῶν, ἃ καὶ εὔχονται οἱ ἄνθρωποι παρέχειν αὐτοῖς τοὺς θεοὺς, οὐκ ἀνωφελῆ δηλονότι ὄντα αὐτοῖς, οὐδὲ ἀδιάφορα, ἀλλὰ πρὸς εὐδαιμονίαν χρήσιμα.

CXXXVIII. Τίνα οὖν ἐστι τὰ ἀγαθὰ ὧν ἐφίενται οἱ ἄνθρωποι, καὶ δι' ἃ μακαρίζονται, ἐν πολλοῖς διασαφεῖ, ἅμα μὲν πάντα ἐπὶ τοῦ Ἑρμοῦ,

Οἷος δὴ σὺ δέμας καὶ εἶδος ἀγητὸς,
πέπνυσαι δὲ νόῳ, μακάρων δ' ἐξ ἐσσι τοκήων·

μαρτυροῖ γὰρ αὐτῷ κάλλος σώματος, καὶ φρόνησιν, καὶ εὐγένειαν. Τὰ δὲ κατὰ μέρος,

Τῷ δὲ θεοὶ κάλλος τε καὶ ἡνορέην ἐρατεινὴν
ὤπασσαν,
καὶ θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων·

δῶρον γάρ ἐστι καὶ τοῦτο τοῦ θεοῦ·

Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον Ὀλύμπιος ἀνθρώποισι,

CXXXIX. Ποτὲ δὲ καὶ τὴν τιμὴν ἡγεῖται καλόν·

Τιοίμην δ' ὡς τίεν' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων·

ποτὲ δὲ τὴν εὐπαιδίαν,

Ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι·

ποτὲ δὲ τὴν τῶν οἰκείων ἀπόλαυσιν,

Πέμπετέ με σπείσαντες ἀπήμονα· χαίρετε δ' αὐτοί.
Ἤδη γὰρ τετέλεσται ἃ μοι φίλος ἤθελε θυμός,
πομπὴ καὶ φίλα δῶρα, τά μοι θεοὶ οὐρανίωνες
ὄλβια ποιήσειαν· ἀμύμονα δ' οἶκοι ἀκοιτιν
νοστήσας εὕροιμι σὺν ἀρτεμέεσσι φίλοισιν.
Ὑμεῖς δ' αὖθι μένοντες εὐφραίνοιτε γυναῖκας
κουριδίας καὶ τέκνα· θεοὶ δ' ἀρετὴν ὀπάσειαν
παντοίην, καὶ μή τι κακὸν μεταδήμιον εἴη.

CXL. Ὅτι δὲ ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συγκρίσει, τοῦ πλούτου κρεῖσσόν ἐστιν αὐτὸ τὸ δύνασθαι, δηλοῖ διὰ τούτων,

Ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων, πόλεμόνδ' ἴεν ἠΰτε κούρη,
νήπιος, οὐδέ τι οἱ τόδ' ἐπήρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον·

καὶ,

Ὡς οὔ τοι χαίρων τοῖσδε κτεάτεσσιν ἀνάσσω.

Καὶ ὅτι τὸ φρονεῖν τοῦ καλοῦ εἶδους ἄμεινον,

Ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνήρ·
ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει.

CXLI. Δῆλον μὲν οὖν ὅτι καὶ τὰ περὶ σῶμα καὶ τὰ ἐκτὸς εὐτυχούμενα, ἀγαθὸν νομίζει· ὅτι δ' ἄνευ τούτων οὐκ ἔστιν αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ μόνη πρὸς εὐδαιμονίαν, ἐν ἐκείνοις παρίστησι· δύο γὰρ ἄνδρας εἰς τέλος ἀρετῆς ἥκοντας ὑποθέμενος, τὸν Νέστορα καὶ τὸν Ὀδυσσέα, καὶ τῶν μὲν ἄλλων διαφέροντας, ἀλλήλοις

mitatibus, aliisque malis resistat, at nec optabile, neque beatum. Si quis autem bonis sapienter fruatur, eum revera beatum existimant. Neque enim solam virtutis possessionem, verum etiam usum et efficaciam esse bonum quiddam. Quæ sane et Homerus perspicue ostendit. Subinde namque deos

bonorum datores

fingit, quæ et homines sibi a diis præstari (utpote ipsis haud inutilia, neque indifferentia, sed ad felicitatem utilia) exoptant.

CXXXVIII. Quænam ergo bona ab hominibus expetantur, et ob quæ beati vocentur, in multis declarat; in Mercurio quidem simul universa fuisse;

Corporis admiranda tua est species, sapis atque
Mente simul, satus est majorum stemmate claro.

Testimonium namque ei de corporis pulchritudine, prudentia, et generositate perhibet. Singulatim vero ea memorat,

Huic superi formam dederant, et fortis ut esset:

Et,

Magnificas et opes dederat Saturnius almus;

donum enim et hoc dei est:

Juppiter ipsus opes tribuit mortalibus illas.

CXXXIX. Nonnunquam vero et honorem inter bona recenset;

O utinam colerer, colitur ceu Pallas, Apollo.

Nonnunquam vero prolis felicitatem;

Estque bonum pueros moriendo relinquere justos.

Aliquando autem, si quis familiaribus suis fruatur:

Vos libate diis, genio indulgete frequenter,
Hospitem abire sinatis, ob id quod cuncta supersunt,
Quæ mens nostra cupit, deductio, caraque dona:
Quæ mihi fortunent superi precor, obsecro cuncti;
Utque domi inveniam salvos cum conjuge amicos.
Vos itidem teneras uxores atque puellos
Delectate domi, precor autem, di superi ut dent
Vobis cuncta bona, ut mala nec vos publica vexent.

CXL. Quod vero in bonorum comparatione, vires divitiis præstent, in his declarat,

Dives erat, sed enim bellator ceu timibunda
Virgo fuit, stulte his fidens, quæ causa necis sunt.

Et,

Gaudia nulla ferunt mi quamvis prædia lata.

Denique quod prudentia egregiæ formæ anteceilat,

Inferior forma est alius vir, sed deus istam
Eloquio suavi decorat.

CXLI. Ex prædictis ergo apparet, Homerum et corporis et fortunæ dotes inter bona recensere. Quod autem sine his virtus ipsa per se ad felicitatem non sufficiat, in illis declarat, in quibus duos viros ad virtutis summum contendentes ponens, Nestorem et Ulyssem, ab aliis quidem hominibus differentes finxit, inter sese autem, quantum ad

δὲ ὁμοίους φρονήσει καὶ ἀνδρείᾳ καὶ λόγων δυνάμει, οὐκέτι ὁμοίους ἐν ταῖς τύχαις πεποίηκεν, ἀλλὰ τῷ μὲν Νέστορι τοὺς θεοὺς

Ὄλβον ἐπικλῶσαι γαμέοντί τε γεινομένῳ τε·
αὐτὸν μὲν λιπαρῶς γηρασκέμεν ἐν μεγάροισιν,
υἱέας αὖ πινυτούς τε καὶ ἐγχεσιν εἶναι ἀρίστους·

τὸν δὲ Ὀδυσσέα, καίπερ ἐπητὴν ὄντα καὶ ἀγχίνοον καὶ ἐχέφρονα, ἀποκαλεῖ δύστηνον πολλάκις. Καὶ γὰρ τὸν μὲν ἐς τὴν ἀνακομιδὴν πλεῦσαι ταχέως καὶ ἀσφαλῶς· τὸν δὲ πλανηθῆναι χρόνῳ πολλῷ, καὶ πόνους καὶ κινδύνους ὑπομένειν ἀεὶ μυρίους. Οὕτως αἱρετὸν καὶ μακάριόν ἐστιν, ὅταν τῇ ἀρετῇ συναιρομένη καὶ μὴ ἀντιπράττουσα ἡ τύχη παρῇ.

CXLII. Πῶς δὲ ἡ κτῆσις τῆς ἀρετῆς οὐδέν ἐστ' ὄφελος ἂν μὴ καὶ ἐνεργῇ, φανερὸν ἐκ τούτων, ὅπου ὁ μὲν Πάτροκλος ἐπιπλήσσων τῷ Ἀχιλλεῖ, λέγει,

Αἰναρέτη, τί σευ ἄλλος ὀνήσεται ὀψίγονός περ,
αἴ κε μὴ Ἀργείοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμύνῃς;

οὕτω γὰρ προσεῖπε τὸν τῇ ἀπραξίᾳ ἀνωφελῆ ποιοῦντα τὴν ἀρετήν. Ὁ δ' Ἀχιλλεὺς τὴν ἀπραξίαν ταύτην ὀδυρόμενός φησιν,

Ἀλλ' ἦμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης,
τοῖος ἐὼν οἷος οὔτις Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων·

ἄχθεται γὰρ ὅτι τὴν ἀρετὴν κεκτημένος, οὐ κέχρηται αὐτῇ, ἀλλὰ μηνίων τοῖς Ἀχαιοῖς,

Οὔτε ποτ' εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν,
[οὔτε ποτ' ἐς πόλεμόν γ',] ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ,
αὖθι μένων· ποθέεσκε δ' ἀϋτὴν τε πτόλεμόν τε·

καὶ γὰρ οὕτως ὁ Φοίνιξ ἐπαίδευε,

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων·

ὅθεν καὶ τεθνεὼς ἄχθεται τῇ ἀπραξίᾳ, λέγων,

Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,
ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν·

καὶ ἐπιφέρει τὴν αἰτίαν,

Οὐ γὰρ ἐγὼν ἐπαρωγὸς ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο
τοῖος ἐὼν οἷός ποτ' ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ.

CXLIII. Ἔτι τοίνυν οἱ Στωϊκοὶ φίλους θεῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἀποφαίνοντες, παρ' Ὁμήρου καὶ τοῦτο ἔλαβον, λέγοντος ἐπὶ τοῦ Ἀμφιαράου,

Ὃν πέρι κῆρι φίλει Ζεὺς αἰγίοχος καὶ Ἀπόλλων·

καὶ ἐπὶ τοῦ Ὀδυσσέως,

Χαῖρε δ' Ἀθηναίη πεπνυμένῳ ἀνδρὶ δικαίῳ.

CXLIV. Ἔστι δὲ τῶν αὐτῶν φιλοσόφων δόγμα καὶ τὸ διδακτὴν εἶναι τὴν ἀρετήν, ἔχουσαν μὲν ἀρχὴν τὴν εὐγένειαν· ὃ καὶ Ὅμηρός φησι,

Τοίου γὰρ [καὶ] πατρὸς, ὃ καὶ πεπνυμένα βάζεις·

ὑπὸ δὲ παιδείας εἰς τὸ τέλειον προαγομένην. Ἔστι γὰρ ἀρετὴ ἐπιστήμη τοῦ ὀρθῶς βιοῦν, τουτέστιν, ὧν τοὺς εὖ βιωσομένους πράσσειν προσήκει. Καὶ ταῦτα οὖν ἐστι παρ' Ὁμήρῳ· λέγει γὰρ,

prudentiam, fortitudinem, et dicendi facultatem attinet, similes, in fortunæ autem dotibus non itidem, propterea quod dii Nestorem abunde felicem reddiderant, sive dum nasceretur, sive in conjugio versaretur, quodque illi dederant summa cum opulentia magnificis in ædibus senescere, denique

Quod juvenes illi sapidos, belloque feroces.

Ulyssem vero, quamquam consultus, solers ac prudens esset, infelicem sæpenumero appellat. Et hoc ideo, quod ille celeri et tuta in reditu navigatione, hic vero diuturnis erroribus, laboribus et periculis innumeris exantlatis, tandem in patriam redierit. Adeo optabile ac beatum est, si quando fortuna virtuti auxilio, non obstaculo fuerit.

CXLII. Ceterum quo pacto virtutis possessio nihil prosit, nisi et agendo efficax sit, ex his patet, in quibus Patroclus Achillem objurgando ait, eum virtute sua aliis perniciem arcessere:

Quem fructum ex virtute tua cepisse minores
Dicent, quum Danais non tanta pericula pulses?

Sic enim eum alloquitur, qui virtutem inertia sua inutilem reddebat. Ipse quoque Achilles hanc inertiam deplorans ait,

Sed sedeo ad naves, telluris inutile pondus,
Militibus præstem Danais quamquam ducibusque.

Dolet enim quod virtute præditus, ea non esset usus, sed Græcis indignando,

Concilium clarum nunquam decoraret Achivûm;
Atque manens inibi, cor dilectum maceraret,
Prælia iniqua precans Danais, sævumque tumultum.

Phœnix namque ad hunc modum illum erudierat,

Ut bene dicendi gnarus fieret, bene agendi.

Unde et vita functus, inertia illa offenditur, dicens,

Maluerim quamvis nihili servire colono,
Cui tenuis victus, quam Manibus hisce præesse.

Et causam subjungit,

Sole carens etenim nunc, non sum talis, ut olim,
Mœnia dum Trojæ vastaret Achiva juventus.

CXLIII. Præterea Stoici dicentes, *bonos viros diis amicos esse,* ab Homero id quoque mutuati sunt, qui super Amphiarao inquit,

Juppiter ex animo hunc dilexit, Apolloque Phœbus.

Et de Ulysse,

Gaudebatque Minerva viro justo, sapienti.

CXLIV. Est autem eorundem philosophorum et hoc placitum, *virtutem doceri posse*, quippe quæ pro initio generositatem habeat (quod et Homerus sensit, dum inquit,

Est talis genitor tibi; nam prudentia dicis),

et per disciplinas ad summum deducatur. Rectæ namque vitæ scientia est virtus, hoc est, ea faciendi quæ recte victuros decent. Hæc igitur apud Homerum quoque sunt; dicit

Νήπιον, οὔπω εἰδόθ' ὁμοίου πολέμοιο,
οὐδ' ἀγορέων·

καὶ ἐν ἄλλοις,

Οὐδέ με θυμὸς ἄνωγεν, ἐπεὶ μάθον ἔμμεναι ἐσθλός·

καὶ ὁ Φοίνιξ φησὶν ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλέως,

Τοὔνεκά με προέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα,
μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

Ἐπεὶ γὰρ ὁ βίος ἐκ πράξεων καὶ λόγων συνέστηκε, τούτων φησὶ διδάσκαλον ἑαυτὸν τοῦ νεανίσκου γεγονέναι. Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων δῆλον ὅτι πᾶσαν ἀρετὴν ἀποφαίνει διδακτήν. Οὕτω μὲν οὖν πρῶτος Ὅμηρος ἔν τε ἠθικοῖς καὶ φυσικοῖς φιλοσοφεῖ.

CXLV. Ἔχεται δὲ τῆς αὐτῆς θεωρίας καὶ Ἀριθμητικὴ, καὶ Μουσικὴ, ἃς καὶ Πυθαγόρας διαφερόντως ἐτίμησεν. Ἴδωμεν οὖν εἰ καὶ τούτων ἐστὶ παρὰ τῷ ποιητῇ λόγος. Ἀλλὰ μὴν πλεῖστος· ὀλίγα δὲ ἐκ πολλῶν παρατεθέντα ἐξαρκέσει. Ὁ γὰρ Πυθαγόρας τοὺς ἀριθμοὺς μεγίστην δύναμιν ἔχειν ἡγούμενος, καὶ πάντα εἰς ἀριθμοὺς ἀναφέρων, τῶν τε ἄστρων τὰς περιόδους, καὶ τῶν ζῴων τὰς γενέσεις, δύο τὰς ἀνωτάτω ἀρχὰς ἐλάμβανε, τὴν μὲν ὡρισμένην, μονάδα, τὴν δὲ ἀόριστον, δυάδα καλῶν· τὴν μὲν, ἀγαθῶν, τὴν δὲ, κακῶν οὖσαν ἀρχήν. Ἡ μὲν γὰρ τῆς μονάδος φύσις ἐγγενομένη τῷ μὲν περιέχοντι εὐκρασίαν, ψυχαῖς δὲ ἀρετὴν, σώμασι δὲ ὑγίειαν, πόλεσι δὲ καὶ οἴκοις εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν παρέσχε· πᾶν γὰρ ἀγαθὸν, συμφωνίας οἰκεῖόν ἐστιν. Ἡ δὲ τῆς δυάδος πᾶν τοὐναντίον, ἀέρι χειμῶνα, ψυχαῖς κακίαν, σώμασι νόσους, πόλεσι δὲ καὶ οἰκίαις στάσεις καὶ ἔχθρας ἐγέννησε· πᾶν γὰρ κακὸν ἐκ διαστάσεως καὶ διαφορᾶς γίνεται. Ὅθεν καὶ τῶν ἐφεξῆς ἀριθμῶν τὸν μὲν ἄρτιον, ἐνδεᾶ καὶ ἀτελῆ· τὸν δὲ περισσὸν, πλήρη τε καὶ τέλειον ἀπέφηνεν, ὅτι μιγνύμενός τε πρὸς τὸν ἄρτιον, ἀεὶ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν διασώζει, τοῦ περισσοῦ καὶ ἐν τούτοις ἐπικρατοῦντος· ἑαυτῷ τε συντιθέμενος γεννᾷ τὸν ἄρτιον· γόνιμος γάρ ἐστι, καὶ ἔχει δύναμιν ἀρχῆς, καὶ διαίρεσιν οὐκ ἐπιδέχεται, ἀεὶ τῆς μονάδος ἐν αὐτῷ περιούσης. Ὁ δὲ ἄρτιος οὔτε γεννᾷ ποτὲ τὸν περισσὸν, συντιθέμενος ἑαυτῷ, οὔτε ἐστὶν ἀδιαίρετος. Καὶ Ὅμηρος τοίνυν τήν τε τοῦ ἑνὸς φύσιν ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μοίρᾳ, καὶ τὴν τῆς δυάδος ἐν τῇ ἐναντίᾳ τιθεὶς φαίνεται πολλάκις, ἐνηέα τὸν ἀγαθὸν λέγων πολλάκις, καὶ ἐνείην τὴν τοιαύτην διάθεσιν· δύην δὲ, τὴν κάκωσιν· καὶ ὅτι,

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω·

καὶ,

Μήτ' ἐν πολέμοις δίχα βάζειν, μηδ' ἐνὶ βουλῇ,
ἀλλ' ἓν' ἔχοντε νόον, καὶ ἐπίφρονα βουλήν.

Ἀεὶ δὲ τῷ περισσῷ ἀριθμῷ χρῆται ὡς κρείσσονι· καὶ γὰρ τὸν σύμπαντα κόσμον πέντε μοίρας ἔχοντα ποιῶν, τὰς τρεῖς τούτων οὔσας μέσας διαιρεῖ,

Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς.

Διὸ καὶ Ἀριστοτέλης πέντε εἶναι τὰ στοιχεῖα ἐνόμισεν, ὡς τοῦ περισσοῦ καὶ τελείου ἐν παντὶ τὸ κράτος ἔχον-

Dum puer ignarus lingnæ, bellique cruenti.

Et in aliis,

Nec mi cor suasit, didici quoniam bonus esse.

Et Phœnix de Achille inquit,

Idcirco præmissus eram, hæc ut cuncta docerem,
Ut bene dicendi gnarus fieres, bene agendi.

Nam quum vita et ex dictis et ex factis constet, ideo se præceptorem adolescentis in illis fuisse ait. Atque ita ex jam dictis nimirum patet, quod quamlibet virtutem doceri posse ostendat. Ad hunc igitur modum Homerus quum in Moralibus, tum in Naturalibus, philosophatur.

CXLV. Ceterum eidem contemplationi proximæ sunt Arithmetica et Musica, quas et Pythagoras præ aliis coluit. Videamus ergo num et harum mentio apud poetam sit? Imo vero plurima est. Pauca autem ex multis exemplis adducta sufficient. Quum itaque Pythagoras existimaret, numeros maximam vim obtinere, omniaque ad numeros referret, quum siderum meatus, tum animantium generationes; duo suprema principia ponebat, unum finitum, quod *unitatem*, alterum infinitum, quod *dualitatem* appellabat; ita ut illa bonorum, hæc autem malorum initium esset. Unitatis enim natura cœlo, quod omnia complectitur, insita, temperiem, animis virtutem, corporibus sanitatem, urbibus et domibus pacem et concordiam suppeditat. Quidquid enim bonum est, cum concordia familiaritatem habet. Dualitatis omnia contraria sunt: æri namque tempestatem, animabus vitiositatem, corporibus morbos, urbibus et domibus seditiones et inimicitias procreat. Omne namque malum ex discordia et dissidio nascitur. Unde et quemvis parium numerorum inopem et imperfectum, imparem vero et plenum et absolutum demonstrat, propterea quod dum pari miscetur, subinde vim suam obtinet. Neque in hac solum parte superior est impar, verum etiam sibi additus, parem numerum generat. Fœcundus namque est, originis suæ vim retinet, ac divisionem non recipit, unitate semper in ipso excellente. Par autem sibi additus, imparem nec producit, nec indivisibilis est. Ergo et Homerus unitatis naturam in boni conditione, ac dualitatis in mali, ponere videtur, quando sæpe bonum virum ἐνηέα, *mansuetum*, et mansuetudinem ita ab unitate, τοῦ ἑνός, appellat, afflictionem vero δύην a dualitate, quum inquit,

Convenit haud multos regnare, sed unus erit rex.

Et,

Bifariam bello, nec pace loquantur Achivi,
Una sed his sit mens, ac consultent sapienter.

Subinde autem impari numero, tanquam præstantiore, utitur. Etenim totum mundum quinque partibus constare fingens, tres harum medio exsistentes dividit,

Tripliciter sunt secta, data et sua portio cuique.

Eam ob causam Aristoteles quinque elementa posuit, utpote impari ac perfecto numero ubique dominante. Præ-

τος. Καὶ τοῖς μὲν οὐρανίοις δαίμοσι τὰ περισσὰ ἀπονέμει· ὅ, τε γὰρ Νέστωρ τῷ Ποσειδῶνι θύει ἐννεάκις ἐννέα ταύρους· καὶ τὸν Ὀδυσσέα θύειν κελεύει ὁ Τειρεσίας

Ἀρνειὸν, ταῦρόν τε, συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον·

ὁ δὲ Ἀχιλλεὺς τῷ Πατρόκλῳ ἐναγίζει πάντα ἄρτια, ἵππους μὲν τέσσαρας,

Δώδεκα δὲ Τρώων μεγαθύμων υἱέας ἐσθλούς·

καὶ ἐννέα κυνῶν ὄντων, τοὺς δύο ἐμβάλλει τῇ πυρᾷ, ἵνα τοὺς ἑπτὰ ἑαυτῷ ἀπολίπηται. Καὶ ἐν πολλοῖς τῷ τῶν τριῶν, καὶ πέντε, καὶ ἑπτὰ ἀριθμῷ χρῆται· μάλιστα δὲ τῷ τῶν ἐννέα,

Ὣς νείκεσσ' ὁ γέρων· τοὶ δ' ἐννέα πάντες ἀνέσταν·

καὶ,

Ἐννέωροι γὰρ τοί γε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
εὖρος· ἀτὰρ μῆκός τ' ἐγενέσθην ἐννεόργυιοι·

καὶ,

Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο·

καὶ,

Ἐννῆμαρ ξείνισσε, καὶ ἐννέα βοῦς ἱέρευσε.

Τί δήποτ' οὖν ἐστιν ὁ τῶν ἐννέα ἀριθμὸς τελειότατος; ὅτι ἐστὶν ἀπὸ τοῦ πρώτου περισσοῦ τετράγωνος, καὶ περισσάκις περισσὸς, εἰς τρεῖς διαιρούμενος τριάδας· ὧν ἑκάστη πάλιν εἰς τρεῖς μονάδας διαιρεῖται.

CXLVI. Οὐ μόνον δὲ τὴν δύναμιν τῶν ἀριθμῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν λογιστικὴν μέθοδον ὑπέδειξεν, ἐν μὲν τῷ καταλόγῳ ποιήσας,

Τῶν μὲν πεντήκοντα νέες κίον· ἐν δὲ ἑκάστῃ
κοῦροι Βοιωτῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι βαῖνον·

καὶ πάλιν,

Πεντήκοντ' ἔσαν ἄνδρες.

Ἐξ ὧν λογίζεσθαι πάρεστιν, ὅτι τῶν νεῶν πασῶν οὐσῶν ἐγγὺς χιλίων διακοσίων, καὶ ἐχουσῶν ἑκάστης ἑκατὸν ἀνδρῶν, ὁ σύμπας ἀριθμὸς δώδεκά που μυριάδων γίνεται. Πάλιν δὲ ἐπὶ τῶν Τρώων φήσας,

Χίλι' ἄρ' ἐν πεδίῳ πυρὰ καίετο· πὰρ δὲ ἑκάστῳ
εἵατο πεντήκοντα,

παρέχει λογίζεσθαι, ὅτι ἦσαν πεντάκις μύριοι, ἄνευ τῶν συμμάχων.

CXLVII. Τὴν δὲ Μουσικὴν, οἰκειοτάτην οὖσαν τῇ ψυχῇ, καθότι ἐστὶν ἁρμονία κεκραμένη ἐκ διαφόρων ἀρχῶν, καὶ τοῖς μέλεσι καὶ ῥυθμοῖς τό, τε ἐκλελυμένον αὐτῆς ἐπιτείνουσαν, καὶ τὸ σφοδρὸν ἀνιεῖσαν, οἵ τε Πυθαγορικοὶ διὰ σπουδῆς εἶχον, καὶ πρὸ αὐτῶν Ὅμηρος. Καὶ ἐγκώμιον μὲν αὐτῆς ἐπὶ τῶν Σειρήνων διεξέρχεται, ᾧ καὶ ἐπιλέγει,

Ἀλλ' ὅγε τερψάμενος νεῖται καὶ πλείονα εἰδώς.

Ἄλλοτε δ' ἐν ταῖς εὐωχίαις τὴν κιθάραν παραλαμβάνει, ὡς καὶ παρὰ τοῖς μνηστῆρσι

Φόρμιγξ, ἣν ἄρα δαιτὶ θεοὶ ποίησαν ἑταίρην.

terea et diis cœlestibus imparia attribuit. Nestor enim Neptuno novies novem tauros sacrificat; et Tiresias Ulyssem immolare jubet

arietem taurumque et porcorum initorem verrem.

At Achilles in Patrocli exsequiis non nisi paria immolabat, nempe *quattuor equos*,

duodecim strenuos magnanimorum Trojanorum filios,

ac novem canum duos in pyram injicit, ut septems ibi relinqueret. Ad hæc in multis ternario, quinario, et septenario numero utitur, præcipue autem novenario,

Sic jurgans senior, surguntque viri inde noveni.

Et,

novennales enim hi, et novem cubitorum erat latitudo; sed longitudo novem ulnarum.

Et,

Perque novem soles grassatur pestis iniqua.

Et,

novem diebus hospitaliter tractavit, novemque boves sacrificavit.

Curnam igitur novenarius ille numerus perfectissimus est? quia a primo impari quadratus est, et impariter impar, dum in tres terniones dividitur, quorum singuli rursus in tres unitates secantur.

CXLVI. Non solum autem numerorum vim, sed et compendiariam computandi viam demonstravit: ut quum in navium catalogo inquit,

harum quidem urbium quinquaginta naves ibant, in quarum singuli centeni et vigeni Bœoti vehebantur.

Et rursus,

quinquaginta erant viri.

Unde computare licet quod, quum omnes naves ferme mille ducentæ forent, ac centeni singuli singulis inessent, universus numerus centum viginti millium surgat. Rursus autem de Trojanis locutus, quum inquit,

mille autem pyræ in campo ardebant, ac juxta singulas quinquageni sedebant viri,

computandi materiam præbet quod quinquies decem millia, sine sociis, fuerint.

CXLVII. Ceterum Musicam animorum familiarissimam, eo quod harmonia ex diversis initiis temperata est, cantibus ac rhythmis numeros dissolutos intendentem, tum incitatos remittentem, Pythagorici studiose coluerunt, et Homerus ante ipsos. Laudibus namque eam, ubi de Sirenibus agit, prosequitur, quibus et hoc epilogi vice addit,

Delectatus abit, multa atque celebria noscens.

Alibi vero in conviviis citharam recipit, ut facit apud procos,

Nam superi cernis citharam fecere sodalem.

Καὶ παρ' Ἀλκινόῳ ὁ κιθαρῳδὸς

Ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν·

καὶ ἐν γάμοις

Αὐλοὶ φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον·

καὶ ἐν ἔργοις, ὅπου τρυγωμένης ὀπώρας

Πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ
Ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν
λεπταλέῃ φωνῇ·

καὶ ἐν πολέμῳ,

Αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴν

ἀκούεσθαι λέγει. Οὐδὲν δὲ ἧσσον καὶ εἰς πένθη παραλαμβάνει τὴν μουσικὴν,

Θρήνων ἐξάρχους ἀοιδοὺς

ποιῶν, ὡς τῇ λειότητι τῶν μελῶν τὴν τραχύτητα τῆς ψυχῆς καταστέλλοντας.

CXLVIII. Οὐκ ἄδηλον δὲ ὅτι διττή ἐστιν ἡ μελῳδία· ἡ μὲν ἐν τῇ φωνῇ, ἡ δὲ ἐν ὀργάνοις, τοῖς τε ἐμπνευστοῖς τοῖς τε ἐντατοῖς· τῶν δὲ ἐν αὐτῇ φθόγγων ὁ μέν ἐστι βαρὺς, ὁ δὲ ὀξύς. Καὶ τούτων δὲ τὰς διαφορὰς Ὅμηρος ἔγνω, ὃς γυναῖκας μὲν καὶ παῖδας καὶ γέροντας ὀξυφώνους ποιεῖ, διὰ τὸ λεπτὸν τοῦ πνεύματος· τοὺς δὲ ἄνδρας, βαρυφώνους, ἔν τε ἄλλοις, καὶ ἐν τούτοις,

Τῷ δὲ βαρυστενάχοντι παρίστατο πότνια μήτηρ·
ὀξὺ δὲ κωκύσασα, κάρη λάβε παιδὸς ἑοῖο·

καὶ πάλιν,

Ὣς ὁ βαρυστενάχων ἔπε' Ἀργείοισι μετηύδα.

Οἱ δὲ γέροντες,

τέττιξιν ἐοικότες,

ζῴοις ὀξυφώνοις ἰσάζονται. Καὶ ἐν τοῖς ὀργάνοις δὲ αἱ χορδαὶ ὅσαι λεπταί εἰσι, καὶ συντόνως κινούμεναι, ῥᾳδίως τέμνουσι τὸν ἀέρα, ὅθεν τὸν ὀξὺν φθόγγον ἀποτελοῦσιν· αἱ δὲ παχεῖαι, βραδεῖαν ἔχουσαι τὴν κίνησιν, ἠχοῦσι βαρύν· καθ' ὃν λόγον καὶ Ὅμηρος τὴν μάστιγα λιγυρὴν προσηγόρευσεν, ἐπεὶ λεπτὴ οὖσα ὀξὺν ἦχον ἀποδίδωσι. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς παρ' Ὁμήρῳ μουσικῆς.

CXLIX. Ἐπεὶ δὲ ἐν τούτοις καὶ Πυθαγόρου ἐμνημονεύσαμεν, ᾧ μάλιστα ἤρεσκεν ἡ ἐχεμυθία, καὶ τὸ σιγᾶν ἃ μὴ χρὴ λέγειν, θεασώμεθα εἰ καὶ Ὅμηρος ταύτην ἔσχε τὴν γνώμην. Ἐπί τε γὰρ τῶν παροινούντων ἔφη,

Καί τι ἔπος προέηκεν ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον·

καὶ τῷ Θερσίτῃ ἐπιπλήττει,

Ἴσχεο,
Θερσῖτ' ἀκριτόμυθε, λιγύς περ ἐὼν ἀγορητής·

καὶ τοῦ Ἰδομενέως καθαπτόμενος ὁ Αἴας λέγει,

[Ἀλλ'] αἰεὶ μύθοις λαβρεύεαι· οὐδέ τί σε χρὴ
λαβραγόρην ἔμεναι·

καὶ τῶν στρατευμάτων εἰς μάχην συνιόντων,

Et apud Alcinoum citharœdus

egregium carmen meditabatur.

Præterea in nuptiis

tibiæ, citharæque sonabant.

Ac inter vindemiæ operas

puer sonora cithara jucundum quiddam citharizabat,
et pulchram cantionem succinebat
tenui voce.

Insuper in bello,

tibiarum fistularumque sonum

audiri narrat. Nihilo tamen secius et ad luctus musicam recipit, ubi

lamentationum præludentes cantore

fingit, utpote qui modorum facilitate animi difficultatem leniant.

CXLVIII. Porro haud obscurum est duplicem melodiam esse, unam quidem in voce, alteram vero in instrumentis, quæ partim inflantur, partim intenduntur. Sonorum autem in ea, unus gravis, alter acutus est. Quorum differentias et Homerus calluit, dum mulieres, pueros et senes acuta voce, propter spiritus tenuitatem, fingit, viros autem gravi voce cum in aliis, tum in his,

Astitit afflicto graviter genitrix veneranda,
Filioloque caput prendens, ululabat acute.

Et rursus,

Sicque gemens graviter, cunctos affatur Achivos.

Senes autem

cicadis similes,

animantibus acuta voce præditis comparantur. Ceterum quæcumque chordæ in instrumentis tenues sunt, et celeriter moventur, aerem facilius secant, unde et acutum sonum efficiunt, crassæ vero lentum habentes motum, gravius sonant. Quamobrem etiam Homerus flagellum *acutum* appellavit, quod tenue exsistens acutum ederet sonum. Hactenus de musica Homeri.

CXLIX. Porro quum in his et Pythagoræ mentionem fecerimus, cui *taciturnitas*, et ea silere, quæ dicere nefas est, maxime placuit; videamus num et Homerus ita senserit. Nam de vinolentis ait,

Sermo quis excidit? hunc etenim tacuisse juvaret.

Et Thersitam objurgat Ulysses,

Contineas linguam, quamvis videare disertus
Orator, sine judicio quum cuncta loquaris.

Et Ajax Idomenea taxando dicit,

subinde procaciter loqueris, neque procacem concionatorem [te esse convenit.

Ad hæc inter exercitus pugnam indipiscentes,

Τρῶες μὲν κλαγγῇ [τ'] ἐνοπῇ τ' ἴσαν, ὄρνιθες ὡς·
οἱ δ' ἀρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοί·

βαρβαρικὸν γὰρ ἡ κραυγὴ, Ἑλληνικὸν δὲ ἡ σιωπή· διὸ καὶ τοὺς φρονιμωτάτους ἐγκρατεστάτους γλώσσης πεποίηκε· καὶ τὸν Ὀδυσσέα τῷ υἱῷ διακελευόμενον,

[Εἰ ἐτεόν γ' ἐμός ἐσσι, ἐμοὶ δέ σε γείνατο μήτηρ,]
μήτε τι Λαέρτης ἴστω τόδε, μήτε συβώτης,
μήτε τις οἰκείων, μήτ' αὐτὴ Πηνελόπεια·

καὶ πάλιν αὐτῷ παραινεῖ,

Σίγα καὶ κατὰ σὸν νόον ἴσχανε, μηδ' ἐρέεινε.

Τοιαῦτα μὲν δὴ τῶν ἐνδόξων φιλοσόφων τὰ ἐξ Ὁμήρου τὴν ἀρχὴν ἔχοντα δόγματα.

CL. Εἰ δὲ δεῖ καὶ τῶν ἰδίας τινὰς αἱρέσεις ἑλομένων μνημονεῦσαι, εὕροιμεν ἂν κἀκείνους παρ' Ὁμήρου τὰς ἀφορμὰς λαβόντας· Δημόκριτον μὲν, τὰ εἴδωλα ποιήσαντα ἐξ ἐκείνων,

Αὐτὰρ ὁ εἴδωλον τεῦξ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων·

ἄλλους δὲ πλανηθέντας [ἐν] οἷς ἐκεῖνος οὐχ ἑλόμενος, ἀλλὰ πρὸς τὸν παραπίπτοντα καιρὸν ἁρμοζόμενος, [τισὶ] περιέθηκεν. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Ὀδυσσεὺς παρ' Ἀλκινόῳ κατεχόμενος ἡδυπαθείᾳ καὶ τρυφῇ κεχρημένῳ, πρὸς χάριν αὐτῷ διαλεγόμενος ἔφη,

Οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι
ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα,
δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ,
ἥμενοι ἑξείης· παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι
σίτου καὶ κρειῶν· μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
οἰνοχόος φορέῃσι, καὶ ἐγγείῃ δεπάεσσι.
Τοῦτό τι μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι·

τούτοις παραχθεὶς καὶ Ἐπίκουρος τὴν ἡδονὴν τέλος εὐδαιμονίας ἐνόμισε. Καὶ ἐπεὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Ὀδυσσεὺς ποτὲ μὲν οὖλῃ καὶ ἁπαλῇ χλανίδι ἠμπίσχετο, ποτὲ δὲ ῥακίοις καὶ πήραις, καὶ νῦν μὲν τῇ Καλυψοῖ συνανεπαύετο, νῦν δὲ ὑπὸ Ἴρου καὶ Μελανθίου περιυβρίζετο, ταύτην εἰκόνα τοῦ βίου παραλαβὼν Ἀρίστιππος, καὶ πενίᾳ καὶ πόνοις συνηνέχθη ἐρρωμένως, καὶ ἡδονῇ ἀφειδῶς ἐχρήσατο.

CLI. Τῆς δὲ Ὁμήρου σοφίας κἀκεῖνα καταμαθεῖν ἔστι δείγματα, ὅτι καλὰ καὶ πολλὰ σοφῶν ἀνδρῶν ἀποφθέγματα προανεφώνησεν· οἷον τὸ, ἕπου θεῷ,

Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα δ' ἔκλυον αὐτοῦ.

Καὶ, μηδὲν ἄγαν,

Καὶ δ' ἄλλῳ νεμεσῶ, ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν,
ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν· ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.

Καὶ, ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα,

Δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι.

Καὶ [τὸ] τοῦ Πυθαγόρου πρὸς τὸν πυθόμενον, τίς ἐστι φίλος; ῥηθὲν, Ἄλλος ἐγὼ,

Ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ.

CLII. Ἔστι δὲ τῆς αὐτῆς ἰδέας τῶν ἀποφθεγμάτων καὶ ἡ καλουμένη Γνώμη, ἥπερ ἐστὶν ἀπόφασις καθολικὴ περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον λόγῳ συντόμῳ. Καὶ τούτῳ δὴ χρησαμένων πάντων ποιητῶν καὶ φιλοσόφων

Troes clangore ac clamore avium instar ibant:
Achivi vero cum silentio, animi robur spirantes.

Clamor etenim barbarorum, silentium autem Græcorum est. Quapropter et prudentissimos quosque lingua continentissima finxit, ut dum Ulysses filium adhortatur,

Si meus es vere, peperitque mihi tua mater,
Nesciat hocce pater Laertes, atque subulcus,
Ac reliqui vernæ, tum conjux Penelopea.

Et dum rursus eum admonet,

sile, atque in animo tuo contine, nec quære.

Atque hujusmodi quidem placita illustrium philosophorum sunt quæ ab Homero originem habent.

CL. Sin vero etiam horum meminisse oportet, qui proprias quasdam sectas sibi elegerunt, invenerimus et illos auctoritatem ab Homero accepisse. Democritum quidem, qui idola rerum principia fecit, ex illis:

Æneæ at vacuum posuit Phœbus simulacrum.

Alios vero errantes, qui sequerentur ea Homeri dicta quæ ipse non probaret, sed præsenti tempori accommodaret. Dum enim Ulysses apud Alcinoum, voluptate ac deliciis diffluentem, detineretur, in illius gratiam disserens ait,

Gratius esse nihil duco, quam cunctus abunde
Dum populus lætatur, in ædibus atque canorus
Auditur fidicen, mensæ dapibusque struuntur,
Vinaque dum pateris fundit pincerna fidelis:
Hoc mihi nec quidquam melius potiusque videtur;

his et Epicurus adductus est, ut summum bonum in voluptate poneret. Ad hæc quum ille ipse Ulysses nonnunquam pretiosa et tenera veste indueretur, nonnunquam vero pannis et pera; et nunc apud Calypsonem otium ageret, nunc ab Iro et Melanthio contumeliis afficeretur: hac vitæ imagine assumpta, Aristippus non solum cum paupertate et laboribus valide conflictatus est, sed etiam voluptatibus affatim studuit.

CLI. Ceterum has quoque sapientiæ Homericæ notas deprehendere licet, quod multa et egregia sapientum virorum Apophthegmata primus enuntiavit, ut, *Sectabere numen*; ex hoc Homerico fluxit,

Di veros soliti sunt exaudire clientes.

Et, *Ne quid nimis*, ex illo,

alium quidem odi, qui vel nimium amaverit,
vel nimium oderit: meliora autem sunt mediocria cuncta.

Et illud, *Sponsioni noxa adest*, ductum ex isto,

Pro misero miserum est quidquam spondere sodali.

Denique illud Pythagoræ ad eum, qui interrogabat, quis est amicus? *Alter ego*, Homerus dixerat

perinde ut meum caput.

CLII. Ad eandem Apophthegmatum speciem et Gnome quæ sic vocatur pertinet. Estque universalis et succincta de rebus humanæ vitæ enuntiatio. Quo genere quum poetæ, philosophi et oratores omnes sint usi, atque in

καὶ λογογράφων, καὶ γνωμικῶς τινα ἀποφαίνεσθαι ἐπιτηδευσάντων, πρῶτος Ὅμηρος πολλὰς καὶ ἀγαθὰς γνώμας ἐξήνεγκε δι' ὅλης τῆς ποιήσεως· τοῦτο μὲν ἀποφαινόμενος, οἷόν ἐστιν ὃ βούλεται παραστῆσαι, ὡς ὅταν εἴπῃ,

Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηι·

τοῦτο δέ, ὡς δέον πράσσειν τι, οἷον,

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

CLIII. Πολλὰς δὲ γνώμας καὶ παραινέσεις ἀγαθὰς Ὁμήρου ἐξενεγκόντος, παρέφρασαν οὐκ ὀλίγοι τῶν μετ' αὐτόν· ὧν τινα παραδείγματα οὐκ ἄκαιρόν ἐστι παραθέσθαι. Οἷόν ἐστι τὸ Ὁμήρου,

Νήπιοι, οἳ Ζηνὶ μενεαίνομεν ἀρρονέοντες·
ἢ ἔτι μιν μέμαμεν καταπαυσέμεν ἄσσον ἰόντες,
ἢ ἔπει, ἠὲ βίῃ· ὁ δ' ἀφήμενος οὐκ ἀλεγίζει,
οὐδ' ὄθεται· φησὶν γὰρ ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
κάρτεί τε σθένεί τε διακριδὸν εἶναι ἄριστος.
Τῷ ἔχεθ' ὅ,ττι κεν ὔμμι κακὸν πέμπῃσιν ἑκάστῳ·

παρὰ τοῦτο δέ ἐστι τὸ Πυθαγορικόν,

Ὅσσα τε δαιμονίαισι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
ἦν ἂν μοῖραν ἔχῃς, ταύτην φέρε, μηδ' ἀγανάκτει·

καὶ ἐπὶ τούτοις τὸ Εὐριπίδου,

Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών·
μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν· ἀλλ' οὐντυγχάνων,
τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἂν τίθῃ, πράσσει καλῶς.

CLIV. Πάλιν Ὅμηρος μέν φησι,

Τέκνον ἐμὸν, τέο μέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων,
σὴν ἔδεαι κραδίην;

ὁ δὲ Πυθαγόρας,

Φείδεο τῆς ζωῆς, μή μιν καταθυμοβορήσῃς.

CLV. Ἔτι Ὁμήρου εἰπόντος,

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,

Ἀρχίλοχος τά τε ἄλλα αὐτοῦ μιμούμενος, καὶ τοῦτο μὲν παρέφρασεν, εἰπών,

Τοῖος ἀνθρώποισι θυμὸς, Γλαῦκε Λεπτίνεω πάϊ,
γίνεται θνητοῖς, ὁποῖον Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει.

CLVI. Καὶ ἐν ἄλλοις Ὁμήρου εἰπόντος,

Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον εὐρύοπα Ζεὺς
ἐσθλὸν, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι·
καί τε πόλεις ἐσάωσε· μάλιστα δέ κ' αὐτὸς ἀνέγνω,

Εὐριπίδης παρὰ τοῦτο ἐποίησε,

Γνώμαις γὰρ ἀνδρὸς εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
εὖ δ' οἶκος· εἰς δ' αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα.
Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
νικᾷ· σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία πλεῖστον κακόν.

CLVII. Ὃ δὲ παρακελευόμενον τῷ ἑταίρῳ τὸν Ἰδομενέα πεποίηκεν,

Ὦ πέπον, εἰ μὲν δὴ πόλεμον περὶ τόνδε φυγόντες,
αἰεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε
ἔσσεσθ', οὔτε κεν αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μαχοίμην,
οὔτε κέ σε στέλλοιμι μάχην ἐς κυδιάνειραν.
Νῦν δ' (ἔμπης γὰρ κῆρες ἐφεστᾶσιν θανάτοιο

edendis quibusdam sententiosis se exercuerint; Homerus primus multas et bonas sententias sive *gnomas* per totam poesin protulit, nonnunquam demonstrando, cujusmodi hoc esset, quod ostendere vellet, ut quando dicit,

Rex etenim superat succensens inferiori.

Nonnunquam vero quid facto opus sit, ut,

Principis est totam nequaquam stertere noctem.

CLIII. Ceterum haud parum multi ex posteris, multas sententias ac bonas admonitiones, quas Homerus edidit, aliis verbis expresserunt. Quorum quædam exempla adducere, haud intempestivum fuerit; veluti est illud Homeri,

Stultum est, insipidumque Jovi contendere summo.
Numquid adhuc illum compescere quimus, euntes
In cælum propius, jurgantes, vique tenentes?
Ast sedet excelsus, conamina talia ridens:
Namque putat præstare diis se robore cunctis.
Omnia ab hoc pendent, mala suntque immissa cuique.

Cui illud Pythagoricum affine est,

Si mala te vexent hominum consueta, feres tu
Æquo animo sortem, non indignabere cuiquam.

Præterea illud Euripidis,

Rebus malis decet nec indignarier:
Prodest enim parum; sed infortunia
Æquo ferens animo, beatam vitam agit.

CLIV. Atque Homerus quidem rursus ait,

Cur lacrimas fundis, mi quam carissime nate,
Atque tuum maceras animum?

Pythagoras vero,

Ne maceres animum, vitæ quo parcere possis.

CLV. Ad hæc Homero dicente,

Talis mens hominum est, lucem Saturnius almus
Qualem illis dederit, nutu qui quassat Olympum.

Archilochus quum alia illius imitans, tum hoc interpretando expressit,

Mens hominibus est ejusmodi, qualem diem dedit,
Glauce Leptinæ fili, Jovis voluntas maximi.

CLVI. Et in aliis Homero dicente,

Namque alii deus, ut curæ sint Martia facta,
Ast alii dedit, ut sapiat, sit providus atque
Cum sibi, tumque aliis, atque oppida servet ab hoste.
Atque hæc ipse tenes in primis, optime ductor;

Euripides ad hujus imitationem finxit,

Urbs et domus viris viget sagacibus,
Res bellicasque vir peritus ordinat;
Multas manus consilium unum vincit sagax,
Sed vulgi inscitia ingens attrahit malum.

CLVII. In quibus autem Idomeneus (*imo* Sarpedon) fingitur amicum adhortari,

Quodsi vitantes hæc prœlia, nulla senectus
Immineat nobis, nec mors incumberet atra,
Non ego prima acie pugnarim, nec quoque pugnam
Ut caperes, unquam suasurus sim tibi, amice.
Clotho sed ex æquo volvat unum stamina cuique.

μυρίαι, ἃς οὐκ ἐστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι)
ἴομεν, ἠέ τῳ εὖχος ὀρέξομεν, ἠέ τις ἡμῖν·

Αἰσχύλος μὲν δεύτερος λέγων, οὕτως ἔφη,

Ἀλλ' οὔτε πολλὰ τραύματ' ἐν στέρνοις λαβὼν
θνήσκει τις, εἰ μὴ τέρμα συντρέχοι βίου·
οὔτ' ἐν στέγῃ τις ἥμενος παρ' ἑστίᾳ
φεύγει τι μᾶλλον τὸν πεπρωμένον μόρον.

Ἐν δὲ πεζῇ λέξει Δημοσθένης οὕτως· « Πέρας μὲν γάρ ἐστιν ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦ βίου θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ· δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, φέρειν δ' ἅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, γενναίως. »

CLVIII. Πάλιν δὲ τὸ Ὁμήρου,

Οὔ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,

Σοφοκλῆς παρέφρασεν, εἰπών,

Θεοῦ τὸ δῶρον τοῦτο· χρὴ δ' ὅσ' ἂν θεοὶ
διδῶσι, φεύγειν μηδέν', ὦ τέκνον, ποτέ.

CLIX. Παρ' ἐκεῖνο δὲ,

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή,

Θεόκριτος εἶπεν,

Οὕνεκα οἱ γλυκὺ Μοῦσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ.

CLX. Πῶς δὲ καὶ Ἄρατος παρέφρασε, τὸ μὲν,

Οἵη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο,

εἰπών,

Ἄρκτοι κυανέου πεφυλαγμέναι ὠκεανοῖο·

τὸ δὲ,

Τυτθὸν γὰρ ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται,

εἰπών,

Ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἅϊδ' ἐρύκει.

Καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις.

CLXI. Ὁ δὲ Πολιτικὸς λόγος ἐστὶν ἐν τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ, ἧς ἐντὸς Ὅμηρος πρῶτος γέγονεν, ὡς φαίνεται. Εἰ γάρ ἐστιν ἡ Ῥητορικὴ δύναμις τοῦ πιθανῶς λέγειν, τίς μᾶλλον Ὁμήρου ἐν τῇ δυνάμει ταύτῃ καθέστηκεν; ὃς τῇ τε μεγαλοφωνίᾳ πάντας ὑπεραίρει, ἔν τε τοῖς διανοήμασι τὴν ἴσην τοῖς λόγοις ἰσχὺν ἐπιδείκνυται.

CLXII. Καὶ πρῶτόν ἐστι τῆς τέχνης ἡ Οἰκονομία, ἣν δι' ὅλης τῆς ποιήσεως παρίστησι, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν πραγμάτων. Οὐ γὰρ πόρρωθεν ἐμβαλὼν τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰλιάδος ἐποιήσατο, ἀλλὰ καθ' ὃν χρόνον αἱ πράξεις ἐνεργότεραι καὶ ἀκμαιότεραι κατέστησαν· τὰ δὲ τούτων ἀργότερα, ὅσα ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ ἐγένοντο, συντόμως ἐν ἄλλοις τόποις παρεδιηγήσατο. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ πεποίηκεν, ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τῶν τελευταίων τῆς πλάνης τοῦ Ὀδυσσέως χρόνων, ἐν οἷς καιρὸς ἦν ἤδη καὶ τὸν Τηλέμαχον εἰσάγειν, καὶ τὴν τῶν μνηστήρων ὕβριν ἐμφανίζειν· τὰ δὲ πρὸ τούτων, ὅσα τῷ Ὀδυσσεῖ ἀλωμένῳ συνέπεσεν, αὐτὸν παράγει διηγούμενον, ἃ καὶ δεινότερα καὶ πιθανώτερα ἔμελλε φαίνεσθαι, ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ παθόντος λεγόμενα.

Atropos atque ea rescindat nullo prohibente,
Quæso alios superemus cuntes, aut superemur;

hæc Æschylus post eum dicens, sic ait,

Nec mortem obit, quicumque vulnus accipit
Letale, vitæ ni sit hujus terminus:
Nec in domo sedens, necem vitaverit
Unquam magis: certum est enim fatum omnium.

In soluta autem oratione Demosthenes sic ait: « Mors cunctis mortalibus vitæ terminus est, etiam si quis se in cellula occlusum servet. Bonos autem viros decet, semper egregia quæque conari, ac generoso animo ferre, quicquid deus dederit. »

CLVIII. Rursus autem illud Homeri,

Splendida dona dei quæcumque dedit retinenda,

Sophocles sic mutatis verbis extulit,

Donum dei est, proinde nec contempseris
Quicquid deus donarit, hoc nec respuas.

CLIX. Secundum illud vero,

Hujus ab ore fluens vox vicerit Attica mella.

Theocritus dixit,

Musa ideo dedit huic dulcem sermone liquorem.

CLX. Quo modo autem et Aratus interpretando expressit et hoc,

Sola autem Occani non tingitur illa lavacro,

dicens,

Ursæ cæruleo vitantes æquore tingi:

et illud,

Animumque a morte lucrantur,

dicens,

Assere mors tenui prohibetur acerba.

Atque de his quidem satis.

CLXI. Ceterum Civilis oratio in Rhetorica arte consistit, quam Homerus primus tenuisse videtur. Si namque Rhetorica est facultas probabiliter dicendi, quis majorem quam Homerus, in hac facultate operam posuit? Quippe qui non solum magniloquentia omnes præcellat, verum etiam sententiis æquale verborum pondus adhibeat.

CLXII. Et præcipua quidem hujus artis pars Dispositio est, quam per totam poesin ostendit, maxime in rerum initiis. Non enim exordio longe petito in Iliade usus est, sed ab eo tempore, quo efficaciora ac celebriora facinora sunt edita. His autem inertiora, et quæ prius acciderant, in aliis locis succincte et obiter recensuit. Atque idem in Odyssea fecit, ubi a novissimis erroribus Ulyssis orsus est, in quibus occasionem habebat inducendi Telemachi, ac declarandi contumeliam procorum. Quæcumque vero antehac Ulyssi erranti contigerant, ipsum enarrantem inducit, in hoc, ut non tantum vehementiora, verum etiam probabiliora viderentur, quum ab ipso, qui passus erat, dicerentur.

CLXIII. Ἀεὶ τοίνυν χρωμένων τῶν ῥητόρων πάντων τοῖς προοιμίοις, ὑπὲρ τοῦ προσεκτικώτερον ἢ εὐνούστερον ποιεῖν τὸν ἀκροατήν, αὐτὸς μὲν ὁ ποιητὴς κέχρηται προοιμίοις τοῖς μάλιστα κινῆσαι καὶ παράγεσθαι πρὸς τὴν ἀκρόασιν δυναμένοις· ἔν τε τῇ Ἰλιάδι προαναφωνῶν ὅτι μέλλει λέγειν ὅσα διὰ τὴν Ἀχιλλέως ὀργὴν καὶ τὴν Ἀγαμέμνονος ὕβριν κακὰ τοῖς Ἕλλησι συνέβη· καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ, ὅσοις πόνοις καὶ κινδύνοις περιπεσὼν ὁ Ὀδυσσεὺς πάντων τῇ τῆς ψυχῆς συνέσει καὶ καρτερίᾳ περιεγένετο. Καὶ ἐν ἑκατέροις τῶν προοιμίων τὴν Μοῦσαν παρακαλεῖ, ἵνα θειοτέραν καὶ μείζονα τὴν δόξαν τῶν λεγομένων παραστήσῃ.

CLXIV. Πολλὰ δὲ τῶν εἰσαγομένων ὑπ' αὐτοῦ προσώπων λέγοντα ποιῶν ἢ πρὸς οἰκείους, ἢ φίλους, ἢ ἐχθρούς, ἢ δήμους, ἑκάστῳ τὸ πρέπον εἶδος τῶν λόγων ἀποδίδωσιν· ὥσπερ ἐν ἀρχῇ πεποίηται αὐτῷ ὁ Χρύσης ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Ἕλληνας λόγοις χρησιμωτάτῳ προοιμίῳ κεχρημένος· συνεύχεται γὰρ αὐτοῖς πρότερον, κρατῆσαι τῶν πολεμίων, καὶ οἴκαδε ἀναστρέψαι, ἵνα τὴν παρ' αὐτῶν εὔνοιαν ἐπισπάσηται· ἔπειτα οὕτως ὑπὲρ τῆς παιδὸς παρακαλεῖ. Ὁ δὲ Ἀχιλλεὺς ἐπὶ τῇ ἀπειλῇ τοῦ Ἀγαμέμνονος θυμούμενος, μιγνύει τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τῶν Ἑλλήνων λόγον, ἵνα κἀκείνους ἀκούσαντας εὐνουστέρους καταστήσῃ· πάντας γὰρ ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐστάλθαι, οὐκ ἰδίας τινὸς ἀπεχθείας ἕνεκα, ἀλλὰ εἰς χάριν αὐτοῦ τοῦ Ἀγαμέμνονος καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ· καὶ πολλὰ πεποιηκέναι ἑαυτὸν, τὸ δὲ γέρας οὐ παρὰ τούτων, ἀλλὰ παρὰ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων εἰληφέναι. Οἷς ἀντιλέγων ὁ Ἀγαμέμνων οὐκ ἀπορεῖ ὅπως καὶ αὐτὸς θεραπεύσῃ τὸ πλῆθος· φήσαντος γὰρ τοῦ Ἀχιλλέως ἀπελεύσεσθαι εἰς τὴν πατρίδα, δι' ἣν ἔπαθεν ὕβριν, οὐκ εἶπεν, ἄπιθι, ἀλλά, φεῦγε, τὸ ἁπλῶς ῥηθὲν εἰς τὸ ἀδοξότερον μεταβαλών· καὶ ὅτι Οὐ παρακαλῶ σε μένειν· πάρεισι γὰρ καὶ ἄλλοι, οἳ τιμῆς ἀξιώσουσί με· ἦν δὲ καὶ τοῦτο τοῖς ἀκούουσι κεχαρισμένον.

CLXV. Καὶ ἐπὶ τούτοις εἰσάγεται ῥήτωρ ὁ Νέστωρ, ὃν ἡδυεπῆ, καὶ λιγὺν ἀγορητὴν προσεῖπε,

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή·

οὗ μεῖζον ἐγκώμιον οὐκ ἂν γένοιτο ῥήτορος. Τί δὲ οὗτος διαπράσσεται τῷ λόγῳ; ἄρχεται μὲν ἀπὸ προοιμίου, δι' οὗ μετάγνωσιν ἐμποιεῖν πειρᾶται τοῖς διαφερομένοις ἀριστεῦσιν, ἐννοεῖν αὐτοὺς παρασκευάζων, ὅτι μαχόμενοι παρέξουσιν ἀφορμὴν χαρᾶς τοῖς πολεμίοις· πρόεισι δὲ νουθετῶν ἑκάτερον, καὶ πείθεσθαι ἑαυτῷ ὡς πρεσβυτέρῳ παραινῶν· καὶ ἐν τῷ σωφρονίζειν τὸν ἕτερον, κεχαρισμένα τῷ ἑτέρῳ λέγει· τῷ μὲν γὰρ Ἀγαμέμνονι παραινεῖ, μὴ ἀφαιρεῖσθαι τὸ δοθὲν τῷ πολλὰ κεκμηκότι γέρας· τῷ δὲ Ἀχιλλεῖ, μὴ ἐρίζειν τῷ βασιλεύειν προκρινομένῳ· καὶ πρέποντα ἑκατέρῳ ἔπαινον [διδοὺς], τῷ μὲν, ὡς πλεόνων βασιλεύοντι, τῷ δὲ, ὡς πλέον ἰσχύοντι, τοῦτον τὸν τρόπον πραΰνειν αὐτοὺς ἐπιχειρεῖ.

CLXIII. Igitur quum semper omnes oratores exordiis utantur, ut auditorem attentum, aut benevolum faciant, poeta quoque iis potissimum exordiis usus est, quæ auditorem et moverent, et attentum redderent. Ut dum in Iliade præfatur, se dicturum quanta mala Græcis ob Achillis iram et Agamemnonis contumeliam acciderint; et in Odyssea, quot laboribus et periculis perpessis Ulysses cunctos animi prudentia et tolerantia vicerit. Denique in utriusque poematis exordio Musam ideo invocat, ut ea quæ dicerentur, augustiora, majorisque existimationis essent.

CLXIV. Porro quum multas personas faciat dicere ad familiares, amicos, inimicos, aut populum; unicuique tamen decorum in dicendo tribuit. Ut ab initio, ubi Chrysam in oratione ad Græcos fingit commodissimo exordio usum esse. Optat enim ipsis, ut hostibus superiores facti, domum redeant, idque eo consilio, ut benevolentiam ab eis captet: deinde filiam efflagitat. Achilles autem ob Agamemnonis minas indignans, orationem mixtam cum pro se, tum pro Græcis habet, ut et illos auditores benigniores faceret. Omnes namque ad bellum missos esse, non propriæ alicujus inimicitiæ causa, sed in Agamemnonis, et fratris ejus gratiam. Ad hæc ob multa egregia facta, se munus non ab istis, sed ex communi Græcorum consensu accepisse. Quibus ex adverso Agamemnon respondens, non laborat in inveniendo quomodo et ipse multitudinem demulceat. Quum enim Achilles dixisset se in patriam rediturum esse ob contumeliam qua erat affectus, non dixit Abi, sed *Fuge;* ut hoc, quod simpliciter dictum erat, probro ei daret. Denique *Non obsecro*, inquit, *te ut maneas; adsunt enim alii quoque, qui me in pretio habebunt:* id quod auditoribus gratum erat.

CLXV. Præterea Nestor orator introducitur, quem *suaviloquum*, et *acutum concionatorem* appellat,

Cujus ab ore fluit vox melle dulcior omni.

Quo elogio oratori nullum majus obtigerit. Quid autem is orando tractat? Orditur ab exordio, quo dissidentibus optimatibus persuadere studet ut sententias mutent, jubens eos animadvertere, se dum inter se disceptarent, hostibus lætitiæ occasionem præbituros esse. Primo autem utrumque admonet, et, ut ipsi tanquam seniori obsecundet, adhortatur. Atque dum alterum modestiæ commonefacit, alteri gratificatur. Siquidem Agamemnonem hortatur, ne munus ei datum, qui multum laboris exhauserat, eriperet; Achillem vero, ne cum summo rege contenderet. Denique neutrum sua laude frustratur, dum illum pluribus imperare, hunc vero plus fortitudinis habere dicit. Atque hunc in modum eos mitigare annititur.

CLXVI. Τί δέ; οὐχὶ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς, ὁπότε εἶδε τὸν ὄνειρον ὁ Ἀγαμέμνων ἐλπίδας ἀγαθὰς αὐτῷ φέροντα παρὰ τοῦ Διὸς, καὶ ὁπλίζειν τοὺς Ἕλληνας παρακελευόμενον, ῥητορικῇ χρῆται τέχνῃ, τοὐναντίον οἷς βούλεται πρὸς τοὺς πολλοὺς λέγων, ἵνα πεῖραν τῆς ὁρμῆς αὐτῶν λάβῃ, καὶ μὴ ἐπαχθὴς ᾖ, πολεμεῖν ἀναγκάζων ὑπὲρ ἑαυτοῦ; ἀλλ' αὐτὸς μὲν πρὸς χάριν λέγει· ἄλλος δέ τις τῶν πείθειν αὐτοὺς δυναμένων ἐπιστρέφει μένειν, ὡς τοῦτο τῇ ἀληθείᾳ τοῦ βασιλέως θέλοντος. Καὶ γὰρ ἐν οἷς δημηγορεῖ, ἐμφαίνει ὅτι τοὐναντίον βούλεται· ὁ δὲ δεχόμενος τοὺς λόγους τούτους ἐστὶν Ὀδυσσεύς, παρρησίᾳ τῇ πρεπούσῃ χρώμενος, καὶ τοὺς μὲν ἀρίστους λόγοις προσηνέσι πείθων, τοὺς δὲ ὑποδεεστέρους καταπληκτικῶς ὑπακούειν τοῖς κρείττοσιν ἀναγκάζων· καὶ τὸ ἄτακτον καὶ θορυβῶδες τῶν πολλῶν καταπαύσας, ἅμα πάντας πείθει λόγοις ἐμφρόσι, μετρίως μὲν ὀνειδίσας, διότι οὐκέτι τελοῦσιν ἃ ὑπέσχοντο, καὶ ἅμα συγγνώμης ἀξιώσας, ὅτι πολὺν χρόνον ἄπρακτοι μένοντες, τῶν φιλτάτων ἐστέρηνται· παρακλήσει δὲ καὶ ἐλπίδι τῇ ἐκ τῶν μαντειῶν συμπείθων μένειν.

CLXVII. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Νέστωρ, λόγους ἐξηλλαγμένους μὲν, εἰς ταὐτὸ δὲ τείνοντας ποιούμενος, καὶ πλείονι παρρησίᾳ πρὸς τοὺς ἧδη μεμαλαγμένους χρώμενος, πείθει τὸ πλῆθος· καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ὀλιγωρίας εἰς ὀλίγους τοῦ μηδενὸς ἀξίους ἀναφέρων, τοὺς πολλοὺς ἐντρέπει· προστίθησι δὲ καὶ ἀπειλὴν τοῖς ἀπειθοῦσι, καὶ εὐθέως συμβουλεύει τῷ βασιλεῖ, ὅπως χρὴ καταλέγειν τὰ στρατιωτικὰ τάγματα.

CLXVIII. Πάλιν δὲ ἐν ταῖς κατὰ τὸν πόλεμον πράξεσι, τῶν Ἑλλήνων τὰ μὲν εὐτυχησάντων, τὰ δὲ πταισάντων καὶ ἐν φόβῳ καταστάντων, ὁ μὲν Διομήδης, ἅτε τὸ ἐκ τῆς νεότητος θράσος καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀριστείας παρρησίαν ἔχων, πρὸ τοῦ ἐπιδείξασθαι τὴν ἀνδραγαθίαν, σιωπῇ ἀξιώσας τὸ παρὰ τοῦ βασιλέως ὄνειδος, τότε ἐπιπλήσσει τῷ Ἀγαμέμνονι, ὡς ὑπὸ ἀνανδρίας συμβουλεύοντι φεύγειν· φησὶ γὰρ,

> Ἀτρείδη, σοὶ πρῶτα μαχέσσομαι ἀφραδέοντι,
> ἣ θέμις ἐστὶν, ἄναξ, ἀγορῇ· σὺ δὲ μήτι χολωθῇς·

ἐν οἷς ἅμα μὲν νουθετεῖν αὐτὸν ἐπιχειρεῖ, ἅμα δὲ τὴν παρ' αὐτοῦ ὀργὴν παραιτεῖται. Καὶ τὰ μὲν φθάνοντα διαπεπρᾶχθαι ἑαυτῷ, ἀνεπαχθῶς ὑπομιμνήσκει, λέγων,

> Ταῦτα δὲ πάντα
> ἴσασ' Ἀργείων ἠμὲν νέοι ἠδὲ γέροντες·

εἰς δὲ τὰ ἑξῆς προτρέπει τοὺς Ἕλληνας, τεχνικῶς ἐγκωμιάζων αὐτοὺς,

> Δαιμόνι', οὕτω που μάλα ἔλπεαι υἷας Ἀχαιῶν
> ἀπτολέμους τ' ἔμεναι καὶ ἀνάλκιδας, ὡς ἀγορεύεις·

καὶ αὐτὸν τὸν Ἀγαμέμνονα δυσωπεῖ, συγχωρῶν αὐτῷ εἰ βούλεται ἀπιέναι· τοὺς γὰρ ἄλλους ἐξαρκέσειν, ἢ, κἂν πάντες φύγωσιν, αὐτόν γε σὺν τῷ ἑταίρῳ μενεῖν καὶ μαχέσεσθαι, εἰπών,

> Νῶϊ δ', ἐγὼ Σθένελός τε, μαχησόμεθα.

Ὁ δὲ Νέστωρ τούτῳ μὲν γνώμης τε καὶ πράξεως ἀρε-

CLXVI. Nonne vero et in sequentibus (quando Agamemnon somnium videbat, quod bonam ei spem Jovis jussu faciebat, atque ut Græcos armaret, jubebat) rhetorica usus est arte? dum contraria iis quæ sentiebat, in hoc ad multitudinem dicit, ut de illorum voluntate periculum faceret, num videlicet moleste laturi essent, si quando in aciem educerentur. Atque ipse quidem plebi grata dicit: alius autem quidam eorum, qui persuadendi facultatem habebat, ad perseverandum hortatur, ut quæ ipsa regis sententia esset. Dum enim orationem ad optimates habet, declarat quod contrarium, quam apud multitudinem præ se ferebat, vellet. Ulysses itaque illius verba suscipiens, ac decora in dicendo libertate utens, optimates mitibus dictis docet: inferiores autem additis minis, se præstantioribus auscultare cogit: turba denique multitudinis et tumultu sedato, simul omnes prudentibus dictis in suam sententiam adducit, modeste illis exprobrans, quod promissis non starent, simulque eos venia dignatur, quod multo tempore otium agentes, carissimis destituti essent: ac tandem consolatione et spe illis ex vaticinio facta, ut maneant persuadet.

CLXVII. Ad eundem modum et Nestor verba quidem nonnihil immutata, sed in idem tendentia faciens, ac majori in dicendo libertate adversus desidia marcescentes utens, multitudini suadet, et negligentiæ causam in paucos nihili faciendos referens, plerosque omnes ad verecundiam et officium convertit. Addit et inobedientibus minas, atque regi statim consulit, quo pacto militares copiæ centuriandæ sint.

CLXVIII. Rursus, quum belli fortuna Græci partim secunda, partim adversa usi essent, jamque in metu versarentur; Diomedes, quippe a juventute confidentiam, et ex reportato fortitudinis præmio dicendi libertatem habens, qui antea nondum illa fortitudine exhibita, regis convitium silentio ferendum duxisset, tunc jam Agamemnonem objurgat, ut qui præ ignavia fugam suaderet. Ait enim,

> Tecum, rex, mihi disceptatio perperam agente,
> Legibus atque licere puto, proin ne stomacheris.

In quibus simul eum admonere conatur, simul et iram ab eo deprecatur. Ac tum demum anteacta sua gesta sine invidia commemorat, dicens,

> Cuncta hæc facta sciunt juvenesque senesque Pelasgi.

In iis autem quæ sequuntur, Græcos adhortatur, collaudando eos artificiose,

> Iisque adeo Dolopes ignavos esse putasti,
> Infelix, veluti modo cunctis consuluisti.

Denique ipsi Agamemnoni pudorem incutit, liberum ei faciens, si velit abire: reliquos enim opem laturos; imo et, si omnes fugæ se mandaverint, tamen se cum sodali permansurum esse, ac pugnaturum, dicens,

> uterque nostrûm, ego et Sthenelus, pugnabimus.

Nestor vero hunc ob egregia quidem consilia et facta

τὴν μαρτυρεῖ, ὅσα δὲ εἰς τέλος τῆς συμβουλῆς διαφέρει, ἑαυτὸν, ὡς πρεσβύτερον, δεῖν παραινεῖν ἀξιοῖ· καὶ ἐπέξειστι τῷ λόγῳ, τὴν πρὸς Ἀχιλλέα πρεσβείαν παρασκευάζειν ἐπιχειρῶν.

CLXIX. Καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ πρεσβείᾳ ποικίλαις τέχναις ποιεῖ χρωμένους τοὺς ῥήτορας. Ὁ μὲν γὰρ Ὀδυσσεὺς, ἀρχόμενος τοῦ λόγου, οὐκ εὐθέως ἔφη ὅτι Ἀγαμέμνων μετεγνωκὼς ἐπὶ τῇ τῆς Βρισηΐδος ἀφαιρέσει τήν τε κόρην ἀποδίδωσι, καὶ δῶρα τὰ μὲν παρατίκα πέμπει, τὰ δ' ὕστερον ἐπαγγέλλεται· οὐ γὰρ ἦν χρήσιμον, οἰδοῦντος ἔτι τοῦ θυμοῦ, ταῦτα ὑπομιμνήσκειν· ἀλλὰ πρῶτον ἠθέλησεν ἐμβαλεῖν τὸν Ἀχιλλέα εἰς οἶκτον τῶν Ἑλληνικῶν ἀτυχημάτων· εἶτα εἰπὼν [ὡς] ὕστερον βουληθεὶς ἐπανορθώσασθαι τὰς συμφορὰς, οὐκέτι δυνήσεται, μετὰ ταῦτα τῶν Πηλέως παραινέσεων ἀνέμνησεν, ἑαυτοῦ μὲν ἀφαιρῶν τὸ ἐπαχθὲς, τῷ δὲ μᾶλλον ἐντρέπειν δυναμένῳ προσώπῳ τῷ τοῦ πατρὸς περιθεὶς τὸν λόγον· καὶ ὅτε ἐδόκει πρότερον αὐτὸν εἶναι, τότε καὶ τῶν Ἀγαμέμνονος δώρων ἐμνημόνευσε· καὶ πάλιν εἰς τὰς ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων δεήσεις μετέβαλε τὸν λόγον, ὅτι εἰ καὶ δικαίως Ἀγαμέμνονι μέμφεται, καλὸν γοῦν σῶσαι τοὺς μηδὲν εἰς αὐτὸν ἐξημαρτηκότας· ἐχρῆν γὰρ καὶ τὸν ἐπίλογον μηδὲν τῶν λυπούντων ἔχειν τὸν ἀκούοντα· ἐπεὶ καὶ μάλιστα μνημονεύεται τὰ τέλη τῶν λόγων· ἡ δὲ τελευταία παράκλησις ἔχει τι καὶ διεγερτικὸν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ὡς καὶ αὐτοῦ καταφρονοῦντας· νῦν γὰρ ἂν, φησὶν, ἕλοις τὸν Ἕκτορα, εἴ σου κατεναντίον σταίη· ἐπεὶ οὐδένα τῶν Ἑλλήνων ἑαυτῷ φησὶν εἶναι ὅμοιον. (2) Ὁ δὲ Φοῖνιξ, δεδοικὼς μὴ ἐνδεέστερον ἡ προσῆκε χρῆται τῇ δεήσει, δάκρυα προΐεται· καὶ πρῶτον μὲν τῇ ὁρμῇ αὐτοῦ συντίθεται, φήσας μὴ ἀπολειφθήσεσθαι αὐτοῦ, εἰ ἀποπλέοι· τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ κεχαρισμένον· καὶ τὴν αἰτίαν λέγει, ὅπως τρέφειν αὐτὸν ἐπιστεύθη παρὰ τοῦ Πηλέως, νήπιον παραλαβών, καὶ διδάσκαλος ἔργων καὶ λόγων εἶναι ᾠήθη· παραδιηγεῖται δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τῆς νεότητος ἁμαρτίας αὐτοῦ, ἐμφαίνων ὡς καὶ ἄβουλον ἡ τοιαύτη ἡλικία· καὶ προϊὼν, οὐδὲν τῶν εἰς προτροπὴν παραλείπει, πᾶσι τοῖς κεφαλαίοις ῥητορικῶς χρώμενος, ὅτι διηλλάχθαι καλὸν τῷ ἱκετεύοντι καὶ δῶρα πέμποντι, καὶ πρέσβεις τοὺς ἀρίστους, κἀκείνων τιμιωτάτους, ἀπεσταλκότι· καὶ ὅτι καὶ αὐτὸς δίκαιός ἐστιν ἀκουσθῆναι, τροφεύς γε ὢν καὶ διδάσκαλος· καὶ ὅτι μεταγνώσεται προέμενος τὸν παρόντα καιρόν· καὶ παραδείγματι χρῆται τῷ κατὰ Μελέαγρον διηγήματι, ὅτι κἀκεῖνος παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν οἰκείων βοηθεῖν τῇ πατρίδι, οὐ συγκατέθετο, ἕως ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τῶν καταλαβουσῶν τὴν πόλιν συμφορῶν ἐπὶ τὸ ἀμύνειν ἐτράπετο. (3) Αἴας δὲ οἴκτου μὲν καὶ ἱκεσίας οὐδὲ ἐδεήθη, παρρησίᾳ δὲ χρησάμενος, καθελεῖν τὸ φρόνημα τοῦ Ἀχιλλέως διέγνω, τὰ μὲν εὐκαίρως ἐπιπλήττων, τὰ δὲ εὐμενῶς παρακαλῶν, ἵνα μὴ τελέως παροξύνῃ· οὕτω γὰρ ἁρμοζε τῷ τῆς αὐτῆς ἀρετῆς μετειληφότι. (4) Πρὸς δὲ τούτων ἕκαστον ὁ Ἀχιλλεὺς ἀποκρινόμενος, ἦθος γενναῖον

commendat; quæ vero ad finem consilii spectant, ea se ait, quippe natu majorem, dignum esse qui admoneat: ac reliquam orationem ita prosequitur, ut persuadeat de mittenda ad Achillem legatione.

CLXIX. Porro in illa ipsa legatione oratores variis artibus utentes facit. Ulysses namque orationem exordiens, non statim dicit, Agamemnonem pœnitere quod Briseidem rapuisset, puellamque ei restituere velle: et, Dona quædam nunc mittit, quædam vero in posterum pollicetur se daturum. Neque enim commodum erat illa commemorare, turgescente etiamnum illius animo. Sed primo Achillem ad commiserandum miseras Græcorum vices provocat: deinde ait, eum posthac calamitatibus illis frustra medelam adhibiturum, quum non amplius possit: deinceps et Pelei monita illi in memoriam revocat, dum invidiam a se amoliens, sermonem personæ patris attribuit, utpote quæ ipsum magis flectere posset: denique quando jam mitior factus esse videretur, tum donorum Agamemnonis mentionem facit, ac rursus sermonem ad supplicandum pro Græcis transfert, Esto quod Agamemnoni jure sis infensus, attamen illos te servare decet, qui nihil in te peccaverunt. Conveniebat enim perorationem ejusmodi rebus instructam esse, quæ auditorem nihil offenderent. Postrema autem exhortatio aculeum quendam habet, qui adversus hostes ipsum contemnentes incitaret: Nunc enim, inquit, Hectorem interfeceris, quum se tibi opposuerit, quandoquidem nullum Græcorum sibi æqualem esse dicit. (2) Phœnix autem, veritus ne preces per se non satis efficaces essent, lacrimas profundit, ac primum quidem ejus consilio acquiescit, dicens, se non remansurum, si Achilles navibus istinc soluturus esset. Hoc enim illi gratum erat. Hujusque rei causam esse dicit, quod Peleus eum adhuc infantem ipsi educandum commisisset, ac dignum putasset, qui ei et dicendi et faciendi magister esset. Obiter autem et peccata ejus in juventute commissa narrat, declarans hujusmodi ætatem rerum imperitam esse. Atque orando pergens nihil eorum omittit, quæ ad exhortationem faciunt, cunctis rhetorum præceptis summatim utens: quod honestum sit, cum supplicante, dona mittente, et non solum optimos quosque legatos, sed ex illis honoratissimos amandante, in gratiam redire: quod et ipse dignus sit qui exaudiatur, quippe illius et educator, et præceptor: fore ut pœnitentia ducatur, si præsentem occasionem amiserit: ad hoc probandum Meleagri exemplo utitur, qui dum a familiaribus obsecraretur, ut suppetias patriæ ferret, illis morem non gerebat, donec præ necessitate calamitatum urbem invadentium, ad hostium vim propulsandam versus est. (3) Ceterum Ajax neque commiseratione neque supplicatione sibi opus esse putans, sed libertate dicendi usus, Achilli superbiam illam eximere decrevit, partim quidem eum opportune objurgans, partim vero generose obsecrans, ne eum tandem irritaret. Sic enim ipsum decebat, qui eadem virtute polleret. (4) Horum autem unicuique Achilles respondens, mores cum generosos, tum simplices

ἅμα καὶ ἁπλοῦν ἐμφαίνει. Τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἐλεγκτικῶς ἅμα καὶ μεγαλοφρόνως ἀντιλέγει, αἰτίας εὐλόγους τῆς ὀργῆς παριστάς· Αἴαντι δὲ ἀπολογεῖται. Καὶ Ὀδυσσεῖ μὲν ἔφη ἀποπλεύσεσθαι τῇ ὑστεραίᾳ· καμπτόμενος δέ πως ταῖς Φοίνικος δεήσεσι, βουλεύσεσθαί φησι περὶ τοῦ ἀπόπλου· ἐκνικηθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς Αἴαντος παρρησίας, ἐξομολογεῖται πᾶν ὃ μέλλει ποιήσειν, ὅτι οὐ πρότερον ἕξεισιν ἐπὶ τὸν πόλεμον, πρὶν ἂν ὁ Ἕκτωρ ἐπὶ τὰς σκηνὰς αὐτοῦ καὶ τὰς ναῦς ἀφίκηται, τοὺς πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπεκτονώς· ἔνθα φησὶν ὅτι καίπερ ἐκθύμως μαχόμενον τὸν Ἕκτορα παύσεσθαι νομίζω· καὶ γὰρ τοῦτο [τῷ] προειρημένῳ πρόσθεν ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως, περὶ τοῦ ἐνστῆναι τῇ ὁρμῇ τοῦ Ἕκτορος, ἀντέθηκεν.

CLXX. Ἐν δὲ τοῖς τοῦ Φοίνικος λόγοις καὶ εἶνο παρίστησιν, ὅτι τέχνη ἐστὶν ἡ ῥητορική· φησὶ γὰρ τῷ Ἀχιλλεῖ, διότι παρέλαβόν σε

> Νήπιον, οὔπω εἰδόθ' ὁμοίου πολέμοιο,
> οὐδ' ἀγορέων, ἵνα τ' ἄνδρες ἀριπρεπέες τελέθουσι·
> τοὔνεκά μ' ἐπέοικε διδασκέμεναι τάδε πάντα,
> μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων·

ἐν οἷς καὶ τοῦτο δείκνυσιν, ὅτι ἡ τῶν λόγων δύναμις μάλιστα τοὺς ἄνδρας εὐκλεεῖς ἀπεργάζεται.

CLXXI. Ἔστι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς τῆς ποιήσεως τόποις εὑρεῖν λόγους τῆς ῥητορικῆς τέχνης ἐχομένους· καὶ κατηγορίας καὶ ἀπολογίας ὑποδείκνυσι τρόπον, ἔν τε ἄλλοις, καὶ ἐν οἷς ὁ Ἕκτωρ καθάπτεται τοῦ ἀδελφοῦ, ὀνειδίζων αὐτῷ δειλίαν καὶ ἀκολασίαν· καὶ ὅτι τοιοῦτος ὤν, ᾠδίκει πόρρω ἀπῳκισμένους, ὅθεν αἴτιος κακῶν τοῖς οἰκείοις ἐγένετο. Καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἐκλύει τὸν θυμὸν τοῦ ἀδελφοῦ, δικαίως ἐπιπλήσσεσθαι συγκατατιθέμενος, καὶ τῷ ὑποσχέσθαι τὴν πρὸς τὸν Μενέλαον μάχην ἀπολυόμενος τὸ ἔγκλημα τῆς δειλίας. Καὶ ὅτι μὲν τεχνίτης λόγων Ὅμηρος, οὐκ ἂν ἄλλως τις εἴποι εὖ φρονῶν· δῆλα γὰρ καὶ τὰ ἄλλα ἐξ αὐτῆς τῆς ἀναγνώσεως.

CLXXII. Οὐκ ἠμέλησε δὲ οὐδὲ χαρακτηρίσαι τοὺς ῥήτορας. Τὸν μὲν γὰρ Νέστορα, ἡδὺν καὶ προσηνῆ τοῖς ἀκούουσιν εἰσάγει· τὸν δὲ Μενέλαον, βραχυλόγον, καὶ εὔχαριν, καὶ τοῦ προκειμένου τυγχάνοντα· τὸν δὲ Ὀδυσσέα, πολλῇ καὶ πυκνῇ τῇ δεινότητι τῶν λόγων κεχρημένον· ταῦτα γὰρ τοῖς δυσὶ τούτοις ἥρωσιν ὁ Ἀντήνωρ μαρτυρεῖ, ἀκούσας αὐτῶν, ὁπότε πρεσβεύοντες ἀφίκοντο εἰς τὴν Ἴλιον. Καὶ ταύτας τὰς ἰδέας τῶν λόγων Ὅμηρος παρίστησιν αὐτὸς, ἐν τῇ ποιήσει δεῖξας ἁπάσῃ.

CLXXIII. Οἶδε δὲ καὶ τὴν Ἀντίθεσιν τῶν λόγων, ἀεὶ τῶν ἐναντίων ἐπὶ παντὸς πράγματος τιθεμένων, καὶ τὸ αὐτὸ κατασκευαζόντων καὶ ἀναιρούντων διὰ τὴν εὐπορίαν τῆς λογικῆς ἕξεως· φησὶ γάρ,

> Στρεπτὴ δὲ γλῶσσ' ἐστὶ βροτῶν, πολέες δ' ἐνὶ μῦθοι,
> παντοῖοι· ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα.
> Ὁποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσῃς.

CLXXIV. Ἐπίσταται δὲ ταὐτὰ καὶ διὰ πολλῶν λέ-

præ se fert. Aliis namque argute simul et magnifice contradicit, dum probabiles iræ suæ causas adducit; Ajaci autem se purgat. Et Ulyssi quidem ait, se postera die navigio in patriam remeaturum. Quum autem precibus Phœnicis nonnihil flecteretur, ait se de classe in patriam reducenda deliberaturum. Ajacis vero libertate victus, ingenue fatetur, quicquid facturus erat: quod scilicet non ante in prœlium descensurus esset, quam Hector ad tentoria ipsius et naves, multis Græcorum necatis, pervenisset: ubi etiam dicit, se Hectorem quantumvis in pugna ferocem, sedaturum esse. Atque hoc illi Ulyssis dicto opposuit, quo eum adhortatus erat, ut Hectoris impetum reprimeret.

CLXX. In Phœnicis autem oratione et illud ostendit, quod Rhetorica sit ars; dicit enim Achilli,

> Idcirco puerum te, nec grave Martis onus, nec
> Concio quid posset gnarum, accepi erudiendum.
> Namque forum celebrat multos, redditque beatos.
> Idcirco, inquam, misit ut hæc te cuncta docerem,
> Ut dicendo fores clarus, bellisque gerendis.

In quibus et hoc significat, quod dicendi facultas potissime viros illustres faciat.

CLXXI. Est autem et in aliis multis poeseos illius locis invenire orationes cum arte rhetorica conjunctas. Accusationis namque et purgationis modum cum in aliis commonstrat, tum in quibus Hector fratrem taxat, timiditatem et incontinentiam ei exprobrans, et quod quum talis esset, tamen homines procul dissitos injuria affecisset, unde suis malorum auctor exstitisset. Alexander vero fratris animum in hoc placat, quod se jure optimo reprehendi ab illo fatetur; et quod timiditatis crimen amolitur, dum pollicetur se singulari certamine cum Menelao congressurum. Homerum itaque dicendi artificem esse, nemo recte sentientium negaverit: quod ceteroquin ex ipsa lectione hujus poetæ manifesto intelligitur.

CLXXII. Non neglexit autem quin singulas singulis oratoribus dicendi formas attribueret: Nestorem suavem et auditoribus gratum; Menelaum vero brevitati studentem et propositi compotem; Ulyssem vero multa et densa verborum supellectili utentem: hæc enim Antenor de duobus heroibus istis testatur, quod eos audivisset, quando legatione fungentes, Ilium pervenerant. Atque has dicendi species Homerus ipse passim in tota poesi insinuans, exhibet.

CLXXIII. Novit autem et orationum Contentionem, quæ subinde in omni negotio contrariæ ponuntur, ut per probabilem dicendi facultatem, idem et probent et improbent. Ait enim,

> Flexibilis quamquam sit lingua hominum, variusque
> Sermo hinc exoriatur, et omnigena regione
> Huc illuc volitet multus, constat tamen illud,
> Qualia verba facis, quod talia mox tibi fient.

CLXXIV. Novit autem eadem et copiosius dicere, et

γειν, καὶ δι' ὀλίγων ἐπαναλαμβάνειν, ὅπερ καλεῖται Ἀνακεφαλαίωσις, καὶ ἔστιν ἐν χρήσει παρὰ τοῖς ῥήτορσιν, ὁπόταν δέῃ πολλὰ πράγματα εἰρημένα ἀναμνῆσαι συντόμως· ἃ γὰρ διηγήσατο ὁ Ὀδυσσεὺς παρὰ τοῖς Φαίαξιν ἐν τέτταρσι ῥαψῳδίαις, ταῦτα πάλιν βραχέως διέξεισιν ἐν τούτοις,

Ἤρξατο δ' ὡς πρῶτον Κίκονας δάμασ', αὐτὰρ ἔπειτα,

καὶ τὰ ἑξῆς.

CLXXV. Τοῦ δὲ πολιτικοῦ λόγου ἔχεται καὶ ἡ τῶν Νόμων ἐπιστήμη· καὶ οὐδὲ ταύτης ἐκτὸς τὸν Ὅμηρον εὕροιμεν ἄν. Εἰ μὲν οὖν καὶ τοὔνομα τοῦ νόμου ἦν κατ' αὐτὸν ἐν χρήσει, οὐκ ἔστι σαφῶς διορίσασθαι. Οἱ μὲν γάρ φασι δῆλον αὐτὸν εἶναι εἰδότα τοὔνομα τοῦ νόμου, ἐν τῷ εἰπεῖν,

Ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες·

Ἀρίσταρχος δὲ ᾠήθη τὴν εὐνομίαν εἰρῆσθαι παρὰ τὸ εὖ νέμεσθαι. Καίτοι καὶ ὁ νόμος λέγεσθαι ἔοικεν ἀπὸ τοῦ νέμειν τὰ ἴσα πᾶσιν, ἢ τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ. Ὅτι δὲ δύναμιν τῶν νόμων οἶδεν, εἰ μὴ καὶ ἐν γραφαῖς, ἀλλ' ἐν ταῖς γνώμαις τῶν ἀνθρώπων φυλασσομένην, ἐν πολλοῖς παρίστησι· τὸν γὰρ Ἀχιλλέα ποιεῖ ὑπὲρ τοῦ σκήπτρου λέγοντα,

Νῦν αὖτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν
ἐν παλάμαις φορέουσι δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας
πρὸς Διὸς εἰρύαται.

Θέμιστες γὰρ, καὶ θεσμοὶ, οἱ νόμοι, ὧν τὸν Δία εἰσηγητὴν παραδίδωσιν, ᾧ καὶ τὸν Μίνωα τὸν τῶν Κρητῶν βασιλέα φησὶν ὁμιλεῖν· ἡ δ' ὁμιλία, νόμων μάθησις ἦν, ὡς καὶ Πλάτων μαρτυρεῖ. Σαφῶς δὲ καὶ ἐν ἐκείνοις δηλοῖ, ὅτι χρὴ νόμοις ἕπεσθαι, καὶ μὴ ἀδικεῖν,

Τῷ μή τίς ποτε πάμπαν ἀνὴρ ἀθεμίστιος εἴη,
ἀλλ' ὅγε σιγῇ δῶρα θεῶν ἔχοι, ὅ, τι διδοῖεν.

CLXXVI. Πρῶτος τοίνυν Ὅμηρος τὰ τῆς πολιτείας διεῖλεν· ἐν γὰρ τῇ ἀσπίδι, ἣν τοῦ κόσμου παντὸς μίμημα κατεσκεύασεν Ἥφαιστος (τουτέστιν ἡ πνευματικὴ δύναμις), ἐμπεριεχομένας ἐποίησε δύο πόλεις, τὴν μὲν ἐν εἰρήνῃ καὶ εὐφροσύνῃ διάγουσαν, τὴν δὲ ἐν πολέμῳ σχολάζουσαν· καὶ παραθεὶς τὰ ἑκατέρα πρόσφορα, παρίστησιν ὅτι ὁ μὲν πολιτικός ἐστι βίος, ὁ δὲ στρατιωτικός· οὐ παρεῖδε δὲ οὐδὲ τὸν γεωργικόν· ἀλλὰ καὶ τοῦτον ἔδειξεν, ἐνάργειαν ἅμα καὶ κάλλος περιθεὶς τοῖς λόγοις.

CLXXVII. Ὃ δὲ ἐν πάσῃ πόλει νενομοθέτηται, τὸ εἶναι συνέδριον βουλῆς, καὶ τοῦτο προβουλεύεσθαι πρὸ τοῦ τὸν δῆμον συνιέναι, πρόδηλον ὅτι ἐστὶν ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν τούτων,

Βουλὴν δὲ πρῶτον μεγαθύμων ἶζε γερόντων·

συνάγει γὰρ Ἀγαμέμνων τοὺς γέροντας, καὶ σκέπτεται περὶ αὐτῶν, ὅπως ὁπλίσῃ τὸ πλῆθος πρὸς τὴν μάχην.

CLXXVIII. Καὶ ὅτι δεῖ τὸν ἄρχοντα πρὸ τῶν ἄλλων πεφροντικέναι τῆς πάντων σωτηρίας, ἐν τῷ αὐτῷ προσώπῳ διδάσκει, ᾧ καὶ παραινεῖ,

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα·

brevius repetere, id quod *recapitulatio* vocatur, et apud oratores in usu est, quando negotium postulat, rem pluribus dictam, brevi compendio in memoriam revocare. Quæ enim Ulysses apud Phæacenses in quattuor rhapsodiis narraverat, ea denuo brevius in hisce perstringit,

Cœperat ut primum Ciconas domitaverat, atque
Deinde...

et reliqua.

CLXXV. Ceterum quum Civilis oratio et Legis peritiam complectatur, neque Homerum istius imperitum deprehenderimus. An vero Legis (νόμος) nomen illius seculo in usu fuerit, liquido pronunciari nequit. Alii enim constare dicunt, quod Legis nomen tenuerit, idque ex eo, quod dixit,

hominum injuriam et æquitatem (εὐνομίην) spectantes.

Aristarchus vero Grajis æquitatem a bene distribuendo (εὖ νέμεσθαι) dictam esse putat. Atqui et Lex hinc appellata videtur νόμος, quod æqua cunctis, seu pro merito unicuique tribuat (νέμει). Quod autem Legum vim, etsi non scriptis, sed in hominum mentibus conservatam, cognoverit, in multis ostendit. Achillem namque de sceptro disserentem fingit,

Nunc id Achiva juventus,
Caussidici, in manibus gestant, qui jura reservant
A Jove dictata.

Jura enim, et priscæ illæ consuetudines, Legum vice sunt, quarum Jovem auctorem esse tradit : cum quo et Minoem illum Cretensium regem colloqui ait : quod colloquium, ut et Plato testatur, Legum disciplina erat. Perspicue vero et in illis declarat, quod Legibus obsequendum, et quod ab injuria abstinendum sit,

Quocirca penitus vir nunquam sit sceleratus,
Ast habeat bene dona deûm, quæcumque recepit.

CLXXVI. Primus itaque Homerus rem civilem, quam vocant Politicam, in species divisit. In clypeo namque, quem Vulcanus (hoc est, spiritualis illa vis) ad totius mundi imitationem fabrefecit, duas urbes contineri finxit : unam quidem pace et lætitia fruentem, alteram vero belligerantem : et suas utriusque dotes exponens, ostendit alteram civilem esse, alteram militarem vitam. Præterea nec rusticanam vitam silentio præteriit, sed et hanc evidentibus ac venustis verbis ostendit.

CLXXVII. Ceterum id quod in omni urbe lege sancitum est, ut senatus concilium fiat, quod ante populi scita consulat, ex Homericis istis ortum habet,

Magnanimumque vocat cœtum, sanctumque senatum.

Agamemnon enim senatores cogit, ut cum eis de multitudine armanda consultet.

CLXXVIII. Et quod principem oporteat præ aliis omnium salutem curare, in eadem persona docet, in qua et commonefacit,

Principis est totam nequaquam stertere noctem.

καὶ ὅτι δεῖ τῷ ἡγουμένῳ πείθεσθαι τοὺς ὑποτεταγμένους, καὶ ὅπως ἑκάστῳ προσφέρεσθαι τὸν προτεταγμένον, ὁ Ὀδυσσεὺς ὑποδείκνυσι, τοὺς μὲν ἐντίμους λόγοις προσηνέσι πείθων, τοῖς δὲ ἐκ τοῦ ὄχλου πικρότερον ἐπιπλήσσων.

Et quod oporteat subditos imperatori parere, et quo modo præfectus se ad uniuscujusque ingenium accommodare debeat, Ulysses commonstrat, optimates namque mollibus verbis ad suam sententiam perducens, plebeios vero acerbius castigans.

CLXXIX. Ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπανίστασθαι τοῖς ἀμείνοσι, παρὰ πᾶσι νενόμισται· ὃ καὶ αὐτοὶ οἱ θεοὶ ποιοῦσιν ἐπὶ τοῦ Διός,

Οὐδέ τις ἔτλη
μεῖναι ἐπερχόμενον, ἀλλ' ἀντίοι ἔσταν ἅπαντες.

CLXXIX. Quin etiam præstantioribus assurgere, apud omnes lege cautum est. Quod et ipsi dii erga Jovem faciunt;

Nullus sustinuit tunc
Exspectare Jovem, sed cuncti assurgere contra.

CLXXX. Νόμος παρὰ τοῖς πλείστοις, τὸν πρεσβύτατον λέγειν· ὁ δὲ Διομήδης ὑπὸ ἀνάγκης τοῦ πολέμου πρῶτος θαρσήσας λέγειν, συγγνωστὸς εἶναι ἀξιοῖ,

Καί μή τι κότῳ ἀγάσησθε [ἕκαστος],
οὕνεκα δὴ γενεῇφι νεώτατός εἰμι μεθ' ὑμῖν.

CLXXX. Præterea lex apud plerosque est, ut dicendi partes senioribus mandentur; eam ob causam Diomedes præ belli necessitate primum dicere ausus, venia se dignum putat;

Ne mihi succensere velitis,
Quod minimus natu vestrûm modo dicere conor.

CLXXXI. Κἀκεῖνο δὲ παρὰ πᾶσι νενόμισται, τὸ κολάζεσθαι τὰ ἑκούσια ἁμαρτήματα, τὰ δὲ ἀκούσια συγγνώμης τυγχάνειν. Τοῦτο πάλιν δείκνυσιν ὁ ποιητὴς, ἐν οἷς φησιν ὁ ἀοιδὸς παρ' αὐτῷ,

Καί κεν Τηλέμαχος τάδε γ' εἴποι σὸς φίλος υἱός,
ὡς ἐγὼ οὔτι ἑκὼν ἐς σὸν δόμον, οὐδὲ χατίζων,
πωλεύμην, μνηστῆρσιν ἀεισόμενος μετὰ δαῖτας,
ἀλλὰ πολὺ πλέονες καὶ κρείσσονες ἦγον ἀνάγκη.

CLXXXI. Quin et illud apud omnes lege sancitum est, ut qui sponte peccaverunt, pœna afficiantur, qui vero inviti, veniam mereantur. Id quod poeta rursus ostendit, in quibus cantor apud eum inquit,

Dixerit hæc tua, Telemachus, carissima proles,
Quod non sponte domum ingressus sim, vel rogitans quid,
Pro mercede procis solitus cantare petulcis;
Sed dum multa trahit pars me potiorque coactum.

CLXXXII. Τριῶν δὲ οὐσῶν πολιτειῶν πρὸς δικαιοσύνην καὶ εὐνομίαν, Βασιλείας τε καὶ Ἀριστοκρατίας καὶ Δημοκρατίας, καὶ ταύταις πάλιν ἀντικειμένων τριῶν πρὸς ἀδικίαν καὶ παρανομίαν, Τυραννίδος, Ὀλιγαρχίας, Ὀχλοκρατίας· οὐδὲ ταύτας Ὅμηρος ἀγνοεῖν ἔοικε· τὴν μὲν βασιλείαν δι' ὅλης τῆς ποιήσεως ὀνομάζων καὶ ἐγκωμιάζων, ὡς ἐν τούτοις,

Θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέων βασιλήων,
τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι· φιλεῖ δέ ἑ μητιέτα Ζεύς.

Καὶ ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν βασιλέα, σαφῶς δηλοῖ,

Λαῶν δ' οἷσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν·

καὶ,

Οὔτε τινὰ ῥέξας ἐξαίσιον, οὔτε τι εἰπὼν
ἐν δήμῳ· ἦτ' ἐστὶ δίκη θείων βασιλήων.

Τὴν δὲ ἀριστοκρατίαν, ἐν οἷς Βοιωτῶν βασιλέας πέντε καταριθμεῖ, καὶ παρὰ τοῖς Φαίαξι,

Δώδεκα γὰρ κατὰ δῆμον ἀριπρεπέες βασιλῆες,
ἀρχοὶ κρίνουσι, τρισκαιδέκατος [δ'] ἐγὼ αὐτός.

Δημοκρατίας δὲ εἰκόνα ἐναργῶς ἐν τῇ κατασκευῇ τῆς ἀσπίδος δεικνύει, ἐν ᾗ δύο ποιήσας πόλεις, τὴν ἑτέραν δημοκρατεῖσθαί φησι, μηδενὸς ἡγουμένου, πάντων δὲ πρὸς τὴν ἑαυτῶν βούλησιν κατὰ νόμους βιούντων· ἔνθα καὶ δικαστήριον εἰσάγει· καὶ ἐν ἐκείνῃ γε τὴν δημοκρατίαν παρίστησιν, ἐν οἷς φησι,

Δῆμον ὑποδδείσας· δὴ γὰρ κεχολώσατο λίην,
οὕνεκα λῃστῆρσιν ἐπισπόμενος Ταφίοισιν,
ἦκαχε Θεσπρωτούς· οἱ δ' ἡμῖν ἄρθμιοι ἦσαν.

Et quod oporteat subditos imperatori parere, et quo modo præfectus se ad uniuscujusque ingenium accommodare debeat, Ulysses commonstrat, optimates namque mollibus verbis ad suam sententiam perducens, plebeios vero acerbius castigans.

CLXXIX. Quin etiam præstantioribus assurgere, apud omnes lege cautum est. Quod et ipsi dii erga Jovem faciunt;

Nullus sustinuit tunc
Exspectare Jovem, sed cuncti assurgere contra.

CLXXX. Præterea lex apud plerosque est, ut dicendi partes senioribus mandentur; eam ob causam Diomedes præ belli necessitate primum dicere ausus, venia se dignum putat;

Ne mihi succensere velitis,
Quod minimus natu vestrûm modo dicere conor.

CLXXXI. Quin et illud apud omnes lege sancitum est, ut qui sponte peccaverunt, pœna afficiantur, qui vero inviti, veniam mereantur. Id quod poeta rursus ostendit, in quibus cantor apud eum inquit,

Dixerit hæc tua, Telemachus, carissima proles,
Quod non sponte domum ingressus sim, vel rogitans quid,
Pro mercede procis solitus cantare petulcis;
Sed dum multa trahit pars me potiorque coactum.

CLXXXII. Ceterum quum triplex sit reipublicæ forma ad justitiam et æquitatem exsequendam, Regnum, Aristocratia, et Democratia; atque his quum rursus oppositæ sint, ad injustitiam ac iniquitatem exercendam, Tyrannis, Oligarchia, et Ochlocratia: neque has Homerus ignorare videtur, quippe qui Regnum per omnem poesin nominet ac celebret, ut in his,

Est Jove nutrito regi iracundia magna,
Illius atque honor a Jove, qui perdiligit ipsum.

Ad hæc qualem deceat esse regem, perspicuum facit;

Ceu mitis pater hic populo imperitare solebat,

et

Læderet ut neque facto, nec verbo tenus ullum,
Quum tamen hic sit mos regum, diis qui similes sunt.

Aristocratiam vero, in quibus Bœotûm quinque reges enumerat. Et apud Phæacas,

Ter deni in populo regesque ducesque celebres
Dicunt jura, quibus decimus nunc tertius addor.

Democratiæ vero imaginem in clypei fabrica evidenter ostendit, in quo duabus fictis urbibus, alteram a populo gubernari dicit, nemine imperante, sed cunctis pro arbitrio suo secundum leges viventibus: ubi et forum judiciale introducit. Atque in illa democratiam exhibet, dum ait,

Sed veritus populum, is siquidem stomachatus abunde,
Quod sectando malos Taphia de gente latrones
Thesprotis oberat, qui nobis semper amici.

CLXXXIII. Τὸν δὲ βιαίως καὶ παρανόμως ἄρχοντα, Τύραννον μὲν οὐ καλεῖ· νεώτερον γὰρ τὸ ὄνομα· οἷος δὲ τοῖς ἔργοις γίνεται, δείκνυσιν ἐν τούτοις,

CLXXXIII. Violenter vero atque inique imperantem, *tyrannum* quidem non appellat; recentius enim illud nomen; qualia vero ejus gesta sint, in his ostendit,

Εἰς Ἔχετον βασιλῆα, βροτῶν δηλήμονα πάντων·
ὃς κ' ἀπὸ ῥῖνα τάμῃσι καὶ οὔατα νηλεῖ χαλκῷ.

Regi Echeto daberis, quo non crudelior alter,
Qui gladio nares auresque recidat acuto.

Καὶ τὸν Αἴγισθον δὲ τυραννικὸν ἀποφαίνει, ὃς ἀποκτείνας τὸν Ἀγαμέμνονα, ἐκράτει τῶν Μυκηναίων· καὶ ὁπότε ἀνῃρέθη, φησὶν ὅτι οὐκ ἂν ἔτυχε ταφῆς εἴπερ Μενέλαος παρῆν· τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν τυράννων νενόμισται·

Præterea et Ægisthum tyrannicum declarat, qui interempto Agamemnone, Mycenæis dominabatur : et quum occisus esset, inquit, *Non sortitus fuerit sepulturam, si Menelaus adesset :* hoc enim de tyrannis lege cautum est :

Τῷ [κέ οἱ] οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν,
ἀλλ' ἄρα τόν γε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν
κείμενον ἐν πεδίῳ· μάλα γὰρ μέγα μήσατο ἔργον.

Huic certe non solvissent sua justa propinqui ;
Alitibus canibusque sed esca fuisset in arvo,
Quod facinus tetrum commiserat.

Ὀλιγαρχίαν δὲ δηλοῦν δοκεῖ διὰ τῆς τῶν μνηστήρων πλεονεξίας, περὶ ὧν φησιν,

Oligarchiam vero ostendere videtur in ambitioso procorum præcipuas obtinendi partes studio, de quibus ait,

Ἴλιδ' ὅσσοι κραναὴν Ἰθάκην κατακοιρανέουσι.

Atque Ithacæ sterili quotquot dominantur iniquc.

Τὴν δὲ ὀχλοκρατίαν ἐν τῇ τῶν Τρώων πολιτείᾳ παραδίδωσιν, ἐν ᾗ καὶ συναράμενοι πάντες Ἀλεξάνδρῳ, κακοῖς περιέπεσον, καὶ ὁ Πρίαμος λοιδορεῖται τοῖς παισὶν, ὡς τούτων αἰτίοις,

Plebis vero imperium in Trojanorum republica tradit, in qua omnes Alexandri complices, malis impliciti sunt : et Priamus filios suos tanquam horum auctores increpat,

Σπεύσατέ μοι, κακὰ τέκνα, κατηφόνες·

Accersivistis mala mi, soboles scelerata.

καὶ ἄλλος δέ τις τῶν Τρώων, ὁ Ἀντίμαχος,

Quin et alius quidam Trojanorum, Antimachus,

Χρυσὸν Ἀλεξάνδροιο δεδεγμένος, ἀγλαὰ δῶρα,
οὐκ εἴασχ' Ἑλένην δόμεναι ξανθῷ Μενελάῳ.

Auro ab Alexandro corruptus, munere claro,
Dissuasit reddendam Helenam flavo Menelao.

CLXXXIV. Ἐπεὶ δὲ τὸ παρὰ ἀνθρώποις δίκαιον τοῦτο νομίζεται, τὸ ἀπονεμητικὸν ἑκάστῳ τοῦ κατ' ἀξίαν· ἐν ᾧ μάλιστά ἐστι τὸ θεοὺς σέβειν, γονέας καὶ οἰκείους τιμᾶν· τὴν μὲν εἰς θεοὺς εὐσέβειαν ἐν πολλοῖς διδάσκει, εἰσάγων τοὺς ἥρωας θύοντας, καὶ εὐχομένους, καὶ δῶρα ἀνατιθέντας τοῖς θεοῖς, καὶ ὕμνοις γεραίροντας αὐτούς· καὶ τῆς εὐσεβείας ἀμοιβὴν ἀπολαμβάνοντας τὴν παρὰ τῶν θεῶν ἐπικουρίαν.

CLXXXIV. Quandoquidem vero id apud homines justum censetur, ut unusquisque pro sua dignitate tractetur; et quum deos ac parentes colere, ac familiares in pretio habere, præcipuæ illius species sint : pietatem quidem erga deos in multis docet, ubi heroas rem divinam et vota facientes, dona diis offerentes, ac hymnis eos celebrantes, inducit; dumque pro pietatis renumeratione, a diis auxilium reportant.

CLXXXV. Τὴν δὲ πρὸς τοὺς γονέας τιμὴν ἐν τῷ Τηλεμάχου προσώπῳ μάλιστα δείκνυσι, καὶ ἐν οἷς ἐπαινεῖ τὸν Ὀρέστην,

CLXXXV. Honorem autem erga genitores in Telemachi persona præcipue ostendit; et in quibus Oresten collaudat :

Οὐκ ἀΐεις οἷον κλέος ἔλλαβε δῖος Ὀρέστης
πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἐπεὶ ἔκτανε πατροφονῆα;

Inclytus, insignis non audis quam sit Orestes,
Excellatque homines cunctos, quod sit patris ultor?

Καὶ ὅτι τὸ γηροτροφεῖσθαι τοὺς γονέας ὑπὸ τῶν παίδων φύσει δίκαιον, καὶ ἐξ ἀμοιβῆς ὀφειλόμενον, διὰ μιᾶς λέξεως ἐδήλωσεν, εἰπών,

Ad hæc quod a natura justum, et ex retributione debitum sit, ut parentes senectute confecti a liberis foveantur, per unicam vocem explicuit, dicens,

Οὐδὲ τοκεῦσι
θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκεν.

necdum caris parentibus
pro educatione pretium persolverat.

Ἀδελφῶν δὲ εὔνοιαν καὶ πίστιν πρὸς ἀλλήλους ἐν τῷ Ἀγαμέμνονι καὶ Μενελάῳ, φίλων δὲ, ἐν Ἀχιλλεῖ καὶ Πατρόκλῳ δείκνυσι, γυναικὸς δὲ σωφροσύνην καὶ φιλανδρίαν ἐν τῇ Πηνελόπῃ, ἀνδρὸς δὲ πόθον τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, ἐν τῷ Ὀδυσσεῖ παρίστησιν.

Fratrum autem benevolentiam, et fidem inter sese, in Agamemnone et Menelao; amicorum vero, in Achille et Patroclo innuit; uxoris autem prudentiam et studium erga maritum, in Penelope; mariti erga uxorem desiderium, in Ulysse exhibet.

CLXXXVI. Ὅπως δὲ καὶ ὑπὲρ πατρίδος χρὴ πράσσειν, ἐν τούτῳ μάλιστα ἐδήλωσεν,

CLXXXVI. Ceterum quo pacto nos pro patria gerere debeamus, in hoc potissimum declaravit,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Una avis optima, pro patria pugnare subinde.

Καὶ πάλιν, ὅπως τοὺς τῆς πολιτείας κοινωνοῦντας φιλίας ἔχειν δεῖ,

Et rursus quomodo ejusdem reipublicæ cives concordes esse conveniat,

Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος,
ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου, ὀκρυόεντος.

Absque tribu, sine lege domoque sit ille, tumultus
Auctor qui fuit unquam sævi, perniciosi.

Ὅπως δὲ τὸ ἀληθεύειν τίμιον, τὸ δὲ ἐναντίον μεμπτὸν,

Quo autem pacto veracitas in pretio habenda, et mendacium fugiendum sit, in hoc ostendit,

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ·

καὶ,

Οἵ τ' εὖ μὲν βάζουσι, κακῶς δ' ὄπιθεν φρονέουσι.

CLXXXVII. Τῶν δὲ οἴκων μάλιστα σωζομένων ὁπόταν γυνὴ μήτε τὰς ἀπορρήτους διανοίας τοῦ ἀνδρὸς πολυπραγμονῇ, μήτε ἄνευ τῆς γνώμης αὐτοῦ πράσσειν τι ἐπιχειρῇ, ἑκάτερον ἐκ τῆς Ἥρας ὑπέδειξε· τὸ μὲν πρότερον τῷ Διὶ λέγοντι περιθεὶς,

Ἥρη, μὴ δὴ πάντας ἐμοὺς ἐπιέλπεο μύθους
εἰδήσειν·

τὸ δὲ ἕτερον τῇ Ἥρᾳ,

Μήπως μοι μετέπειτα χολώσεαι, αἴ κε σιωπῇ
οἴχωμαι πρὸς δῶμα βαθυῤῥόου Ὠκεανοῖο.

CLXXXVIII. Τὸ δὲ καὶ τοὺς ἐξιόντας ἐπὶ πόλεμον ἢ ἐν κινδύνῳ καθεστῶτας ἐντέλλεσθαί τι τοῖς οἰκείοις εἰθισμένον παρὰ πᾶσιν, οὐκ ἠγνόησεν ὁ ποιητής. Ἡ μὲν γὰρ Ἀνδρομάχη στένουσα τὸν Ἕκτορα, φησὶν,

Οὐ γάρ μοι θνήσκων λελέχεων ἐκ χεῖρας ὄρεξας,
οὐδέ τί μοι εἶπας πυκινὸν ἔπος, οὔ τέ κεν αἰεὶ
μεμνῄμην νύκτας τε καὶ ἤματα δακρυχέουσα.

Ἡ δὲ Πηνελόπη τῶν τοῦ Ὀδυσσέως ἐντολῶν μνημονεύει, φήσαντος ὁπότε ἐξῄει,

Τῷ οὐκ οἶδ' εἴ κέν μ' ἀνέσει θεὸς, ἦ κεν ἁλώω,
αὐτοῦ ἐνὶ Τροίῃ, σοὶ δ' ἐνθάδε πάντα μελόντων,
μεμνῆσθαι πατρὸς καὶ μητέρος ἐν μεγάροισιν,
ὡς νῦν, ἢ ἔτι μᾶλλον, ἐμεῦ ἀπονόσφιν ἐόντος·
αὐτὰρ ἐπειδὴ παῖδα γενειήσαντα ἴδηαι,
γήμασθ' ᾧ κ' ἐθέλῃσθα, τεὸν κατὰ δῶμα λιποῦσα.

Οἶδε δὲ καὶ ἐπιτρόπους,

Καί οἱ ἰὼν ἐν νηυσὶν ἐπέτρεπεν οἶκον ἅπαντα,
πείθεσθαί τε γέροντι, καὶ ἕμπεδα πάντα φυλάσσειν.

CLXXXIX. Τὰ δὲ ἐπὶ τοῖς θανάτοις τῶν οἰκείων πένθη οὔτε ἄμετρα εἶναι ἀξιοῖ· ἀγεννὲς γὰρ τοῦτο· οὔτε παντελῶς ἐκκεκόφθαι ἐᾷ· ἀδύνατον γὰρ τὸ ἀπαθὲς ἐπὶ ἀνθρώποις. Ὅθεν λέγει τὰ τοιαῦτα,

Ἀλλ' ἤτοι κλαύσας καὶ ὀδυρόμενος μεθέηκεν·
τλητὸν γὰρ μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισιν.

Ἐν ἄλλοις δέ φησιν,

Ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν ὅς κε θάνῃσι,
νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἤματι δακρύσαντας.

CXC. Ἔγνω δὲ κἀκεῖνα ἃ καὶ νῦν ἐν ταῖς ταφαῖς νομίζεται, ἔν τε ἄλλοις καὶ ἐν τούτοις,

Ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε ἕται τε,
τύμβῳ τε στήλῃ τε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.

Καὶ οἷα ἡ Ἀνδρομάχη φησὶν εἰς τὸν Ἕκτορος νέκυν γυμνὸν κείμενον,

Αἰόλαι εὐλαὶ ἔδονται, ἐπεί κε κύνες κορέσωνται,
γυμνόν· ἀτάρ μοι εἵματ' ἐνὶ μεγάροισι κέονται
λεπτά τε καὶ χαρίεντα, τετυγμένα χερσὶ γυναικῶν.
Ἀλλ' ἤτοι τάδε πάντα καταφλέξω πυρὶ κηλέῳ.
Οὐδέν σοί γ' ὄφελος, ἐπεὶ οὐκ ἐγκείσεαι αὐτοῖς,
ἀλλὰ πρὸς Τρώων καὶ Τρωϊάδων κλέος εἶναι.

Ut Stygius Pluto, sic nobis est inimicus,
Cujus verba sonant aliud, quam pectore sentit.

Et,

Absenti obtrectant, sed præsenti bene dicunt.

CLXXXVII. Porro quum familiæ tum maxime conserventur, quando uxor mariti consilia arcana neque curiose indagat, neque absque illius sententia quidquam facere conatur: utrumque a Junonis exemplo commonstravit; alterum quidem Jovi dicenti attribuens,

Consilium ne quæso meum cognoscere tentes
Omne, soror conjuxque mea;

alterum autem Junoni,

Ne quando posthac mihi succensere velis, si
Clam te conveniam Oceanum, laticemque profundum.

CLXXXVIII. Præterea nec hoc poetam latuit, quod apud omnes in usu est, ut ii qui in bellum exeunt, aut in periculo constituti sunt, aliquid familiaribus suis mandent. Siquidem Andromache Hectorem deflens, ait,

Non etenim moriens mihi dextram jungere tentas,
Nec monitis oneras viduam prudentibus ullis,
Quæ meminisse juvet noctesque diesque dolentem.

Penelope vero mandatorum Ulyssis mentionem facit, qui dixerat, quando in expeditionem ibat,

Haud scio num reducem deus, anne velit perisse
Pergama apud Trojæ: quapropter sit tibi curæ
Noster uterque parens, velut hactenus atque magis nunc,
Quando ego digredior, linquens carissima quæque:
Videris ast ubi Telemacho barbam cecidisse
Primam, nube viro, conjux, cuicumque voles, sed
Ædibus in nostris regnabit filius idem.

Novit et procuratorum rationem:

Nave abiens, procurat uti domus omnis adesset
Ad nutum senioris, et ut rata cuncta manerent.

CLXXXIX. Luctus vero in familiarium funeribus, neque immoderatos (illiberale namque hoc est) probat; neque prorsus e medio tolli (eo quod homines istum affectum exuere nequeant) permittit. Unde talia dicit,

Sed lacrimans sane accessit, lamentaque miscens;
Parcæ namque animos hominum fecere miselios.

In aliis vero ait,

Convenit hunc sepelire statim qui mortuus, etsi
Cottidie lacrimas animo fundamus acerbo.

CXC. Novit autem illa, quæ etiamnum in sepulturis legitima putantur, idque cum in aliis, tum in his,

Ornabunt inibi tumulo statuentque columnam
Fratres, ac socii: pretium quod Manibus amplum.

Et qualia Andromache ad nudum ac jacens Hectoris cadaver inquit,

Vermes te comedent varii, canibus saturatis;
Ædibus at nostris tibi vestimenta reposta,
Filo pertenui quæ texuit ars muliebris.
Ast hæc cuncta dabo flammis, quod nullius usus
Nunc tibi sunt, animus non hæc desiderat ultra,
Sed potius Phrygios, Phrygiasque nurus decorarent.

Οὕτω καὶ ἡ Πηνελόπη τὴν ἐσθῆτα κατασκευάζει

Λαέρτῃ ἥρωϊ ταφήϊον.

Καὶ ταῦτα μὲν μέτρια· τὰ δὲ περισσὰ τούτων, ζῷα ἄλλα τε καὶ ἀνθρώπους ἐπικαίειν τὸν Ἀχιλλέα τῇ τοῦ Πατρόκλου πυρᾷ, οὐκ ἐπαινῶν λέγει· διὸ καὶ ἐπιφωνεῖ,

Κακὰ δὲ φρεσὶ μήδετο ἔργα.

CXCI. Καὶ τὰ πολυάνδρια δὲ πρῶτος ἤγειρε,

Τύμβον δ' ἐκ πεδίου ἵνα χεύομεν, ἐξαγαγόντες·

καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἀγῶνας ἔδειξε πρῶτος. Ταῦτα μὲν κοινὰ τῶν τε ἐν εἰρήνῃ καὶ τῶν ἐν πολέμῳ καθεστώτων.

CXCII. Τὴν δὲ περὶ τοὺς πολέμους ἐμπειρίαν, ἣν καὶ Τακτικήν τινες καλοῦσιν, ἡ ποίησις πεποικιλμένη μὲν πεζομαχίαις, τειχομαχίαις, ἐπιναυμαχίαις, παρατάξεσι, μονομαχίαις, πολλὰ δὲ καὶ στρατηγικὰ περιέχουσα, ὧν ὀλίγα παραθέσθαι ἐστὶν ἄξιον. Ἐν γὰρ ταῖς παρατάξεσιν ἀεὶ χρὴ προτετάχθαι τὸ ἱππικὸν, καὶ ἕπεσθαι τὸ πεζόν· καὶ τοῦτο δὲ δείκνυσιν οὕτως,

Ἱππῆας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφι,
πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν στήσας πολέας τε καὶ ἐσθλούς.

CXCIII. Καὶ τὸ εἶναι ἐν τοῖς στρατιώταις ἡγεμόνας κατὰ τάξεις,

Ἕπτ' ἔσαν ἡγεμόνες φυλάκων, ἑκατὸν δὲ ἑκάστῳ
κοῦροι ἅμ' ἑστείχον δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντες.

Καὶ τῶν ἡγεμόνων τοὺς μὲν προαγωνίζεσθαι ἐν πρώτοις τεταγμένους, τοὺς δὲ κατόπιν γενομένους ἐπείγειν τοὺς λειπομένους πρὸς τὴν μάχην,

Οἱ δ' ἅμφ' Ἰδομενῆα δαΐφρονα θωρήσσοντο·
Ἰδομενεὺς μὲν ἐνὶ προμάχοις συὶ εἴκελος ἀλκήν·
Μηριόνης δ' ἅρα οἱ πυμάτας ὤτρυνε φάλαγγας.

CXCIV. Καὶ ὅτι δεῖ τοὺς δυνάμει διαφέροντας ἐν τοῖς ἔξω στρατοπεδεύειν, ὥσπερ τεῖχος τῶν λοιπῶν περιβεβλημένους, τὸν δὲ βασιλέα ἐν τῷ ἀσφαλεστάτῳ, τουτέστι τῷ μεσαιτάτῳ, κατασκηνοῦν, δείκνυσιν ἐν τῷ τοὺς μὲν γενναιοτάτους, τὸν Ἀχιλλέα καὶ τὸν Αἴαντα, ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τῶν νεῶν κατεσκηνωκέναι, τὸν δὲ Ἀγαμέμνονα καὶ τοὺς ἄλλους ἀρίστους ἐν τῷ μέσῳ.

CXCV. Καὶ τὸ ἐν τῷ στρατοπεδεύεσθαι χάρακάς τε περιβάλλεσθαι, καὶ τάφρους ἀποσκάπτειν εἰς εὖρος καὶ βάθος, καὶ σκόλοψι κύκλῳ διαλαμβάνειν, ὡς μήτε ὑπερπηδᾶν τινα διὰ πλάτος, μήτε διὰ βάθος κατιέναι δύνασθαι, γίνεταί (τε) ἐν τοῖς πολεμίοις καὶ παρ' Ὁμήρῳ,

Ἀπὸ γὰρ δειδίσσετο τάφρος
εὐρεῖ', οὔτ' ἄρ' ὑπερθορέειν σχεδὸν, οὔτε περῆσαι
ῥηϊδίη· κρημνοὶ γὰρ ἐπηρεφέες περὶ πᾶσαν
ἔστασαν ἀμφοτέρωθεν· ὕπερθε δὲ σκολόπεσσιν
ὀξέσιν ἠρήρειστ', οὓς ἔστασαν υἷες Ἀχαιῶν
πυκνοὺς καὶ μεγάλους, δηλῶν ἀνδρῶν ἀλεωρήν.

CXCVI. Καὶ μαχόμενοι θνήσκουσι γενναίως οἱ τούτοις ἑπόμενοι,

Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι·

Ad hunc modum et Penelope

Laerti heroi vestem funebrem

adornat. Atque hæc quidem moderata sunt. Quod vero Achilles, modum in his excedendo, cum alia animantia, tum homines in Patrocli rogo comburat, non ut laudet hoc dicit. Propterea et acclamat,

Facta sed is mala mente volutat.

CXCI. Sepulcreta quoque primus excitavit,

Omnibus e campo ductum struimus monumentum.

Funebria quoque certamina primus monstravit. Atque hæc hominibus cum in pace, tum in bello constitutis communia sunt.

CXCII. Ceterum et rei bellicæ peritiam, quam et Tacticam quidam vocant, poesis illa (utpote pedestri pugna, murali, navali, acie, et singulari certamine variegata), et multa imperatoria complectitur, quorum pauca in medium adducere, haud indignum videtur. In acie namque convenit equitatum semper primo ordine collocari, peditatum vero sequi; id quod ad hunc modum ostendit,

Prima acie ponit currus, equitesque veloces,
Postrema pedites multos locat, egregiosque.

CXCIII. Et ut militum duces in singulis ordinibus sint,

Septem aderantque duces vigilum, juvenesque cuique
Centum aderant, manibus gestantes spicula longa.

Denique ducum quosdam inter principia pugnare; quosdam vero in extrema acie, reliquos ad pugnandum exhortari decet:

Arma rapit, quicumque situs juxta Idomenea,
Idomeneus sed apro similis, qui robore magno
Prima acie pugnat, postremas excitat autem
Meriones illi valida virtute phalanges.

CXIV. Præterea quum præstantes in exterioribus partibus castrametari conveniat, ut reliquis tanquam murus circumjecti sint, regis vero tabernaculum in medioximo, hoc est tutissimo, figi, ad hunc modum id ostendit, quum generosissimos quosque, Achillem et Ajacem, in extremis navium partibus, Agamemnonem vero et reliquos optimates in medio tetendisse ait.

CXCV. Porro quum vallum circa castra injicere soleant, fossas in latum et profundum ducere, easque palis per circuitum ita intersepire, ut nullus eas propter latitudinem transilire, neque propter altitudinem in eas descendere possit, id in agro hostili tendentibus etiam apud Homerum fit,

Fossa etenim fuit illa timori,
Lata, nec ut salias, nec sit penetrabilis ulli.
Namque ab utroque labro stetit ingens aggere vallum;
Desuper at compacta fuit sudibus præacutis,
Quos Danai crassos magnosque prius statuere,
Effugium ut certum fierent, queis Martia corda.

CXCVI. Porro qui istæc sectantur, generosam mortem oppetunt:

Non studio sine, non inglorius interiturus,
Ast aliquid faciens, quo lauder posteritati.

καὶ πάλιν,

Ὅς δέ κεν ὑμέων
βλήμενος ἠὲ τυπείς, θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ,
τεθνάτω· οὐ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης
τεθνάμεν.

CXCVII. Καὶ τοῖς μὲν ἀριστεῦσι γέρα νέμεται,

Ἄλλα δ' ἀριστήεσσι δίδου γέρα, καὶ βασιλεῦσι·

τοῖς δὲ λειποτάκταις ἀπειλεῖ,

Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἐθέλοντα νοήσω,
αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσσομαι.

CXCVIII. Ἐν δὲ ταῖς μάχαις ὃν μὲν τρόπον καὶ ὅπως διαφόρως καὶ ποικίλως τοὺς ἥρωας ποιεῖ τιτρώσκοντας καὶ τιτρωσκομένους, τί δεῖ λέγειν; ἐκεῖνο δὲ ὑπομνῆσαι ἄξιον, ὅτι τοὺς μὲν πρόσθεν τετρωμένους ἐνδοξοτέρους ἡγούμεθα, ἅτε τὴν ἐκ τοῦ συνεστάναι καὶ παραμένειν προθυμίαν δεικνύοντας· τοὺς δὲ τὸ νῶτον ἢ τὸ μετάφρενον πεπληγότας ἀτιμοτέρους, ὡς ἐν τῷ φεύγειν τοῦτο πεπονθότας. Καὶ ταῦτα οὖν ἑκάτερά ἐστι παρ' Ὁμήρῳ,

Εἴπερ γάρ κε βλεῖο πονεύμενος, ἠὲ τυπείης,
οὐκ ἂν ἐπ' αὐχέν' ὄπισθε πέσοι βέλος, οὐδ' ἐνὶ νώτῳ,
ἀλλά κεν ἢ στέρνων ἢ νηδύος ἀντιάσειε
πρόσσω ἰεμένοιο μετὰ προμάχων ὀαριστύν.

Καὶ πάλιν,

Οὐ μέν μοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξεις,
ἀλλ' ἰθὺς μεμαῶτι διὰ στήθεσφιν ἔλασσον.

Χρησίμως δὲ καὶ ἐν τῇ τροπῇ τῶν πολεμίων παραινεῖ, μὴ περὶ τὰ σκῦλα γίνεσθαι, μηδὲ ἐνδιδόναι καιρὸν φυγῆς, ἀλλ' ἐγκεῖσθαι καὶ διώκειν,

Μή τις νῦν ἐνάρων ἐπιβαλλόμενος, μετόπισθεν
μιμνέτω, ὡς κεν πλεῖστα φέρων ἐπὶ νῆας ἵκηται.
Ἀλλ' ἄνδρας κτείνωμεν, ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἕκηλοι
νεκροὺς ἀμπεδίον συλήσετε τεθνειῶτας.

CXCIX. Ἔστι δὲ παρ' αὐτῷ πάσης ἡλικίας κατορθώματα, ὑφ' ὧν πᾶς ὁστισοῦν ἐπαρθείη· ὁ μὲν ἀκμάζων ὑπὸ τοῦ Ἀχιλλέως καὶ Αἴαντος καὶ Διομήδους, ὁ δὲ νεώτερος ὑπὸ τοῦ Ἀντιλόχου καὶ τοῦ Μηριόνου, ὁ δὲ μεσαιπόλιος ὑπὸ τοῦ Ἰδομενέως καὶ τοῦ Ὀδυσσέως, ὁ δὲ γέρων ὑπὸ τοῦ Νέστορος, καὶ πᾶς βασιλεὺς ὑπὸ τούτων ἁπάντων καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος. Τοιαῦτα μὲν τῶν πολιτικῶν λόγων καὶ πράξεών ἐστι παρ' Ὁμήρῳ τὰ λήμματα.

CC. Θεασώμεθα δὲ καὶ περὶ τῶν ἰατρικῶν, εἰ καὶ τούτων μὴ εἶχεν ἀπείρως Ὅμηρος. Καὶ ὅτι μὲν πολλοῦ ἀξίαν τὴν τέχνην ὑπελάμβανε, δῆλον ἐκ τούτου,

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Δοκεῖ δὲ ἡ ἰατρικὴ ἐπιστήμη εἶναι νοσερῶν καὶ ὑγιεινῶν· ἅπερ ἐκ τούτων ἄν τις μάθοι, ὅτι μὲν ἐπιστήμη,

Ἰητρὸς δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων·

ὅτι δὲ ὑγιεινῶν καὶ νοσερῶν,

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά,

σημαίνει τούτων ἑκάτερον.

CCI. Ἔστι δὲ τῆς ἰατρικῆς θεωρητικὸν μὲν, τὸ διὰ

Et rursus,

Vulneribus quicumque necem sibi sentit adesse,
Mortem obeat, sic pro patria est occumbere clarum.

CXCVII. Atque præstantibus quidem viris ob res bene gestas præmia distribuuntur :

Munera dat præstantibus, egregiis ducibusque.

Aciei vero desertoribus comminatur,

Quemcumque a ratibus longe deprehendo volentem,
Istic atra manet mors.

CXCVIII. In pugnis autem quemadmodum, et quam differenter, et quam varie heroas et vulnerare et vulnerari fingat, quid dicere attinet? Illud vero admonitu dignum est, quod eos, qui adversa vulnera acceperunt, illustriores existimamus; utpote qui persistendo ac perseverando animi promptitudinem declarent. A tergo autem et a scapulis ictos, ignominiosiores; quippe qui hoc inter fugiendum perpessi sint. Quorum utrumque apud Homerum est,

Vulnera ne tergo capias, cerviceque nulla,
Ventre sed adverso, sed pectore fixa sagitta
Condecoret, primaque velis decernere pugna.

Et rursus :

Nunquam mi scapulis figes hastam fugienti,
Sed cupio adverso ferias me pectore promptum.

Commode autem in hostium fuga admonet, ne circa spolia occupati sint, neve hostibus aufugiendi occasionem dent, sed instent ac persequantur :

Exuviis inhians nullus post terga maneto,
Ut spolia ampla queat naves perferre Pelasgas,
Hostibus occisis, tum demum incumbite prædæ,
Exuvias hominum campo passim legitote.

CXCIX. Sunt denique apud eum omnis ætatis recte facta, a quibus unusquisque animari possit : in ipso quidem ætatis flore exsistens, ab Achille, Ajace, et Diomede : junior autem, ab Antilocho et Merione : semicanus vero, ab Idomeneo et Ulysse : senex, a Nestore : atque quivis rex a cunctis istis regibus, præsertim Agamemnone. Hujusmodi quidem exemplaria et dictorum et factorum civilium apud Homerum sunt.

CC. Ceterum videamus et de Medicina, num et hujus peritiam Homerus habuerit. Jam quod eam multi fecerit, ex illo constat,

Vir medicus multos alios superaverit unus.

Videtur autem Medicina esse scientia morbidorum et sanorum : id quod ex hisce aliquis conjecerit. Primum quod sit scientia :

Præ cunctis scius est medicus mortalibus aptus.

Deinde quod salubrium, et insalubrium;

Pharmaca multa salubria, mixta, nociva tenebat :

quo versu utrumque istorum innuit.

CCI. Estque medicinæ pars *contemplativa*, quæ per

τῶν καθολικῶν λόγων καὶ διὰ μεθόδου ἐπάγον ἐπὶ τὴν τῶν κατὰ μέρος γνῶσιν, τούτου δὲ αὖ μέρη, τὸ μὲν σημειωτικὸν, τὸ δὲ αἰτιολογικόν· πρακτικὸν δὲ τὸ διὰ τῆς ἐνεργείας αὐτῆς βαδίζον, τούτου δὲ μέρη, τὸ μὲν διαιτητικὸν, τὸ δὲ χειρουργικὸν, τὸ δὲ φαρμακευτικόν. Πῶς οὖν ἑκάστῳ τούτων Ὅμηρος ἐπιβέβληκεν; ὅτι μὲν γὰρ θεωρητικόν τι εἶναι ἐπίσταται, ἐν τούτῳ αἰνίσσεται,

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα·

μητιόεντα γὰρ λέγει δηλονότι κατὰ τέχνην θεωρητικὴν ἐσκευασμένα.

CCII. Τὸ δὲ σημειωτικὸν ἀντιχρυς ἱστορεῖ διὰ τοῦ Ἀχιλλέως. Μαθητὴς γὰρ ὢν Χείρωνος, πρῶτος τὴν αἰτίαν τῆς κατασχούσης τοὺς Ἕλληνας νόσου κατενόησε, συνιδὼν ὅτι τὰ ἐπιδήμια νοσήματα ἐκ τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστιν, ὅς γε δοκεῖ εἶναι ὁ αὐτὸς τῷ Ἡλίῳ· οὗτος γὰρ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους ἐπάγει, αἵπερ ὅταν ὧσι δυσκράτως διακείμεναι, νοσήματος αἰτίαι καθίστανται. Καὶ γὰρ τὸ ὅλον, τήν τε σωτηρίαν καὶ τὸν ὄλεθρον τῶν μὲν ἀνδρῶν τῷ Ἀπόλλωνι, τῶν δὲ γυναικῶν τῇ Ἀρτέμιδι, τουτέστι τῷ Ἡλίῳ καὶ τῇ Σελήνῃ, ἀνατίθησι, τοξότας μὲν αὐτοὺς ποιῶν διὰ τὴν τῶν ἀκτίνων βολήν· οὕτω δὲ διορίζων τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ, ἐπεὶ καὶ θερμότερον φύσει τὸ ἄρρεν γένος. Διὰ ταῦτα γοῦν φησι τὸν μὲν Τηλέμαχον τηλικοῦτον εἶναι, Ἀπόλλωνός γε ἔκητι· τὰς δὲ Τυνδάρεω κούρας ὑπὸ Ἀρτέμιδος ηὐξῆσθαι. Τοὺς δὲ θανάτους αὐτοῖς [ἀνατίθησιν] ἔν τε ἄλλοις πολλοῖς, καὶ ἐν τούτοις διορίζει,

Τοὺς μὲν Ἀπόλλων πέφνεν ἀπ' ἀργυρέοιο βιοῖο,
χωόμενος Νιόβῃ, τὰς δ' Ἄρτεμις ἰοχέαιρα.

Ὅπου δὲ καὶ τὴν τοῦ Κυνὸς ἐπιτολὴν διηγεῖται, σημεῖον καὶ αἴτιον τοῦτο ἐκκαύσεως καὶ νόσων,

Λαμπρότατος μὲν ὅγ' ἐστὶ, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,
καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν.

CCIII. Αἰτιολογεῖ δὲ ἐν οἷς λέγει περὶ τῶν θεῶν,

Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον·
τούνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται.

Ἡ γὰρ τροφὴ ἥ τε ξηρὰ καὶ ὑγρὰ αἵματός ἐστι γεννητική· τοῦτο δὲ τρέφει μὲν τὸ σῶμα, πλεονάσαν δὲ ἡ διαφθαρὲν νόσων αἴτιον γίνεται.

CCIV. Τὸ δὲ πρακτικὸν μέρος τῆς ἰατρικῆς οὕτως ἀκριβοῖ, ἐν ᾧ ἐστι καὶ διαιτητικόν. Πρῶτον μὲν γὰρ οἶδε τὰ χρόνια τῶν νοσημάτων καὶ τὰ ὀξέα, ὡς ὅταν λέγῃ,

Τίς νύ σε κὴρ ἐδάμασσε τανηλεγέος θανάτοιο,
ἢ δολιχὴ νοῦσος, ἢ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα
οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνεν;

CCV. Φανερὸς δέ ἐστι καὶ τὴν λιτὴν δίαιταν ὑγιεινὴν ὑπολαμβάνων· πεποίηκε γὰρ τοὺς ἥρωας ὀπτοῖς κρέασι χρωμένους, περιελὼν τὴν περὶ τὰ βρώματα περιεργίαν. Καὶ ἐπεὶ ἡ γαστὴρ ἀεὶ δεῖται πληρώσεως, ὅταν τὰ πρότερα σιτία καταπεφθέντα τὸ μὲν οἰκεῖον τῷ σώματι εἰς καρδίαν καὶ τὰς φλέβας ἀναπέμψῃ, τὸ δὲ περισσὸν ἐκβάλῃ, τοιαῦτά φησιν,

universales rationes, et per certam viam in particularium cognitionem inducit : cujus rursum partes sunt, signorum observatio, et causarum morbos continentium notitia. *Activa* vero, quæ actione et effectu tractat : cujus partes sunt, victus ratio, chirurgia, et medicamentaria. Quo igitur pacto unumquodque istorum Homerus animadvertit? Partem contemplativam se cognitam habere, in hoc significat,

Talia pharmaca habet consulta Jovis pia nata :

nam ideo vocat *consulta*, quod secundum artem contemplativam instructa essent.

CCII. Signorum autem observationem per Achillem palam facit. Quum enim Chironis discipulus esset, primus morbi, qui Græcos invaserat, causam deprehendit. Norat enim communes ægrotationes ab Apolline, qui idem esse ac Sol videtur, ortum habere. Is namque anni tempora inducit : quæ si intemperata fuerint, morborum causas præbent. Nam in universum, virorum salutem et exitium, Apollini; mulierum, Dianæ, hoc est Soli et Lunæ, tribuit. Quos jaculatores quidem ob radiorum jactum fingit : marem vero et feminam ideo inter se distinguens, quod masculinum genus natura calidius sit. Quapropter « Telemachum Apollinis ductu » in tantum virum evasisse inquit, Tyndari autem (*imo* Pandari) filias Dianæ beneficio adolevisse. Præterea et mortes istis attribuit, idque cum in aliis multis, tum in quibus secernit,

Arcitenens jaculis hos Phœbus Apollo necavit,
Dum Niobæ succenset; et has pharetrata Diana.

Ad hæc ubi canis exortum recenset, signum et causam ipsam æstus ac morborum,

Splendidus est certe, sed pessima quæque minatur,
Ac generat febres miseris mortalibus idem.

CCIII. Morborum autem causas reddit, in quibus de diis ait,

Nec comedunt fruges, nec vina nigrantia potant,
Sanguine ob idque carent, immortalesque vocantur.

Cibus namque sive humidus, sive siccus, sanguinem generat, atque is corpus nutrit : nimius autem, vel corruptus, morborum causa est.

CCIV. Activam autem medicinæ partem, sub qua et victus ratio continetur, accurate tenet. Nam primum quidem diuturnos et acutos morbos novit, ut quando dicit,

Quæ, rogo te, domuit tam lenta morte, sororum,
Vitæ quæ filia trahunt hominis, valetudo diurna,
Anne Diana potens jaculis confecit acutis?

CCV. Constat autem eum frugalem quoque victum salubrem existimare. Finxit namque heroes assis vesci carnibus, ad tollendam circa edulia curiositatem. Porro quum venter assidua saturatione opus habeat (quando prioribus cibis concoctis, id quod corpori affine est, in cor ac venas digesserit, et excrementa per secessum ejecerit) hujusmodi inquit,

Ἀλλ' ἐμὲ μὲν δορπῆσαι ἐάσατε κηδόμενόν περ.
Οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο
ἔπλετο, ἥτ' ἐκέλευσεν ἕο μνήσασθαι ἀνάγκῃ·

καὶ πάλιν,

Ἦ δὲ μάλ' αἰεί
ἐσθέμεναι κέλεται καὶ πινέμεν· ἐκ δέ με πάντων
ληθάνει ὅσσ' ἔπαθον, καὶ ἐνιπλήσασθαι ἀνώγει.

CCVI. Οἶδε δὲ καὶ οἴνου χρήσεως διαφοράς· ὅτι ὁ μὲν πολὺς ποθεὶς βλαβερὸς, ὁ δὲ μέτριος ὠφέλιμος. Τὸ μὲν οὕτως,

Οἶνός σε τρώει μελιηδής, ὅς τε καὶ ἄλλους
βλάπτει, ὃς ἂν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίνῃ·

τὸ δὲ ἐκείνως·

Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει.

Καὶ ὅτι δυνάμεως ποιητικὸς,

Ὅς δέ κ' ἀνὴρ οἴνοτε κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς,
ἀνδράσι δυσμενέεσσι πανημέριος πολεμίζῃ,
θαρσαλέον νύ τοι ἦτορ ἐνὶ φρεσὶν, οὐδέ τι γυῖα
πρὶν κάμνει, πρὶν πάντας ἐρωῆσαι πολέμιοι.

Καὶ τὸν μὲν ἡδὺν εἰς τὰς φιλοφροσύνας παραλαμβάνει,

Ὡς φάτο· Πεντόνοος δὲ μελίφρονα οἶνον ἐκίρνα·

τὸν δὲ σφοδρὸν καὶ καρωτικὸν τῷ Κύκλωπι ὁ Ὀδυσσεὺς [παρα]τίθησι· τὸν δὲ στύφοντα πρὸς ἴασιν· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ Πράμνειος, ὃν τῷ Μαχάονι τετρωμένῳ δίδωσιν.

CCVII. Ὅπως δὲ καὶ γυμνασίοις χρῆσθαι παραγγέλλει, φανερὸν ἐκ πολλῶν. Ἀεὶ γὰρ πονοῦντας ποιεῖ, τοὺς μὲν ἐν τοῖς προσήκουσιν ἔργοις, τοὺς δὲ δι' ἐπιτηδευμάτων· ὁπότε καὶ τοὺς μάλιστα τῇ ἡδυπαθείᾳ κεχρημένους Φαίακας, καὶ τοὺς ἀσώτους μνηστῆρας, γυμναζομένους εἰσάγει. Καὶ πόνους μὲν τοὺς αὐτάρκεις αἰτίους ὑγείας ὄντας νομίζει· τῶν δὲ καταβαρούντων τὸ σῶμα καμάτων ἴαμα τὸν ὕπνον εἶναι· φησὶ γὰρ τῷ Ὀδυσσεῖ κεκμηκότι ἀπὸ τῆς θαλάσσης ὕπνον ἐπελθεῖν,

Ἵνα μιν παύσειε τάχιστα
δυσπραγέος καμάτοιο·

ἡ γὰρ φύσις ἀπαιτεῖ τὸ κεκμηκὸς σῶμα ἀναπαύεσθαι, καὶ ἐν ᾧ ὀλίγον τὸ θερμὸν ὑπάρχει, τοῦτο ἐπεὶ οὐ δύναται πάντῃ ἐξικνεῖσθαι, ἐν τῷ βάθει μένειν. Πῶς δὲ καὶ ἀναπαύεται τὸ σῶμα; ὅτι ἡ σύντασις τῆς ψυχῆς ἀνίεται, καὶ τὰ μέλη τοῦ σώματος λύεται, καὶ τοῦτο ἐναργῶς εἶπεν,

Εὗδε δ' ἀνακλινθεῖσα, λύθεν δέ οἱ ἄψεα πάντα.

Τὸ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄμετρον οὐκ ὂν ὠφέλιμον καὶ ἐπὶ τοῦ ὕπνου ἀποφαίνεται, ποτὲ μὲν εἰπών,

Ἀνίη καὶ πολὺς ὕπνος·

ποτὲ δὲ,

Ἀνίη καὶ τὸ φυλάσσειν
πάννυχον ἐγρήσσοντα.

CCVIII. Ἐπίσταται δὲ καὶ ἀέρων εὐκρασίαν ὑγιείας οὖσαν παρασκευαστικὴν, ἐν οἷς φησιν,

Sed cœnare prius quamquam sinitote dolentem;
Non etenim pejus quidquam ventre imperioso,
Qui meminisse sui jubet, et subigit cogendo.

Et rursus,

Mandere me jubet hic, necnon potare frequenter;
Ex animo tollit mala cuncta, replereque mandat.

CCVI. Novit præterea et vini in utendo discrimina, quod immodice quidem sumptum noceat, modice vero, prosit. Illud quidem ad hunc modum:

Vinum mellifluum, quod multos lædit ineptos,
Si quis potet id immodice, ac se ingurgitet isto.

Hoc autem sic:

Corpora fessa juvat, reficitque suavis lacchus.

Et quod vires corroboret;

Sed quicumque satur fuerit vinoque ciboque,
Perdius esse potest pugnando contra inimicos,
Pectore confidens ut sit, nec membra labascant,
Antea quam cunctos in pugna vicerit hostes.

Et dulce quidem ad hilaritatem conciliandam facere putat:

Dixit; Pontonous sed dulcia fundere vina...

Acre autem et capiti nocivum Ulysses Cyclopi apponit: adstringens vero medelæ adhibet: id enim Pramnium est, quod Machaoni saucio dat.

CCVII. Quod autem gymnasticæ operam dare præcipiat, ex multis constat. Semper enim labori intentos fingit, idque partim pro cujusque officio, partim exercitii causa. Quippe qui Phæacas voluptati operam dantes, et procos quantumvis luxu diffluentes, tamen ipsos se exercere introducat. Atque labores quidem sufficientes sanitatem facere putat; somnum autem corpori defatigato mederi. Ulyssi namque ex marinis laboribus fesso, somnum obrepsisse inquit,

Allevet utque statim hunc ingente labore gravatum.

Natura namque expetit, ut corpus labore defectum requiescat. Et in quo parum caloris est, hunc, quia non potest undiquaque penetrare, in imo manere. Quo autem pacto corpus requiescit? quod animæ contentio remittitur, et membra solvuntur: id quoque perspicue dixit in his,

Decumbens placitum carpit per membra solutа
Somnum.

Porro quemadmodum immoderatus usus in aliis omnibus nocivus est, sic et de immoderato somno Homerus sentit, dum aliquando ait,

defatigatio et multus somnus:

nonnunquam vero,

defatigatio et pernox vigiliarum custodia.

CCVIII. Novit præterea et aeris temperiem ad sanitatem conferre, in quibus ait,

Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς·
τῇ περ ῥηϊστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν·
οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἀρ χειμὼν πολὺς, οὔτε ποτ' ὄμβρος·
ἀλλ' αἰεὶ Ζεφύροιο λιγὺ πνείοντας ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους·

Elysium in campum mitteris et ultima terræ,
Auspicio divûm, retinet loca quæ Rhadamanthus
Et qua parte homini solet esse facillima vita.
Nulla inibi nec nix, nec grandis hiems, pluviæque
Non ullæ, Oceanus mittit sed leniter auras
Spirantes Zephyri, queis felices recreentur.

ἐν οἷς δύο ταῦτα μάλιστα ὀρθῶς διεγνωκὼς φαίνεται, ὅτι τε ἡ ἀρχὴ τῶν ἀνέμων ἀπὸ τῶν ὑγρῶν γίνεται, καὶ ὅτι τὸ ἔμφυτον τοῦ ζῴου θερμὸν δεῖται ἀναψύξεως.

In quibus hæc duo potissimum recte pernovisse videtur, primum quod venti ex humore nascantur, deinde, quod quum calor animanti insitus sit, refrigerio opus habeat.

CCIX. Καὶ ἰάματα δὲ παθημάτων οἶδε· λειποθυμίας μὲν ἀνάψυξιν, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Σαρπηδόνος ποιεῖ,

CCIX. Præterea et passionum medelas novit. In Sarpedone namque fingit, exanimatis refrigerationem conducere:

Αὖθις δ' ἀμπνύνθη· περὶ δὲ πνοιὴ Βορέαο
ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν·

Respiravit, ubi flatus Boreæ recreabat
Exanimem, aspirans animo, qui liquerat illum.

ψύξεως δὲ θέρμην, ὡς ἐπὶ τοῦ Ὀδυσσέως κεχειμασμένου, ὃς ἐν τῷ θάμνῳ κρύπτεται, ἔνθα καὶ ἀνέμων καὶ ὄμβρων ἦν [ἐν] σκέπη, καὶ τῇ παρούσῃ ὕλῃ καλύπτεται. Καὶ ὅπου δὲ λουτρὰ καὶ χρίσματα, ὡς ἐπὶ τοῦ Διομήδους καὶ τοῦ Ὀδυσσέως ἐκ τῆς νυκτεγερσίας ἀνακομισθέντων· καὶ γὰρ οἷαν ὠφέλειαν ἔχει τὰ λουτρὰ, διὰ τούτων μάλιστα δηλοῖ,

Calorem autem frigoris remedium esse, in Ulysse tempestatibus acto demonstrat, dum eum arbustis et materia istic obvia ita contectum scribit, ut a ventorum et pluviarum vi protegeretur. Alicubi vero lavacra, et unguenta: ut in Diomede, et Ulysse, qui per ea a defatigatione, quam ex nocturnis vigiliis contraxerant, curati sunt. Etenim qualem commoditatem lavacra habeant, in his potissimum declarat,

Θυμῆρες κεράσασα κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων.

Grata lavacra caput humerosque lavando, refudit.

Φανερὸν οὖν ὅτι ἐντεῦθεν ἔχοντα τὴν ἀρχὴν τὰ νεῦρα, εἰκότως ἀπ' αὐτῶν καὶ τὴν ἴασιν τοῦ κόπου λαμβάνει· αὕτη δέ ἐστιν ἡ διὰ τοῦ θερμανθῆναι καὶ ὑγρανθῆναι· ξηραίνουσι γὰρ οἱ κόποι.

Constat igitur quum nervi hinc originem habeant, quod et laboris medelam ab illis sumi consentaneum sit. Ea autem calefaciendo atque siccando fit. Labores enim arefaciunt.

CCX. Λοιπόν ἐστι σκοπεῖν ὅπως καὶ τὰ τῆς χειρουργίας κατενόησε. Τὸν μὲν δὴ Μενέλαον ὁ Μαχάων ἰᾶται, πρῶτον ἐκκομισάμενος τὸ βέλος, ἔπειτα σκεψάμενος τὸ ἕλκος, καὶ ἐκπιέσας τὸ αἷμα, καὶ ξηρὰ φάρμακα ἐπιπάσας· καὶ τοῦτο πρόδηλον, ὅτι τεχνικῶς αὐτῷ πράσσεται. Τὸν δὲ Εὐρύπυλον κατὰ τοῦ μηροῦ τετρωμένον Πάτροκλος πρῶτα μὲν τῷ εὐπορηθέντι μαχαιρίῳ διαχειρίζει, ἔπειτα ἀπονίψας ὕδατι λιαρῷ, ὡς ἀνωδυνώτερον γένοιτο, ῥίζαν ἐπιβάλλει· πολλαὶ γὰρ πανταχῇ πρὸς ἴασιν ἑλκῶν πεφύκασιν. Ἔγνω δὲ καὶ τοῦτο, ὡς τὰ πικρὰ φάρμακα πρὸς τὸ ξηραίνειν ἐστὶν ἐπιτήδεια· ξηραίνεσθαι δὲ χρῄζει τὰ ἕλκη. Καὶ οὐκ εὐθέως ἰασάμενος ὁ Πάτροκλος ἀπῆλθεν, ἀλλ'

CCX. Reliquum est ut consideremus, quo pacto et chirurgicam partem tenuerit. Menelao quidem Machaon ita medetur, ut primo jaculum eximat, deinde ulcus inspiciat, sanguinem exprimat, ac sicca medicamenta inspergat. Idque artificiose ab eo fieri, perquam manifestum est. Eurypylum vero Patroclus primum cultello forte obvio pertractat, deinde aqua calida eluit, et ut dolor mitigaretur, radicem adhibet: multæ namque passim ad ulcerum medelam proveniunt. Novit præterea quod medicamenta amara ad siccandum idonea sint, et quod ulcera siccatione opus habeant. Quin et Patroclus, eo sanato, non statim abiit, sed

Ἥστό τε, καὶ τὸν ἕτερπε λόγοις·

assidebat, ac sermonibus oblectabat;

ἔδει γὰρ τῷ ὀδυνωμένῳ παραμυθίας. Τὸν δὲ Μαχάονα τρωθέντα οὐ μεγάλην οὐδὲ καίριον πληγὴν ἐπὶ τοῦ ὤμου, εἰκότως ἀφυλακτοτέρᾳ διαίτῃ ποιεῖ χρώμενον· ἴσως καὶ τὴν τέχνην αὐτοῦ δείκνυσιν· ὁ γὰρ τὰ ἄλλα ὡς ἔτυχε διαιτώμενος, ἑαυτὸν ἰᾶσθαι ἐδύνατο.

dolenti namque consolatione erat opus. Machaonem vero in humero non magna nec letali plaga vulneratum, negligentiore victu uti merito fingit; ac fortasse illius in hac arte peritiam ostendit: qui enim alias convenienti victu utebatur, se ipsum sanare poterat.

CCXI. Κἀκεῖνο δέ ἐστι κατανοῆσαι παρ' αὐτῷ, ὅτι οὐκ ἀγνοεῖ τῶν ἰατρικῶν φαρμάκων τὰ μὲν ἐπίπλαστα καὶ ἐπίπαστα, ὡς ὅταν εἴπῃ,

CCXI. Illud vero etiam apud eum animadvertendum est, quod non ignoret, medicorum pharmacorum quædam emplastra et inspersiva esse, ut quando ait,

Ἐπὶ δ' ἤπια φάρμακα πάσσε·

lenia sane medicamenta inspergebat;

τὰ δὲ ποτὰ, ὅπου ἡ Ἑλένη τῷ κρατῆρι μίσγει φάρμακον

quædam vero poculenta, ubi Helena pharmacum crateri immiscet,

Νηπενθὲς, ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων.

Nepenthes, adimens iram, mala cunctaque tollens.

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν δηλητηρίων φαρμάκων τὰ μὲν ἐπίχριστα οἶδεν, ὡς ἐν τούτοις,

Ad eundem modum et venenatorum pharmacorum alia illinitiva esse novit, ut in istis,

Φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενος, ὄφρα οἱ εἴη
Ἰοὺς χρίεσθαι χαλκήρεας·

τὰ δὲ ποτὰ, ἐν ἐκείνοις,

Ἐν δὲ βάλῃ κρητῆρι, καὶ ἡμέας πάντας ὀλέσσῃ.

Ταῦτα μὲν καὶ περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ ἰατρικῶν.

CCXII. Ὠφελοῦνται δὲ οἱ ἄνθρωποι, ὥσπερ ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς, οὕτως ἔστιν ὅτε καὶ ἀπὸ τῆς Μαντικῆς. Ταύτης οὖν τὸ μὲν τεχνικόν φασιν εἶναι οἱ Στωϊκοί· οἷον, ἱεροσκοπίαν καὶ οἰωνοὺς, καὶ τὸ περὶ φήμας καὶ κληδόνας καὶ σύμβολα, ἅπερ συλλήβδην τεχνικὰ προσηγόρευσαν· τὸ δὲ ἄτεχνον καὶ ἀδίδακτον, τουτέστιν ἐνύπνια καὶ ἐνθουσιασμούς. Οὐδὲ ταῦτα οὖν Ὅμηρος ἠγνόησεν· ἀλλ' οἶδε μὲν μάντεις καὶ ἱερεῖς καὶ ὀνειροπόλους, ἔτι δὲ καὶ οἰωνιστὰς, καί τινα ἐν Ἰθάκῃ σοφὸν

Ὄρνιθάς (τε) γνῶναι, καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι·

καὶ Ὀδυσσεύς φησιν εὐχόμενος,

Φήμην τίς μοι φάσθω ἐγειρομένων ἀνθρώπων
Ἔνδοθεν, ἔκτοσθεν δὲ Διὸς τέρας ἄλλο φανήτω.

Καὶ πταρμὸς δὲ παρ' αὐτῷ σύμβολον ἀγαθὸν γίνεται. Τοῖς δὲ μνηστῆρσιν ἐφίσταται ἔνθεος μάντις, ἔκ τινος ἐπιπνοίας σημαίνων τὰ μέλλοντα· ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Ἕλενος αὐτήκοός φησι θείας φωνῆς γεγονέναι,

Ὡς γὰρ ἐγὼν ὅπ' ἄκουσα θεῶν αἰειγενετάων,

παρέχει πιστεύειν ὅτι καὶ Σωκράτης ἀπὸ τῆς τοῦ δαιμονίου φωνῆς ἐμαντεύετο.

CCXIII. Τίς ἔτι καταλείπεται λογικὴ τέχνη ἢ ἐπιστήμη; ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ Τραγῳδία τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ἐξ Ὁμήρου, εἰς ὄγκον πραγμάτων καὶ λόγων ἐπαρθεῖσα. Ἔστι γὰρ παρ' αὐτῷ πᾶν εἶδος τραγῳδίας, ἔργα μεγάλα καὶ παράδοξα, καὶ θεῶν ἐπιφάνειαι, καὶ λόγοι φρονήματος μεστοὶ, καὶ ἠθῶν παντοίων μιμητικοί. Συνελόντι δὲ εἰπεῖν, ὅτι οὐδὲν ἄλλο ἀλλ' ἢ δράματα αὐτοῦ ἐστι τὰ ποιήματα, σεμνὰ μὲν καὶ ἐπηρμένα τῇ λέξει καὶ τῇ διανοίᾳ καὶ τοῖς πράγμασιν, οὐκ ἔχοντα δὲ ἀνοσίων ἔργων ἐπιδείξεις, γάμους ἀθεμίτους, ἢ παίδων ἢ γονέων σφαγὰς, ἢ ὅσα ἄλλα ἡ νεωτέρα τραγῳδία τερατεύεται· ἀλλὰ καὶ ὅταν τοιούτου τινὸς ἐπιμνησθῇ, ἐπικρύπτειν μᾶλλον ἢ ὀνειδίζειν πειρᾶται τὸ ἁμάρτημα· ὡς ἐπὶ τῆς Κλυταιμνήστρας πεποίηκε. Φησὶ γὰρ ὅτι

φρεσὶ κέχρητ' ἀγαθῇσιν

« τὸ πρότερον, ἕως παρόντα εἶχε τὸν ἀοιδὸν (τουτέστι διδάσκαλόν τινα) ὑπὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος ἐπισταθέντα, ὅπως αὐτῇ τὰ ἄριστα παραινῇ· » τοῦτον δὲ ἐκποδὼν ὁ Αἴγισθος θέμενος, παρέπεισεν αὐτὴν ἐξαμαρτάνειν. Καὶ ὅτι ὁ Ὀρέστης δικαίως ἐτιμωρήσατο τῷ πατρὶ τὸν Αἴγισθον ἀποκτείνας, τὴν δὲ τῆς μητρὸς ἀναίρεσιν ἀπεσίγησε. Καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἰδεῖν ἐστι παρὰ τῷ ποιητῇ, τραγῳδίαν σεμνὴν καὶ οὐκ ἀπάνθρωπον γράφοντι.

CCXIV. Οὐδὲν δὲ ἔλασσον καὶ ἡ Κωμῳδία ἐνθένδε ποθὲν ἔλαβε τὴν ἀφορμήν· εὗρε γὰρ ὅτι καὶ παρὰ τῷ

Pharmacon interimens homines sectatur, ut illo
Inficiat jaculum æratum.

Alia vero poculenta, ut in illis,

Crateri injiciens, ut cunctos perdere possit.

Hactenus de re medica apud Homerum.

CCXII. Porro quemadmodum Medicina hominibus conducit, sic et Divinatio. Cujus unam quidem partem Stoici *artificialem* esse dicunt, ut est extorum inspectio, augurium, oraculum, sortes, et signa, quæ in universum *artificialia* ab illis appellantur : alteram vero *inartificialem*, et quæ non docetur, ut sunt somnia et vaticinationes furore divino instinctorum. Neque istæc Homerus ignoravit : imo vero vates, sacerdotes, et somniorum interpretes novit; præterea et augures, et quendam in Ithaca sapientem,

Augurium norit, necnon qui commoda dicat.

Et Ulysses votum faciens ait,

Numinis instinctu oraculum referat mihi quisquam
Intus, sed Jovis ostentum mi appareat extra.

Sternutatio quoque apud eum boni ominis est. Procis autem vates divinus assistit, qui numinis afflatu futura significat. Quandoquidem etiam Helenus se divinæ vocis auditorem fuisse prædicat,

Auribus hisce meis vocem hausi namque deorum,

credendi causam præbet, Socratem quoque ab illius dæmonii voce responsum petere solitum fuisse.

CCXIII. Quæ præterea rationalis ars, aut scientia reliqua fit? Imo vero et Tragœdia, quæ ad rerum et verborum magnificentiam elata est, ab Homero originem sumpsit. Omnes namque tragœdiæ species apud eum sunt, facta magnifica et admiranda, deorum apparitiones, orationes fastu turgidæ, atque omnigenorum morum imitatrices. Et ut summatim dicam, poemata ejus nihil aliud sunt quam actus graves et sublimes, sive dictionem, sive res ac sententias spectes. Neque continent impiorum facinorum demonstrationes, ut sunt nuptiæ illegitimæ, liberorum aut parentum cædes, aut alia portenta, quæ a recentiori Tragœdia finguntur. Imo vero quum ejusmodi quidpiam commeminit, delictum magis contegere, quam conviciis incessere conatur; ut in Clytæmnestra fecit. Ait namque,

eam bona mente præditam

eatenus fuisse, quatenus cantorem, hoc est præceptorem quendam ab Agamemnone constitutum, secum habebat, qui ei optima quæque præcipiebat. Isto autem e medio sublato, tum demum ab Ægistho ad peccandum illectam esse. Ad hæc quod Orestes patrem jure ultus sit, Ægistho necato, quum interim matris interemptionem obticuerit. Hæc atque alia istiusmodi multa apud poetam, scribentem tragœdiam gravem, sed minime inhumanam, videre licet.

CCXIV. Nihilominus autem et Comœdia indidem alicunde originem cepit. Deprehendit namque in eo, quam-

τὰ σεμνότατα καὶ ὑψηλότατα διηγουμένῳ ἐπεισόδιά τινά ἐστι γέλωτα κινοῦντα, ὥσπερ ἐν τῇ Ἰλιάδι ὁ μὲν Ἥφαιστος χωλεύων εἰσάγεται οἰνοχοῶν τοῖς θεοῖς,

Ἄσβεστος δ' ἀρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν.

ὁ δὲ Θερσίτης, τῷ τε σώματι αἴσχιστος, καὶ τὴν ψυχὴν κάκιστος, ἐκ τοῦ θορυβεῖν καὶ κακολογεῖν καὶ αὐχεῖν· ἐφ' οἷς τυπτόμενος ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως, πάντας γελᾶν παρεσκεύασεν·

Οἱ δὲ καὶ ἀχνύμενοί περ ἐπ' αὐτῷ ἡδὺ γέλασσαν.

Ἐν δὲ τῇ Ὀδυσσείᾳ ὁ παρὰ τοῖς ἡδυπαθοῦσι Φαίαξι μελῳδὸς ᾄδει τὴν Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης μοιχείαν, καὶ ὅπως ἐμπεσόντες εἰς τὰ τοῦ Ἡφαίστου δεσμὰ, κατάφωροί τε ἐγένοντο, καὶ γέλωτα παρέσχον τοῖς ἄλλοις θεοῖς, οἳ καὶ ἔσκωψαν χαριέντως πρὸς ἀλλήλους. Καὶ παρὰ τοῖς ἀσώτοις μνηστῆρσιν εἰσάγεται ὁ πτωχὸς Ἶρος, τῷ γενναιοτάτῳ Ὀδυσσεῖ ἐρίζων εἰς πάλην, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ φαινόμενος καταγέλαστος. Καθόλου γὰρ οἰκεῖόν ἐστι τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει, μὴ μόνον ἐπιτείνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀνίεσθαι, ἵνα καὶ διαρκῇ πρὸς τοὺς ἐν τῷ ζῆν πόνους. Τοιαύτη μὲν καὶ ἡ θυμηδία παρὰ τῷ ποιητῇ εὑρίσκεται. Εἰ δὲ οἱ μετ' αὐτὸν εἰσαγαγόντες τὴν κωμῳδίαν λόγοις αἰσχροῖς καὶ ἀποκεκαλυμμένοις εἰς παρασκευὴν γέλωτος ἐχρήσαντο, οὐκ ἂν εἴποιεν ἄμεινόν τι εὑρηκέναι. Καὶ γὰρ τῶν ἐρωτικῶν διαθέσεων καὶ λόγων Ὅμηρος μὲν ἐγκρατῶς ἐπεμνήσθη· ὥσπερ ὁ Ζεύς φησιν,

Οὐ γὰρ πώποτέ μ' [ὧδε] ἔρως φρένας ἀμφεκάλυψε,

καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἐπὶ τῆς Ἑλένης,

Οὐ νέμεσις Τρῶάς τε καὶ εὐκνήμιδας Ἀχαιοὺς
τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν·

καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· οἱ δ' ἄλλοι ποιηταὶ ἀκρατῶς καὶ ἀμέτρως ἁλισκομένους τῷ πάθει τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησαν. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.

CCXV. Ἔστι δέ τι χάριεν εἶδος λόγων καὶ τὸ τῶν Ἐπιγραμμάτων, ὅπερ εὑρέθη ἐπὶ τῶν ἀγαλμάτων, καὶ αὖ πάλιν ἐπὶ τῶν μνημάτων, σημαῖνον συντόμως τὸν τούτων τινὶ τετιμημένον. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο Ὁμήρου, ὅπου φησὶν,

Ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κατατεθνειῶτος,
ὃν ποτ' ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος Ἕκτωρ·

καὶ πάλιν

Ἕκτορος ἥδε γυνὴ, ὃς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι
Τρώων ἱπποδάμων, ὅτι Ἴλιον ἀμφεμάχοντο.

CCXVI. Εἰ δὲ καὶ ζωγραφίας διδάσκαλον Ὅμηρον φαίη τις, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι. Καὶ γὰρ εἶπέ τις τῶν σοφῶν, ὅτι ἐστὶν ἡ ποιητικὴ ζωγραφία λαλοῦσα, ἡ δὲ ζωγραφία ποιητικὴ σιωπῶσα. Τίς οὖν πρῶτος, ἢ τίς μᾶλλον Ὁμήρου τῇ φαντασίᾳ τῶν νοημάτων ἔδειξεν ἢ τῇ εὐφωνίᾳ τῶν ἐπῶν ἐκόσμησε θεοὺς, ἀνθρώπους, τόπους, πράξεις ποικίλας; ἀνέπλασε δὲ τῇ ὕλῃ τῶν λόγων καὶ ζῷα παντοῖα, καὶ μάλιστα τὰ ἀλκιμώτατα, λέοντας, σύας, παρδάλεις· ὧν τὰς μορφὰς καὶ διαθέσεις

vis gravia et sublimia narret, quod episodia quædam sint risum moventia: sicut Vulcanus quidem in Iliade claudicans, et diis vina infundens introducitur:

Excitat immensum risum cœlestibus ille.

Thersites autem corpore turpissimus, et animo scelestissimus, ob tumultum, maledicentiam et insolentiam ab Ulysse pulsatus, omnibus ridendi materiam præbuit:

Tristantes quamquam, risernnt suaviter omnes.

In Odyssea vero apud Phæacenses, voluptati operam dantes, cantor *Demodocus* Martis Venerisque adulterium canit, et quomodo Vulcani vinculis constricti, in ipsoque facto deprehensi, reliquis diis risum moverint, ita ut jucundis inter se salibus luserint. Quin et apud procos luxu diffluentes Irus mendicus cum generosissimo Ulysse lucta decertans, et in ipso facto ridiculus apparens, introducitur. In universum namque hominis naturæ familiare est, ut non solum intendatur, sed etiam remittatur, uti ad labores in vita sustinendos par sit. Ejusmodi quidem animi oblectatio apud poetam invenitur. Porro quum hi, qui post ipsum comœdiam invexerunt, verbis turpibus et nudis, ad risum ciendum usi sint, minime se melius quiddam invenisse glorientur. Homerus enim amatoriarum affectionum et orationum modeste commeminit, ut quando Juppiter ait,

Numquam adeo cepit Veneris mihi filiu' mentem,

et cetera. Et de Helena,

Haud nefas est Phrygios, æratos atque Pelasgos,
muliere pro tali longum decernere ferro;

et his similia. Alii vero poetæ homines hoc affectu incontinentius et immodestius capi finxerunt. Atque hæc quidem hactenus.

CCXV. Habent autem et Epigrammata jucundam orationis speciem, quæ in statuis, ac deinde in monumentis initium habuit, succincte eum denotans, qui alterutro istorum honoratus fuerat. Atqui et istud Homeri est, ubi ait,

Continet hocce sepulchrum hominem, quem strenue agen-
Magnanimus quondam occidit Priameius Hector. [tem

Et rursus,

Hectoris est conjux, equites qui fortiter inter
Trojugenas gessit, tutantes Ilion altum.

CCXVI. Ceterum si quis dicat Homerum Picturæ magistrum, nequaquam erraverit. Quum enim quispiam ex sapientibus dixerit, *poeticam esse loquentem picturam, et picturam esse tacens poema*, quis primus, aut quis plus quam Homerus, deos, homines, loca, et varia gesta, sensuum imaginatione aut verborum lenocinio ornavit? Effinxit autem et per dicendi materiam animantia omnifaria, et validissima quæque, leones, sues, pardos. Quorum formam, et dispositionem describens, ac humanis

ὑπογράψας, καὶ ἀνθρωπείοις πράγμασι παραβαλὼν, ἔδειξεν ἑκατέρας τὰς οἰκειότητας. Ἑτόλμησε δὲ καὶ θεοῖς μορφὰς ἀνθρώπων εἰκάσαι· ὁ δὲ τὴν ἀσπίδα τῷ Ἀχιλλεῖ κατασκευάσας Ἥφαιστος, καὶ ἐντορεύσας τῷ χρυσῷ γῆν, οὐρανὸν, θάλασσαν, ἔτι δὲ μέγεθος Ἡλίου, καὶ κάλλος Σελήνης, καὶ πλῆθος ἄστρων στεφανούντων τὸ πᾶν, καὶ πόλεις ἐν διαφόροις τρόποις καὶ τύχαις καθεστώσας, καὶ ζῷα κινούμενα καὶ φθεγγόμενα, τίνος οὐ φαίνεται τέχνης τοιαύτης δημιουργοῦ τεχνικώτερος;

CCXVII. Ἴδωμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλου ἑνὸς ἐκ πολλῶν παραδείγματος, ὅτι ὁρωμένοις μᾶλλον ἢ ἀκουομένοις ἔοικε τὰ ποιήματα, ὥσπερ οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐν οἷς τὴν οὐλὴν τοῦ Ὀδυσσέως φράσας, ἐπιφέρει τὰ τῆς Εὐρυκλείας,

Τὴν γρηὺς χείρεσσι καταπρηνέσσι λαβοῦσα,
γνῶ ῥ' ἐπιμασσαμένη, πόδα δὲ προέηκε φέρεσθαι.
Ἄψ δ' ἐτέρωσ' ἐκλίθη· τὸ δ' ἐπὶ χθονὸς ἐξέχυθ' ὕδωρ.
Τὴν δ' ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος Ἕλε φρένα· τὼ δέ οἱ ὄσσε
δακρυόφιν πλῆσθεν, θαλερὴ δέ οἱ ἔσχετο φωνή.
Ἁψαμένη δὲ γενείου, Ὀδυσσῆα προσέειπεν·
Ἦ μάλ' Ὀδυσσεύς ἐσσι, φίλον τέκος· οὐδέ σ' ἔγωγε
πρὶν ἔγνων, πρὶν πέντα ἄνακτ' ἐμὸν ἀμφαφάασθαι.
Ἦ, καὶ Πηνελόπειαν ἐσέδρακεν ὀφθαλμοῖσι,
περῥαδέειν ἐθέλουσα,

καὶ τὰ ἑξῆς· ἐνταῦθα γὰρ καὶ τῶν ἐν πίνακι γραπτῷ δεδειγμένων, τῶν ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν πεσεῖν δυναμένων, ἐμφαίνεται πλείω, τὰ μηδὲ τῇ ὄψει ἔτι καταληπτὰ, ἀλλὰ τῇ νοήσει μόνῃ, ἥ τε διὰ τὴν ἔκπληξιν ἄφεσις τοῦ ποδὸς, καὶ ὁ ψόφος τοῦ χαλκοῦ, καὶ τὸ ἐκχεόμενον ὕδωρ, καὶ ἡ τῆς γραὸς λύπη τε ἅμα καὶ χαρὰ, καὶ τὰ ῥηθέντα πρὸς τὸν Ὀδυσσέα, καὶ ἃ πρὸς τὴν Πηνελόπην ἀποβλέψασα εἰπεῖν ἐμέλλησε. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα γραφικῶς παρὰ τῷ ποιητῇ δείκνυται, ἅπερ ἐν αὐτῇ τῇ ἀναγνώσει θεάσασθαι ἔνεστιν.

CCVIII. Ἐνταῦθα καιρὸς καταπαύειν τὸν λόγον, ὃν, ὥσπερεὶ στέφανον ἐκ λειμῶνος πολυανθοῦς καὶ ποικίλου πλέξαντες, ταῖς Μούσαις ἀνατίθεμεν. Καὶ οὐκ ἂν φροντίσαιμεν εἴ τις ἐπιτιμήσειεν, ὅτι πονηρῶν πραγμάτων ὑπόθεσιν ἐχουσῶν τῶν τοῦ Ὁμήρου ποιήσεων, προσάπτομεν αὐτῷ λόγους φυσικοὺς, πολιτικοὺς καὶ ἠθικοὺς, καὶ ἐπιστήμας ποικίλας. Ἀνάγκη μὲν γὰρ ἦν τῷ ποιητῇ πράξεις παραδόξους, καὶ πάθη καὶ ἤθη διάφορα ὑποθέσθαι· ἐπεὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ καθ' ἑαυτὰ ἁπλᾶ ἐστι καὶ μονοειδῆ καὶ ἀκατασκεύαστα, τὰ δὲ τοῖς κακοῖς ἀναμεμιγμένα πολλοὺς ἔχει (καὶ) τρόπους καὶ παντοίας διαθέσεις, ἐξ ὧν ἡ ὕλη τῶν πραγμάτων συνίσταται· ἐν ᾗ παρατιθεμένων τῶν χειρόνων, ἡ τῶν ἀμεινόνων γνῶσις καὶ αἵρεσις ῥᾴων καθίσταται. Καὶ τὸ ὅλον, ἡ τοιαύτη ὑπόθεσις παρέσχεν ἀφορμὰς τῷ ποιητῇ παντοδαποὺς κινῆσαι λόγους, τοὺς μὲν ἀπ' αὐτοῦ, τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν εἰσαγομένων προσώπων· ὥστε τὴν ἀπὸ τούτων ὠφέλειαν τοῖς ἐντυγχάνουσι παρασχεῖν. Πῶς δὲ οὐκ ἂν πᾶσαν ἀρετὴν ἀναθείημεν Ὁμήρῳ; ὅπου καὶ ὅσα αὐτὸς μὴ ἐπετήδευσε, ταῦτα οἱ ἐπιγενόμενοι ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ κατενόησαν· καὶ χρῶνται.

rebus comparans, utrasque proprietates ostendit. Ausus est autem et diis hominum formas comparare. Et Vulcanus clypeum Achilli fabrefaciens, ac terram, cœlum, mare auro insculpens, præterea Solis magnitudinem, Lunæ venustatem, et siderum, quæ totum cœlum ornant, multitudinem, et urbes variis moribus ac fortuna utentes, denique animalia, quæ moventur, et loquuntur, quo tandem hujusmodi artis opifice non videtur artificiosior?

CCXVII. Videamus autem et in alio uno e multis exemplo, quod poemata iis magis conformia sint, quæ visu, quam quæ auditu percipiuntur. Qualia sunt hæc, in quibus Ulyssis cicatricem narrans, ea quæ ab Euryclea fiunt, inducit,

Hanc anus arripiens manibus pronisque, fovensque,
Agnovit, rejicitque pedem, qui lapsus in undam
Cum sonitu, effudit lympham, totumque lebetem.
Lætitia atque dolor simul hanc tum ceperat ingens,
Et lacrimis maduere genæ, et vox faucibus hæsit.
Postea sed mulcens barbam, compellat Ulyssem:
Haud dubium, quin sis soboles mea, carus Ulysses;
At te non prius agnovi, quam vultus herile
Attigeram. Hæc dicens, aspexit Penelopeam,
Significare volens,

et cetera. Istic enim etiam plura quam quæ in picta tabula monstrantur, et ob oculos ponuntur, notat, quæ non visu, sed sola cogitatione comprehendi queant, ut est pedis præ stupore dimissio, ærei lebetis sonitus, aqua effusa, aniculæ quum tristitia, tum gaudium, ejusdem ad Ulyssem verba, denique quæ ad Penelopen respiciens, dicere conata est. Multa præterea et alia graphice apud poetam demonstrantur, quæ in ipsa lectione spectare licet.

CCXVIII. Hic tempus est ut orationem finiam, quam veluti coronam e florido et variegato contextam prato, Musis dedicamus. Nec nobis curæ fuerit, si quis reprehendat, quod quum Homeri poemata rerum malarum argumentum contineant, ei rationes physicas, civiles, morales, et varias scientias attribuam. Necessum enim poetæ fuerat, gesta admiranda, et perturbationes, et mores diversos ponere: quandoquidem bona per se, simplicia sunt et ejusdem speciei, nec digerendo ornatum accipiunt: malis autem intermixta, multas habent mutationes, et omnimodas dispositiones, ex quibus rerum materia conflatur: in qua deterioribus adjectis, meliorum cognitio et electio facilior fit. Et in summa, istiusmodi argumentum, poetæ occasionem movendi omnifarios sermones suppeditavit, idque partim sub aliena persona, ita ut lectoribus per hæc multum utilitatis attulerit. Quo autem pacto non omnem virtutem Homero acceptam feremus? ubi et ea, in quibus ipse non multum operæ posuit, posteri in ejus poematibus inesse animadver-

ται μέν τινες πρὸς μαντείαν τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ, καθάπερ τοῖς χρησμοῖς τοῦ θεοῦ· ἄλλοι δὲ ἑτέρας ὑποθέσεις προθέμενοι, ἁρμόζουσιν ἐπ' αὐτὰς τὰ ἔπη μετατιθέντες καὶ συνείροντες.

terunt : dum videlicet quidam ad vaticinium ejus versibus, tamquam oraculis divinis, utuntur; quidam vero eos transpositos, et consutos, aliis sibi argumentis propositis accommodant.

ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ

ΑΙΣ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΣ ΕΧΡΩΝΤΟ.

PROVERBIA

QUIBUS

ALEXANDRINI USI SUNT.

I. « Οἶκοι τὰ Μιλήσια »· ἐπὶ τῶν ὅπου μὴ προσήκει τὴν τρυφὴν ἐπιδεικνυμένων. Ἀρισταγόρας ὁ Μιλήσιος ἐλθών ποτε εἰς Λακεδαίμονα, ἠξίου βοηθεῖν τοῖς Ἴωσι πολεμουμένοις ὑπὸ Περσῶν· ἐδημηγόρει δὲ ἐσθῆτα ἔχων πολυτελῆ καὶ τὴν ἄλλην τρυφὴν τὴν Ἰωνικήν· εἶπεν οὖν τις πρὸς αὐτὸν τῶν Ἐφόρων, Οἶκοι τὰ Μιλήσια.

Domi Milesia. In eos qui luxuriam ostentant ubi non oportet. Aristagoras Milesius, quum aliquando venisset Lacedæmona rogatum ut suppetiæ ferrentur Ionibus, quos Persæ oppugnabant, atque ita concionaretur in veste pretiosa ac reliquo luxu Ionico, dixit illi ex Ephoris unus, *Domi Milesia.*

II. « Αἱ Χάρητος ὑποσχέσεις »· ἐπὶ τῶν προχείρως ἐπαγγελλομένων. Χάρης γὰρ στρατηγὸς Ἀθηναῖος προχείρως πολλὰ ἐπηγγείλατο.

II. *Charetis promissiones.* In eos qui prompte pollicentur. Chares enim dux Atheniensis prompte multa pollicebatur.

III. « Ὀπισαμβώ »· ἐπὶ τῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐν τοῖς πράγμασι προβαινόντων ἀεί· παρὰ τὸ ὀπίσω βαίνειν.

III. *Opisambo.* In eos qui semper in negotiis in pejus procedunt; composita voce ab ὀπίσω βαίνειν, *retrogradi.*

IV. « Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, [ἐγὼ δ' εἴην Τενεάτης] »· κώμη ἐστὶ πλησίον τῆς Κορίνθου κατάφυτος, ὡς τῶν ἐν τῇ κώμῃ ὁμολογούντων μὲν Κόρινθον εἶναι εὐδαίμονα, αἱρουμένων δὲ ἧττονα κώμην ἔχειν.

IV. *Beata Corinthus,* [*at ego sim Teneates.* Tenea] pagus est prope Corinthum consitus, tanquam paganis fatentibus Corinthum quidem beatam esse, præferentibus vero minorem pagum habere.

V. « Τυδεὺς ἐκ συφορβίου »· ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων. Οἰνεὺς τὴν θυγατέρα Ἱππονόου Περίβοιαν ἐβιάσατο· γνοὺς δὲ αὐτὴν ἔγκυον οὖσαν ὁ πατὴρ συφόρβοις παρέδωκε μετὰ τοῦ γενομένου παιδίου Τυδέως.

V. *Tydeus ex hara.* In indoctos. Œneus filiam Hipponoi Peribœam violavit. Pater autem, cognito filiam esse gravidam, subulcis eam tradidit cum nato Tydeo.

VI. « Κλειτοριάζεις »· ἐπὶ τῶν παιδερασταούντων.

VI. *Clitoriazeis.* In puerorum amatores.

VII. « Τί σοι ὁ Ἀπόλλων ἐκιθάρισεν; » ἤγουν, τί ἐμαντεύσατο;

VII. *Quid tibi Apollo citharizavit?* Id est, Quid vaticinatus est?

VIII. « Κεστρεὺς νηστεύει »· ἐπὶ τῶν δικαιοπραγούντων μέν, οὐδὲν δὲ πλέον ἐκ τῆς δικαιοσύνης ἐπιφερομένων· ὁ γὰρ κεστρεύς, τῶν ἄλλων ἰχθύων ἀλληλοφαγούντων, μόνος ἀπέχεται τῆς σαρκοφαγίας, ἐσθίων ἰλύν.

VIII. *Mugil jejunat.* In eos qui juste quidem agunt, nihil vero amplius ex justitia lucrantur. Nam mugil, quum alii pisces devorent alter alterum, solus abstinet carnis esu, vescens luto.

IX. « Βοιωτοῖς μαντεύσεις »· αὕτη κατάρατίς ἐστι. Μαντευομένοις γὰρ τοῖς Θηβαίοις περὶ πολέμου ἀνεῖλεν ἡ Πυθία νίκην αὐτοῖς ἀσεβήσασιν ἔσεσθαι· εἷς δὲ τῶν θεωρῶν ἁρπάσας τὴν προφῆτιν Μυρτίλαν ἐνέβαλεν εἰς θερμοῦ παρακείμενον λέβητα. Ἄλλοι φασὶ, Θηβαίοις πολεμοῦσι Βόμβρος μάντις πλείους ἔφη νικήσεσθαι, εἰ προθύσαιεν τῶν ἡγεμόνων ἕνα· οἱ δὲ ἀποκτείναντες τὸν Βόμβρον, ἐνίκησαν.

IX. *Bœotis vaticineris.* Est hæc exsecratio quædam. Etenim Thebanis, oraculum consulentibus de bello, respondit Pythia, eos victores fore, si impie fecissent. Unus igitur legatorum raptam vatem Myrtilam conjecit in appositum lebetem aquæ calidæ. Alii dicunt, Thebanis bellantibus Bombrus (*al.* Bombus) vates dixit, fore ut vincerent plures si in antecessum immolassent unum ex ducibus : illi igitur occiso Bombro vicerunt.

X. « Πλείους τῶν Καλλικυρίων »· Καλλικυρίων ποτὲ πλῆθος ἐπῴκησε τὰς Συρακούσας οὕτω πολλοί, ὥστε καὶ τοὺς προτέρους οἰκήτορας ἐκβαλεῖν.

X. *Plures Callicyrtis.* Callicyriorum quondam multitudo adeo frequens concessit habitatum Syracusas, ut etiam priores incolas expulerit.

XI. « Κέλμις ἐν σιδήρῳ »· ἐπὶ τῶν σφόδρα ἑαυτοῖς πιστευσάντων ὅτι ἰσχυροὶ καὶ δυσχείρωτοι πεφύκασι· Κέλμις γάρ τις ἐν Ἴδῃ στερρότατον σίδηρον ἐργαζόμενος.

XII. « Ὁ Κερκυραῖος μαστιγούμενος ἅμα αὐτὸν ἠργολάβησαι »· αἱ μάστιγες αἱ Κερκυραῖαι λέγονται διάφοροι εἶναι παρὰ τὰς ἄλλας.

XIII. « Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε »· ἐπὶ τῶν διὰ γῆρας δεομένων ῥαστώνης τινὸς καὶ ἀναπαύλης.

XIV. « Πόλεις παίζομεν »· πόλις εἶδός ἐστι παιδιᾶς πεττευτικῆς.

XV. « Ἄριστα χωλὸς οἴφει ». Αἱ Ἀμαζόνες τοὺς γενομένους ἄρσενας ἐπήρουν, ἢ σκέλος ἢ χεῖρα περιελόμεναι· πολεμοῦντες δὲ πρὸς αὐτὰς οἱ Σκύθαι καὶ βουλόμενοι πρὸς αὐτὰς σπείσασθαι ἔλεγον, ὅτι συνέσονται τοῖς Σκύθαις εἰς γάμον ἀπηρώτοις καὶ μὴ λελωβημένοις· ἀποκριναμένη δὲ πρὸς αὐτοὺς ἡ Ἀντιάνειρα ἡγεμὼν τῶν Ἀμαζόνων εἶπεν· Ἄριστα χωλὸς οἴφει.

XVI. « Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον »: ἐπὶ τῶν μεταβολὴν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα οἰωνιζομένων. Ἀθήνησι γὰρ ἐν τοῖς γάμοις ἔθος ἦν ἀμφιθαλῆ παῖδα ἀκάνθας μετὰ δρυΐνων καρπῶν στέφεσθαι, καὶ λικνὸν ἄρτων πλήρη περιφέραντα λέγειν, Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον· ἐσήμαινον δὲ ὡς ἀπεώσαντο μὲν τὴν ἀγρίαν καὶ παλαιὰν δίαιταν, εὑρήκασι δὲ τὴν ἥμερον τροφήν.

XVII. « Μυκόνιος γείτων »· ἐπὶ τῶν διαβεβλημένων ἐπὶ γλισχρότητι καὶ μικροπρεπείᾳ, παρὰ τὴν μικρότητα τῆς νήσου καὶ εὐτέλειαν, τῆς Μυκόνου.

XVIII. « Τὸ σκαμβὸν ξύλον οὐδέποτ' ὀρθοῦν »· ἐπὶ τῶν πειρωμένων διάστροφα ξύλα κατευθύνειν.

XIX. « Ὁ παῖς τὸν κρύσταλλον »· ἐπὶ τῶν μὴ κατέχειν δυναμένων, μήτε μεθεῖναι βουλομένων.

XX. « Τὸν ἵππον ὁ Σκύθης »· ἐπὶ τῶν κρύφα τινὸς ἐφιεμένων, φανερῶς δὲ ἀπωθουμένων καὶ διαπτυόντων αὐτό.

XXI. « Ἡράκλειος ψώρα »· ἡ τῶν Ἡρακλείων λουτρῶν δεομένη πρὸς θεραπείαν· ἡ γὰρ Ἀθηνᾶ τῷ Ἡρακλεῖ πολλαχοῦ ἀνῆκε θερμὰ λουτρά.

XXII. « Οὐκ ἔστι δούλων πόλις »· διὰ τὸ σπάνιον εἴρηται.

XXIII. « Βούνας δικάζει »· ἐπὶ τῶν τὰς κρίσεις ἀναβαλλομένων ἀεὶ καὶ ὑπερτιθεμένων. Βούνας γὰρ Ἀθηναῖος ἐγένετο· τούτῳ Ἠλεῖοι πρὸς Καλλιωναίους διαφερόμενοι ἐπέτρεψαν δίκας νομίσαντες ἀναμένειν, ἕως ἂν ἀποφήναι· γνοὺς δὲ ὁ Βούνας τοῦτο, ἀνεβάλλετο μέχρι τελευτῆς τὴν ἀπόφασιν.

XXIV. « Λοκρινὸς βοῦς »· ἐπὶ τῶν εὐτελῶν. Οἱ Λοκροὶ γὰρ ἀποροῦντες βοῶν πρὸς δημοτελῆ θυσίαν, σικύοις ὑποθέντες ξύλα μικρὰ καὶ σχηματίσαντες βοῦν, τούτῳ τὸ θεῖον ἐθεράπευσαν.

XI. *Celmis in ferro.* In eos qui vehementer sibi confiderent, quod essent validi et expugnatu difficiles. Celmis enim in Ida fuit validissimi ferri faber.

XII. *Corcyræus simul se ipse flagellans suscepit locatum opus* (?). Flagella Corcyræa feruntur eximia fuisse præ aliis.

XIII. *Equo senescenti minores clitellas impone.* In eos qui propter senectutem opus habent quiete aliqua et remissione.

XIV. *Urbes ludimus.* Urbs est species lusus calculorum.

XV. *Optime claudus subigit.* Amazones masculos qui nascebantur mutilabant, vel crus vel manum auferentes. Scythæ vero contra illas bellantes et volentes pacificare cum eisdem dicebant, eas cum Scythis concubituras integris et non mutilatis. Quibus respondens dux Amazonum Antianira dixit, *Optime claudus subigit.*

XVI. *Effugi malum, inveni melius.* In eos qui in se ipsis meliorem mutationem augurantur. Athenis enim in nuptiis mos erat puerum patrimum et matrimum spinis et ilicis fructibus coronari, et vannum panibus plenum circumferentem dicere, *Effugi malum, inveni melius.* Significabant autem, se abegisse feram et priscam vitæ rationem, invenisse autem mitem cibum.

XVII. *Myconius vicinus.* In eos qui male audiunt ob tenacitatem et sordes: ductum ab exiguitate insulæ vilis Myconi.

XVIII. *Incurvum lignum nunquam corrigere.* In eos qui tentant in rectum redigere curva et distorta ligna [*imo* negotia].

XIX. *Puer glaciem.* In eos qui neque retinere possunt, nec volunt dimittere.

XX. *Equum Scytha.* In eos qui clam aliquid cupiunt, palam detrectant et respuunt.

XXI. *Herculea scabies.* Quæ lavacris Herculis opus habet ad sanandum. Minerva enim Herculi multis locis submisit calida lavacra.

XXII. *Non est servorum civitas.* Propter raritatem dicitur.

XXIII. *Bunas judicat.* In eos qui judicia semper rejiciunt et differunt. Bunas enim Atheniensis fuit: huic Elei cum Callionæis (? Calydoniis *Zenob.*) litigantes permiserunt arbitria, quum constituissent suspendere usque dum pronunciaret. Bunas vero illud quum sciret, distulit pronunciationem usque ad mortem.

XXIV. *Locrensis bos.* De vilibus dicitur. Locri enim quum indigerent bubus ad publicum sacrificium, cucumeribus supponentes exigua ligna et formantes bovem, ea numen propitiarunt.

XXV. « Θεὸς ἡ Ἀναίδεια »· ἐπὶ τῶν διὰ τὴν ἀναισχυντίαν ὠφελουμένων.

XXVI. « Κάκιον Βάβυς αὐλεῖ »· ἐπὶ τῶν κατὰ τὸ χεῖρον ἀσκούντων.

XXVII. « Ἄειδε τοὺς Τέλληνος »· ὁ Τέλλης ἐγένετο αὐλητὴς καὶ μελῶν ἀνυποτάκτων ποιητής.

XXVIII. « Ὕδωρ παραρρέει »· ἐπὶ τῶν ἐκ παντὸς ἔργου ἐπαγγελλομένων καταπράξεσθαι τὸ προκείμενον. Μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν ὑπὸ σπουδῆς καὶ εἰς ῥέοντα πλοῖα ἐμβαινόντων καὶ παραβαλλομένων τῷ κινδύνῳ.

XXVIII. b. « Ἀχθοφόρ[ος Αἰγύπτιος...

XXIX. Φά]ων »· αὕτη λέγεται ἐπὶ τῶν ἐρασμίων (διδάσκαλος) καὶ ὑπερηφάνων. Φάωνός φασι καὶ τὴν Σαπφὼ ἐρασθῆναι· μὴ φέρουσαν δὲ τὸ πάθος ῥῖψαι αὑτὴν κατὰ τῶν ἐν Λευκαδίᾳ πετρῶν.

XXX. « Λιμοῦ πεδίον »· ἐπὶ τῶν ὑπὸ λιμοῦ πιεζομένων πόλεων· τόπος γάρ ἐστιν οὕτω καλούμενος λιμοῦ πεδίον.

XXXI. « Πεύκης τρόπον »· ἐπὶ τῶν πανωλεθρίᾳ ἀπολλυμένων· παρόσον ἡ πεύκη κοπεῖσα οὐκέτι φύεται.

XXXII. « Οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν ἡρώων »· ἐπὶ τῶν (μὴ) βουλομένων εὖ ποιεῖν· οἱ γὰρ ἥρωες κακοῦν ἕτοιμοι μᾶλλον ἢ ὠφελεῖν.

XXXIII. « Βοῦθος περιφοιτᾷ »· ἐπὶ τῶν ἀσυνέτων καὶ παχυφρόνων· ἀπό τινος Πυθιονίκου Βούθου καλουμένου.

XXXIV. « Λιμοδωριεῖς ». Σιτοδείας ποτὲ γενομένης ἐν Πελοποννήσῳ ἐφόδια τινὲς λαβόντες ἀπῆραν· πλανωμένους δὲ αὐτοὺς ἀπεδέξατο ἡ ἐν Ῥόδῳ Τρίπολις· ἐκλήθησαν δὲ διὰ τοῦτο Λιμοδωριεῖς.

XXXV. « Μερὶς οὐ πνίγει ». Φασὶ περὶ τὴν Ἑλλάδα μὴ εἶναι σύνηθες τοῖς ἀρχαίοις διανέμειν μερίδας· διὰ δὲ προφάσεις τινὰς ἐνδεεστέρων γενομένων τῶν ἐδωδίμων, κρατῆσαι τὸ ἔθος τῶν μερίδων, καὶ διὰ τοῦτο τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι.

XXXVI. « Ἡράκλειος νόσος ». Τὴν ἱερὰν νόσον Ἡράκλειον ὠνόμαζον· εἰς ταύτην γὰρ ἐκ μακρῶν πόνων ἐμπεσεῖν Ἡρακλέα.

XXXVII. « Τάδε Μῆδος οὐ φυλάξει ». Μελλούσης γενέσθαι τῆς Ξέρξου στρατείας, οἱ Ἕλληνες ἀπογνόντες τὴν σωτηρίαν, τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀνήλισκον, ἐπιλέγοντες, Τάδε Μῆδος οὐ φυλάξει.

XXXVIII. « Ἐκκέκοφθ' ἡ μουσική ». Τῶν παλαιῶν ἐν τοῖς συμποσίοις φιλολόγῳ ζητήσει χρωμένων, οἱ ὕστερον τὰς μουσουργοὺς καὶ κιθαριστρίας καὶ ὀρχηστρίας ἐπεισήγαγον, ὅθεν τὴν καινοτομίαν τινὲς αἰτιώμενοι τῇ παροιμίᾳ ἐχρῶντο.

XXXIX. « Λευκὴ στάθμη ». Αὕτη κατ' ἔλλειψιν εἴρηται ἐπὶ τῶν μὴ ἀκριβῶς τι διακρινόντων· ἐν γὰρ λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη λέγεται· ἥκιστα γὰρ διὰ τὸ ὁμοειδὲς σαφὴς ἐστιν.

XL. « Μωρύχου Διονύσου· καὶ, Μωρότερος

XXV. *Dea est Impudentia.* In eos qui per inverecundiam sectantur commoda.

XXVI. *Pejus tibia canit Babys.* In eos qui in pejus exercent.

XXVII. *Cane Tellenis (modos).* Telles fuit tibicen et cantilenarum inconditarum poeta.

XXVIII. *Aqua præterfluit.* In eos qui in omni opere pollicentur perficere propositum. Translatum vero est ab illis qui præ studio conscendunt etiam in rimosas naves, et periculo se exponunt.

XXVIII. b. *Onera bajulans Ægyptius...*

XXIX. *Phaon.* Id dicitur de amabilibus et superbientibus : prout aiunt Phaonis Sapphonem captam amore nec bene imperantem affectui se dejecisse ex rupe Leucadia.

XXX. *Famis campus.* De urbibus quæ fame premuntur. Locus est enim ita appellatus Famis Campus.

Annus; varia ejus ratio apud Romanos, barbaros quosdam, Arcades, Ægyptios, V. 86, 4 *sqq.* Anni correctio et fastorum emendatio facta a Cæsare, V. 877, 30 *sqq.* Cur Jovi consecratus, M. 348, 16. Annus magnus, M. 1088, 33 *sqq.* Anni diminutionem sacerdotes Ægyptii ex oleo conjectabant, M. 500, 11 *sqq.* Annos prisci Græci ὥρους appellabant, 824, 4. Annus novus cur a Januario incipiatur, M. 330, 35 *sqq.* Anno dies quinque a Mercurio adjecti, devicta Luna, M. 434, 52 *sqq.*

Anseres, sacri in templo Junonis nutriti, Capitolium a Gallis servant, V. 170, 26; *cf.* M. 354, 33; M. 399, 35. Fabula de lapidibus, quibus in os receptis Taurum montem transvolent, M. 617, 19; *cf.* M. 1183, 39 *sqq.* Anser in Ægypto puerum adamat, M. 1190, 37.

Antæopolis, in Ægypto, M. 1194, 33.

Antæus, lucta ab Hercule oppressus, V. 5, 43; *cf.* M. 418, 50. Sepulcrum ejus prope Tingim urbem, mors ejus, uxor, V. 683, 11 *sqq.*

Antagoras, pastor Cous, pugna ejus cum Hercule, M. 374, 48.

Antagoras, Chius, et Uliades Samius, impetum faciunt in Pausaniæ regis triremem, V. 307, 18.

Antagoras, poeta, congrum elixans ab Antigono compellatur, M. 218, 37; *cfr.* M. 812, 10.

Antalcidas, Spartanus, Leontis filius, inimicus Agesilai regis, missus ad Teribazum famosam illam pacem, ab ipso cognominatam, componit in Artoxerxis gratiam, V. 1218, 6; *cfr.* V. 725, 41; M. 259, 47. Artoxerxes coronam unguento tinctam ei mittit, V. 351, 36; *cfr.* M. 869, 41. Summis honoribus afficitur a rege, quamdiu primum locum tenent Lacedæmonii, V. 1218, 14. Post cladem Leuctricam profectus ad Artoxerxem oratum, ut Lacedæmoniis opituletur, ita spernitur, ut domum reversus ludibrio ab inimicis habitus, vitam inedia finierit, V. 1218, 30 *sqq.* Ephorus eo tempore, quo Epaminondas Spartæ muris successit, pueros in Cythera insulam exposuit, V. 731, 50.

Dicta, M. 228, 15 (de Agesilao vulnerato; *cfr.* V. 341, 41; V. 728, 13; M. 266, 12; M. 260, 44; V. 56, 30); M. 231, 34 *sqq.* 1 (ad Atheniensem Spartanos indoctos vocantem; *cfr.* M. 266, 1; M. 285, 15 sub nomine Plistonactis *et* V. 62, 24); 2 (*cfr.* M. 266, 4; M. 990, 6; V. 731, 41); 3 (de sophista laudationem Herculis recitante; *cfr.* M. 266, 10); M. 265, 41 *sqq.*

Antarcticus circulus, M. 1082, 44.

Antemnæ, V. 563, 13, *ibid.* 16.

Antemnates, a Romulo victi et Romam translati, V. 32, 18 *sqq.*

Antenor; Epicharmi λόγος πρὸς Ἀντήνορα γεγραμμένος, V. 77, 46.

Antenor, *citatur*, M. 1048, 13 (ἐν τοῖς Κρητικοῖς).

Anthedo (Ἀνθηδών), Bœotiæ urbs, M. 364, 22; exscissa a Sulla, V. 559, 35.

Anthedonia, nomen Calauriæ insulæ in oraculo, πῖν' οἶνον τρυγίαν κτλ. M. 364, 26.

Anthemio, Atheniensis, Anytii pater amantis Alcibiadem, V. 231, 38; *cfr.* V. 263, 14; M. 931, 43.

Anthemio, Thespiensis, M. 915, 32 *sqq.*

Anthemocritus, præco Atheniensis, legatus Megarensium fraude interfectus videbatur, V. 201, 43, *ibid.* 49 *sqq.*

Anthes, vel Anthus, a quo Calauriam incolente insula nomen tenebat Anthedoniæ. Narratio de Antho amisso et de Hyperete eum quærente, M. 364, 25 *sqq.*

Anthes, Anthedone Bœotica oriundus, bymnos fecisse fertur, M. 1383, 53.

Anthesterion, mensis Atheniensis, V. 550, 34. Stratoclis decreto Munychioni Anthesterionis nomen imponitur, V. 1075, 13. Idem qui Achæis Dæsius, V. 1253, 27. — Anthesterionis mensis die undecima primitias vini novi delibabant Athenis, M. 796, 1 *sqq.*

Anthia, piscis, M. 1196, 7; M. 1201, 6 *sqq.*

Anthio, Amulii regis Albani filia, V. 22, 8.

Anthus, *vide* Anthes.

Antianira, Amazonum dux; dictum ejus: Ἄριστα χωλὸς οἰκεῖ, Ps. 165, 18.

Antias, *cit.* M. 397, 21.

Antiates, *vide* Antium.

Anticato, liber Julii Cæsaris, V. 875, 9.

Antichthon, M. 1258, 3. Antichthonis campus, M. 1156, 7.

Anticles, *vide* Anticlides (M. 1388, 43).

Anticles, Atheniensis, M. 1028, 24.

Anticlia, Ulyssis mater. Variæ relationes de conceptu hujus et partu, M. 371, 19.

Anticlides, *cit.* V. 824, 22; M. 447, 26; M. 1388, 43.

Anticrates, Laco, qui percussisse Epaminondam fertur, V. 734, 39. Honores ei habiti, V. 734, 42 *sqq.*

Anticyra, urbs, M. 1200, 34; M. 560, 30.

Anticyra, scortum, apud Demetrium Poliorcetam, V. 1073, 37 *sqq.*

Antidorus, sophista, M. 1377, 7.

Antigenes Luscus, apud Philippum et Alexandrum; Alexandro æs alienum dissolvente, debere se mentitur, V. 839, 37 *sqq.* Argyraspidum præfectus, V. 704, 28 *sqq.* Invidia impulsi Antigenes et Teutamus Eumeni insidias struunt, V. 707, 9.

Antigenes, Pellenæus, Alexandri miles, mutilatis, qui in Macedoniam remittuntur, ob Telesillæ amorem se immiscet, M. 415, 49; *cfr.* M. 216, 11.

Antigenes, *cit.* V. 824, 20.

Antigenidas, tibicen, Harmatium modum apud Alexandrum Magnum canit, M. 410, 35; *cfr.* M. 234, 2. Dorioneum modum spernit, M. 1391, 17; V. 1061, 38.

Antigona, Philippi et Berenices filia, Pyrrho nupta, V. 459, 19; V. 460, 11.

Antigona, mulier Pydnæa (Pellæa, M. 416, 9), quam Philotas secum habet et quæ ad Alexandrum de eo defert, V. 825, 50 *sqq.*

Antigonea, colonia ab Arato Mantineam deducta, V. 1249, 45.

Antigonici regni successio desinit, V. 1254, 10.

Antigonidæ, vasa ita dicta, V. 326, 23.

Antigonis, tribus instituta ab Atheniensibus in honorem Antigoni, V. 1066, 43.

Antigonus, Primus, rex Asiæ. Posteri ejus, V. 309, 3 *sqq.* Altero oculo caruit, V. 678, 27. Post Perdiccam in Ægypto mortuum dux constituitur a Macedonibus contra Eumenem, V. 700, 51. Vincit Eumenem in Orcyniis Cappadociæ, V. 701, 37. Prosecutus Eumenem, qui Noram se contulerat, obside dato, ante obsidionem in colloquium cum eo venit, V. 702, 35 *sqq.* Relicto ad obsidionem præsidio, abit, V. 703, 7. Post Antipatri mortem universum imperium animo concipiens, Eumenem socium sibi parare studet pacemque cum eo facit; de juramenti vero formula dissensione intercedente, Eumenes Antigonum suspectum habens fugit, V. 703, 45 *sqq.* Apud Pasitigrim fluvium victus ab Eumene, V. 705, 26. Macedonibus, qui duces ludificantes hibernis totam fere Gabenam occupabant, disjectis superventurum se sperans Antigonus difficili via, sed brevi accedit, fructum tamen difficultatum jam capturus decipitur ab Eumene, V. 706, 16 *sqq.* Vincitur ab Eumene, sed Peucestæ segnitate adjutus impedimenta capit, quæ postulanti Teutamo redditurum se promittit, si Eumenem sibi dedant, V. 707, 6 *sqq.* De tradito nonnullos dies deliberat, cum Nearchus Cretensis et Demetrius ipsius filius ei cupiant, reliqui necem ejus urgeant; postremo occidere eum statuit, corpus amicis cremandum dat, Argyraspides proditores Sibyritio Arachosiæ præfecto omni modo absumendos tradit, V. 708, 43 *sqq.* — Ptolemæum audiens ex Cypro transmittere et Syriam vastare, Demetrium contra eum mittit filium, qui apud Gazam urbem vincitur, V. 1063, 30 *sqq.* Demetrium Athenis evocat, ut de Cypro adversus Ptolemæum belligeretur, V. 1068, 34. Certior fit victoriæ ad Cyprum partæ per Aristodemum Milesium, V. 1069, 36. Eximie diadema capit, V. 1070, 9 *sqq.* Expeditionem contra Ptolemæum suscipit, quæ vero irrita cadit, V. 1070, 34 *sqq.* Imperii onus non amplius sustinens filii opera utitur, V. 1070, 47. Ceteros Alexandri successores adversum se irritat; apparatus belli, demissio animi ante pugnam, V. 1076, 17 *sqq.* Mors ejus in pugna, V. 1077, 53 *sqq.* — Munychiam tenet, M. 1036, 13. Mandatum ad præfectum Munychiæ, M. 921, 20 (?). Theocritum Chium interficit, M. 12, 47; M. 767, 25. Dolor hominum de ejus cæde, V. 900, 18 *sqq.*; M. 967, 10. Ex Stratonica Corragi filia duos habuit filios, V. 1062, 6. Somnium ejus de Mithridate, V. 1063, 3 *sqq.*; *cfr.* M. 218, 44. — Apophthegmata M. 217 24 *sqq.* 4 (*cfr.* M. 612, 47;

V. 1076, 49); 5 (*cfr.* V. 1076, 29); 7 (*cfr.* M. 440, 41, οὐ τοιαῦτά μοι ὁ λασανοφόρος σύνοιδεν); 10 (de militibus prope tentorium ipsi maledicentibus; *cfr.* M. 555, 7); 15 (de Thrasyllo Cynico; *cfr.* M. 643, 29); 16 (τὴν δόξαν ὥσπερ ἀπὸ σκοπῆς τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν οἰκουμένην πορεύεσθαι; *cfr.* V. 1065, 1); 17 (de Antagora poeta; *cfr.* M. 812, 10); M. 405, 50 (de sophista libros ei de justitia scriptos prælegente); M. 556, 29 (de hominibus quibusdam de muro ei deformitatem exprobrantibus); M. 767, 21 (ταυτὶ μὲν καὶ τυφλῷ δῆλα); M. 643, 30 (de Biante, δότε Βίαντι τάλαντον καὶ ἀνάγκη); V. 32, 37 (προδιδόντας μὲν φιλεῖν, προδεδωκότας δὲ μισεῖν); V. 232, 5 (de milite sanato); V. 1062, 33 (de concordia ipsius et filii); V. 1064, 5 (de Ptolemæi ad Gazam urbem victoria); V. 1068, 23 (de Phila ducenda a Demetrio); V. 1076, 29 (τὴν σύστασιν τῶν πολεμίων ὥσπερ ὀρνίθων σπερμολόγων συνδρομὴν ἑνὶ λίθῳ καὶ ψόφῳ συνδιαταράξειν); V. 1071, 2 *sqq.* (ad Demetrium).

Antigonus, Secundus, Gonatas, Demetrii filius ex Phila, Antigoni Asiæ regis nepos (V. 309, 6), Macedoniæ rex, V. 1091, 6; V. 1092, 15. Patris reliquias magnifice recipit, V. 1091, 46 *sqq.* Bœotos vincit, V. 1083, 39. Thebas obsidet, V. 1083, 42 *sqq.* Bellum contra Ptolemæum, M. 219, 21; M. 232, 50. Acrocorinthi potiundi studio Alexandrum, ejus possessorem, necat, uxori ejus Nicææ Demetrium filium submittit speque nuptiarum inescatam loco pellit, cui Persæum philosophum præficit, V. 1232, 34 *sqq.* Studiose agit, ut Aratum aut totum suum faciat aut apud Ptolemæum regem in calumniam adducat, V. 1231, 36 *sqq.* Achæis vocantibus, cum exercitu in Peloponnesum intrat, convenit cum Arato eoque familiarissime utitur, V. 1247, 48 *sqq.* Pagis juramento societate confirmata, Cleomenem apud Corinthum aggreditur, illoque Mantineam recedente, traditum sibi Acrocorinthum accipit, V. 1248, 34 *sqq.* *cfr.* V. 970, 40 *sqq.* Tegeam, Orchomenum, Mantineam capit et diripit, V. 972, 48. Varia Antigoni facta hoc in bello, conditiones ab eo factæ, quas Achæi Arato imputant neque hic ipse æquo animo fert, V. 1249, 8 *sqq.* *cfr.* V. 974, 19 *sqq.* Cleomenes apud Sellasiam victus, V. 1249, 49; *cfr.* V. 428, 37 *sqq*; V. 975, 27 *sqq.* Lacedæmone potitus tertio die in Macedoniam abit, ubi magna de barbaris parta victoria phthisi consumptus est, V. 977, 6 *sqq.* Paulo ante mortem Philippum successorem in Peloponnesum et ad Aratum mittit, V. 1249, 53. Aristotimum Eleorum tyrannum adjuvat, M. 310, 10. Victus a Pyrrho, V. 477, 17 *sqq.* Particeps pugnæ in muris Argorum, ubi Pyrrhus occidit, V. 481, 49; V. 482, 6, 25; V. 484, 19 *sqq.*

Apophthegmata, M. 219, 14 *sqq.* 2 (de gubernatore multo plures esse hostium naves dicente; *cfr.* M. 659, 38; V. 332, 50); 4 (de adolescente ignavo stipendium patris postulante; *cfr.* M. 646, 31); V. 477, 12 (de Pyrrho); M. 921, 20; V. 481, 54 *sqq.* De Alcyonei filii morte, M. 142, 41 *sqq.*

Antigonus Doso. De nomine, V. 261, 22. Dictum, M. 220, 3 *sqq.* (ἄν τι γράψῃ παρὰ τοὺς νόμους κελεύων γενέσθαι, μὴ προσέχειν ὡς ἠγνοηκότι). Demetrii consobrinus, tutor Philippi regis pueri, post ipse rex constituitur, V. 309, 10.

Antigonus, Judæus, securi percussus a Antonio, V. 1112, 5.

Antigonus, *cit.* V. 32, 2.

Antileon, Metapontinus, M. 929, 9.

Antilibanus, Syriæ mons, V. 809, 27.

Antilochus, poeta, donatus a Lysandro, V. 529, 37.

Antimachia, festivitatis apud Coos nomen, M. 374, 40.

Antimachus, Tejus, poeta epicus, quando vixerit, V. 27, 50.

Antimachus, Colophonius; victum a Nicerato consolatur Plato, V. 529, 39 *sqq.* De poesi ejus, V. 303, 20. Lyde uxore amissa, leniendi doloris causa elegiam scripsit Lydam (*cfr.* Antimachi fragm. ed. Fr. Dübner Parisiis 1840, pag. 40).

Citata, M. 339, 14, M. 339, 14 (Antimachi fragm. nr. 42); M. 831, 45 *sqq.* (nr. 32; *cfr.* M. 897, 3); M. 621, 5; M. 831, 45.

Antiochia, Mygdonica, quæ Nisibis quoque dicitur, Mygdoniæ in Mesopotamia urbs, V. 613, 50.

Antiochia, ad Daphnen (Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνης), Syriæ urbs ad Orontem, V. 603, 13; V. 1078, 54; V. 763, 16; V. 912, 21.

Antiochis, tribus Atticæ, M. 1038, 4; V. 382, 8; V. 383, 39.

Antiochus, et Charicles, fratres Opuntii, M. 586, 29.

Antiochus, Atheniensis, gubernator, Alcibiadis coturnicem capit, V. 234, 25. Classi in tempus præfectus ab Alcibiade, a Lysandro funditur ad Ephesum et ipse occidit, V. 252, 35.

Antiochus, Soter, Seleuci filius ex Apama Perside, M. 417, 36. Pugna contra Antigonum et Demetrium, V. 1077, 12. Amor Stratonices; Seleucus Stratonicam ei tradit eumque regem superiorum provinciarum constituit, V, 1082, 15 *sqq.*

Antiochus, Hierax (M. 1193, 23). Bellum contra Seleucum fratrem natu majorem, luctus de mortuo credito, M. 220, 10; *cfr.* M. 592, 43.

Antiochus, Magnus, cognomen adeptus rerum gestarum magnitudine, Hannibalem excipit, V. 446. 36. Potentia ejus, prætextum belli Romanis faciendi Græciam liberandam habet, V. 409, 19 *sqq.* In Græciam trajicit et urbes ad defectionem movet, Ætolis adjuvantibus, V. 450, 23 *sqq.* Ipse Chalcide desidens Cleoptolemi cujusdam filiam ducit uxorem, V. 451, 10; V. 437, 12. Castra munit in angustiis Thermopylarum, V. 409, 54. A Catone circumventus et in dorso oppugnatus, a Manio ex ore, ipse sauciatus exercitum in præcipitia et paludes detrusum perdit, V. 409, 54 *sqq.* *cfr.* V. 450, 41. Victus a Romanis in Phrygia, V. 453, 45. Reliqua Asia expulsus, ultra Taurum montem in Syriam inclusus, pacem quindecim millibus talentum redimit, V. 308, 43. A C. Popilio, legato senatus, adigitur in Ægypto, ut se ex sententia Romanorum profiteatur acturum, M. 246, 4.

Antiochus, Sides, M. 221, 7. Hierosolyma in deditionem accipit, M. 221, 20.

Antiochus, Ascalonites, philosophus, a nova Academia et a Carneadis factione desciscens plerisque in rebus Stoicas opiniones sequitur, V. 1029, 14 *sqq.* Luculli amicus et domesticus, V. 620, 44. Volumen ejus de diis *citatur*, V. 610, 24. Colitur a M. Bruto, V. 1174, 3.

Antiochus, Commagenes regulus, obsidetur Samosatis a Ventidio et Antonio, V. 1110, 41 *sqq.*

Antiochus, Philopappus, cui Plutarchus disputationem de discernendo amico ab adulatore dicat, M. 59, 1.

Antiochus, Seleucensis, amicus Julii Cani Stoici a C. Cæsare Caligula interfecti, Fr. 56, 9.

Antiopa, mater Amphionis ex Jove, M. 1383, 48.

Antiopa, Amazon a Theseo capta, de qua diverse refertur, V. 13, 43 *sqq.*; V. 15, 3 *sqq.*, *ibid.* 28 *sqq.* Mater Hippolyti, V. 15, 35. *Vide etiam* Hippolyta.

Antiorus, Lycurgi legislatoris filius, V. 70, 41.

Antipater, dux Alexandri Magni, cum Alexandro expeditionem facit contra Thebanos, V. 800, 1. Epistolæ ad Alexandrum, V. 820, 51 *sqq.*; de morte Aristotelis, V. 280, 37; V. 422, 44. Vincit et interficit Agidem apud Megalopolim, V. 720, 33; V. 949. 47. Quinquaginta pueros Lacedæmonios poscit, M. 290, 26. Metuens Alexandrum post Philotæ mortem occultum fœdus cum Ætolis init, qui ob excidium Œniadarum sibi me-

tuebant, V. 827, 4 *sqq.* Victus a Græcis in Thessalia, V. 898, 17. Lamiæ inclusus et obsessus a Leosthene, V. 697, 5; V. 1024, 37; V. 897, 20; M. 1031, 31. Græcos vincit in Cranone, quo die, V. 165, 17. Pharsalo capta, minatur se Athenas obsessurum, nisi oratores dedant, V. 898, 21 *sqq.* (cetera pacis conditiones); *cfr.* M. 1031, 37; M. 1034, 26. Hyperidem oratorem tormentis afficit, M. 1034, 35. Præsidium Atheniensibus imponit, M. 226, 49. Græcis superatis, cum Cratero in Asiam trajicit ad Perdiccæ regnum vertendum, V. 698, 4. Legatio ad Eumenem, V. 698, 26. Diuturnæ cum Eumene inimicitiæ, V. 698, 33. Consiliis per otium agitatis in Ciliciam pergit, V. 698, 39 *sqq.* Post Perdiccæ mortem cum Antigono dux contra Eumenem constitutus a Macedonibus, V. 700, 51. Polysperchontem ducem, Cassandrum tribunum militum renuntians vita excedit, V. 901, 33; *cfr.* V. 703, 46.

Dicta, M. 219, 49 *sqq.* 2 (de Demade oratore; *cfr.* M. 635, 51; V. 885, 9); M. 227, 1 (de Phocione et Demade; *cfr.* V. 900, 52).

Antipater, Casandri filius, rex Macedoniæ, matrem Thessalonicam occidit et Alexandrum fratrem expellit, qui reducitur a Pyrrho, V. 460, 30 *sqq. cfr.* M. 1081, 3 *sqq.* A Demetrio interficitur, M. 641, 49.

Antipater, Tarsensis, Stoicus, M. 731, 12; M. 1264; 22. Moriturus bona, quæ contigerint ipsi, recenset, M. 569, 21; *cfr.* V. 516, 35 *sqq.*; M. 623, 35 (καλαμοβοάς dictus); M. 1426 (liber de animalibus); M. 1178, 25; M. 1264, 43 (ἐν τῷ περὶ τῆς Χρυσίππου καὶ Κλεάνθους διαφορᾶς); M. 1286, 46 (ἐν τῷ περὶ Θεῶν); M. 1287, 14; M. 1293, 18; M. 1312, 37. Antipatri epigramma in Homerum, Ps. 102, 15 *sqq.*

Antipater, Tyrius, Stoicus, apud Catonem minorem, V. 908, 16.

Antipathes lapis, in Teuthrante crescens monte, viligines et lepras sanat, Ps. 97, 15.

Antipatridas, apud Alexandrum Magnum, M. 215, 48; M. 929, 17.

Ἀντιπερίστασις, quid, M. 1229, 16.

Antiphanes, poeta comicus, M. 94, 25 (?); M. 1029, 50. Comœdia in Batalum tibicinem, V. 1011, 50; V. 1014, 51.

Antiphates, Atheniensis, juvenis formosus. Themistoclis dictum ad eum, V. 144, 33; *cfr.* M. 222, 13.

Antiphera, Ætola ancilla, quam propter Ino in insaniam prolapsa esse fertur, M. 330, 11.

Antiphilus, dux phalangis Græcorum, Antipatrum in Thessalia vincit, V. 898, 20.

Antiphon, orator, Sophili filius, Atheniensis, tribu Rhamnusius, M. 1014, 25; *cfr.* V. 629, 4. Patris opera facultatem dicendi adeptus disputavit cum Socrate de ratione disserendi, M. 1014, 26 *sqq.* Primus civibus petentibus orationes scripsit, M. 1014, 33 *sqq.* Primus etiam oratoriæ artis præcepta edidit, M. 1014, 48. Propter ingenium Nestor appellatus, M. 1014, 49 *sqq.* Quando natus, M. 1015, 7. Mutationis Quadringentis factæ in republica auctor putatur, M. 1015, 9 *sqq.* De morte ejus tres relationes, prima, a Quadringentis, secunda, a Triginta tyrannis, tertia, a Dionysio tyranno eum esse interfectum, M. 1015, 14 *sqq.* — Decreta de accusatione et damnatione referuntur, M. 1016, 5 *sqq.* — Orationum numerus, M. 1015, 38. Præstantissimæ referuntur, M. 1015, 52. Criminationes in Alcibiadem scriptæ, V. 230, 49. — Tragœdiæ cum Dionysio tyranno compositæ, M. 1015, 42. — Artem dolorum abolendorum Corinthi professus, M. 1015, 43.

Dicta, M. 81, 40 (de optimo ære, propter quod interficitur a Dionysio; *cfr. ibid.* 48; M. 1286, 25; M. 1015, 30 et Perditorum tragicorum fragmenta ed. Wagner, Pariisiis, 1846, p. 105); M. 1106, 54 (τὸ πολυτελέστατον ἀνάλωμα ὁ χρόνος).

Antiphon, Platonis philosophi frater natu minimus, M. 587, 40.

Antiphon, a Demosthene in Areopagum pertractus ibique convictus navalium incendium Philippo promisisse, morte damnatur, V. 1017, 45.

Antiphon, Lysidonidæ filius, M. 1015, (22) 26.

Antiphon, *cit.* M. 1087, 20 (de luna); M. 1094, 40 (de mari).

Antiphrasis, quid, Ps. 110, 40.

Ἀντίφραξις, Pythagoricorum, M. 449, 47.

Antisthenes Socraticus. Sollertia ejus in conciliandis hominum studiis, M. 766, 27. Antisthenis agellus, M. 951, 8; Fr. 44, 12.

Citata, V. 229, 37; M. 648, 48.

Dicta, V. 70, 5 (in Thebanos Leuctrica victoria elatos); V. 182, 37 (in Ismeniam tibicinem); M. 106, 26 (ὅτι τοῖς μέλλουσι σώζεσθαι ἡ φίλων δεῖ γνησίων ἢ διαπύρων ἐχθρῶν; *cfr.* M. 89, 18; M. 98, 6); M. 411, 46 (πάντα δεῖ τοὺς πολεμίους εὔχεσθαι τὰ ἀγαθά κτλ.); M. 733, 36 (de matre Phrygia); M. 990, 29 (quum salsamentum per forum portaret); M. 1271, 40 (Δεῖν κτᾶσθαι νοῦν ἢ βρόχον).

Antisthenes, *cit.* Ps. 97, 41 (ἐν γ' Μελεαγρίδος).

Antistia, uxor Appii Claudii, qui erat socer Tib. Gracchi, V. 984, 52.

Antistia, Antistii filia, uxor Pompeji Magni (V. 740, 41), dimittitur ab hoc, postquam patrem matremque perdidit ejus causa, V. 743, 4 *sqq.*

Antistius, prætor, socer Pompeji Magni (V. 740, 17, 21, 40), jugulatur in curia, V. 743, 13.

Antistius, vicies sestertium M. Bruto tradit, V. 1186, 10, 26.

Ἀντίθεσις τῶν λόγων, quid, Ps. 151, 47.

Antithetorum usus Demostheni communis, V. 1014, 49.

Antium, Volscorum urbs, V. 209, 2; V. 260, 10; V. 262, 36; V. 266, 22; V. 267, 9; V. 278, 16; V. 1184, 27.

Anto, Herculis filius, Antoniorum generis princeps habetur, V. 1094, 21; V. 1112, 16.

Anto, Chalcidensis, M. 930, 16.

Antonia, filia Antonii imperatoris et Octaviæ, Druso Augusti privigno nupta, mater Germanici et Claudii, V. 1139, 48.

Antonias, navis Cleopatræ reginæ, V. 1125, 48.

Antoniorum familia, genus ducit ab Antone, Herculis filio, V. 1094, 21.

M. Antonius, orator, Syllanarum partium quum fuerit, necatur a Marianis, V. 1092, 25; V. 514, 34 *sqq.*

P. Antonius, captorum munerum apud M. Lucullum, Macedoniæ prætorem, accusatur a Græcis, C. Julio Cæsare perorante, V. 845, 28.

Antonius, conjuratus cum Perpenna, interfector Sertorii, V. 694, 39.

C. Antonius, Antonii oratoris filius, frater Antonii Cretici, Ciceronis in consulatu collega, V. 1097, 11; V. 752, 54 (?); V. 1033, 44. Cum legi de constituendis decemviris faveat, neque Catilinæ institutum, quum sciat, ægre ferre videatur propter æris alieni magnitudinem, Cicero eum sibi devincit, decreta ei Macedonia provincia, V. 1034, 1 *sqq.* Mittitur, ut Catilinam debellet, V. 1036, 38. Catilinam ejusque exercitum cædit, V. 1040, 23.

Antonius, Creticus, Antonii oratoris filius, pater Antonii imperatoris, V. 1092, 26 *sqq.*

C. Antonius, prætor, Antonii imperatoris frater, Apolloniam missus et captus interficitur ab Hortensio Bruti jussu, V. 1186, 37 *sqq.*; V. 1188, 12; *cfr.* V. 1103, 39; V. 1100, 26.

L. Antonius, Antonii imperatoris frater, tribunus plebis, V. 1100, 27; V. 1108, 24.

M. Antonius, imperator. Vita ejus, V. 1092, 25 *sqq.* Antonii oratoris nepos, V. 1092, 25; filius Antonii Cretici ex Julia, V. 1092, 26, 42. Curionis consuetudo adolescentem in voluptates et gravem æris alieni summam conjicit, V. 1093, 4 *sqq.* Domo ejectus a Curione patre, primum Clodium sectatus, mox in Græciam abit ibique corpus ad militares labores et linguam ad dicendum exercitationibus instruit, V. 1093, 11 *sqq.* Cum Gabinio expeditionem facit in Syriam ibique Aristobulum victum capit, V. 1093, 25. Secundum hæc Ptolemæum in Ægyptum reducit atque hac occasione multa prudentiæ, audaciæ, humanitatis documenta edit, V. 1093, 34 *sqq.* De vultu ejus, figura corporis, habitu, V. 1094, 16. Mores ejus, V. 1094, 26. Liberalitas, V. 1094, 33. In disceptatione inter Cæsarianos et Pompejanos Cæsaris secutus partes, commendante Curione, tribunus plebis, et augur factus est, V. 1094, 48 *sqq. cfr.* V. 862, 8, 17; V. 775, 31, 48; V. 776, 20. Rogatione lata Marcello adversatur (V. 1095, 5), Cæsaris recitat litteras (V. 1095, 11), cumque in senatu sententias dicere jusserit, simulne utrique, Pompejo et Cæsari arma ponenda et dimittendæ copiæ sint, senatu exturbatus a Lentulo consule, ad Cæsarem abit, M. 1095,'15 *sqq. cfr.* V. 862, 34. Profecturus in Hispaniam adversus Pompejanos Cæsar Antonio Italiam tradit et exercitus, reversus ex Hispania dissimulat crimina Antonio objecta, V. 1095, 49 *sqq.*; M. 392, 29. Trajectus exercitus a Brundusio in Macedoniam, Antonio duce, V. 1096, 14 *sqq. cfr.* V. 866, 49. Virtus ejus in prœliis, V. 1096, 40 *sqq.*; V. 869, 29. Post Pharsalicum prœlium (*cfr.* V. 782, 9), Romam mittitur a Cæsare magister equitum factus, V. 1096, 50. Ob suspicionem nuptiarum violatarum uxorem suam dimittit, Dolabellæ rogationi de novis tabulis resistit et armis in foro decertat, V. 1097, 2 *sqq.* Ebrietates, luxus, libido ejus, V. 1097, 18 *sqq.*; *cfr.* M. 68, 25; V. 873, 24. Reversus Cæsar Lepidum collegam consulatus assumit, prætermisso Antonio, qui inique etiam fert, quod pretium bonorum Pompeji, quæ emerat, poscatur; ceterum priore vitæ ratione omissa, Fulviam uxorem ducit, V. 1097, 44 *sqq.* Honores ei habiti a Cæsare ex Hispania revertente. Collega quinti Cæsaris consulatus impedimento est, quin Cæsar magistratum Dolabellæ tradat, V. 1098, 23 *sqq.* Lupercalibus celebratis diadema offert Cæsari, V. 1098, 41 *sqq.*; V. 878, 48 *sqq.*

Post Cæsarem occisum, filio suo obside dato, persuadet conjuratis, ut a Capitolio descendant, in senatu de memoria omnium discordiarum oblivione sempiterna delenda, dandisque Bruto et Cassio ac sociis eorum provinciis refert, porro decretum, ut nihil actorum Cæsaris rescindatur, V. 1099, 36 *sqq. cfr.* V. 882, 40; V. 1052, 40; V. 1182, 31 *sqq.*; V. 1183, 18 *sqq.* Funebris oratio ejus in Cæsaris honorem, V. 1099, 53 *sqq.*; V. 1052, 45; *cfr.* V. 1183, 51. Acta ejus ex Cæsaris commentariis, V. 1100, 16 *sqq.* Inimicitiæ cum Octaviano obortæ ob hæreditatem Cæsaris, V. 1100, 28 *sqq.*; M. 251, 41. Simultates cum Cicerone Roma eum expellunt, V. 1053, 5, 29 *sqq.* Pugna ad Mutinam, V. 1101, 5 *sqq.*; V. 1054, 39 *sqq. cfr.* V. 1187, 38. Virtus ejus in tolerandis inopia et calamitatibus, V. 1101, 14 *sqq.* Trans Alpes profectus Lepidi exercitum ad se perducit, Munatium quoque Plancum sibi conjungit iterumque in Italiam revertitur, V. 1101, 29 *sqq.*

Fœdus inter Octavianum, Antonium et Lepidum, V. 1102, 9 *sqq.*; V. 1055, 12 *sqq.*; V. 1187, 44; V. 1186, 6. Cruditas Antonii in Ciceronem mortuum, V. 1102, 35; V. 1057, 1 *sqq.* Civium in eum odia, V. 1102, 50 *sqq.* Bellum in Macedonia contra Brutum et Cassium majore ex parte Antonii opera confectum, V. 1103, 20 *sqq.*; V. 884, 30; V. 1193, 37 *usque ad* V. 1201, 34. Reliquias Bruti ad Serviliam mittit, V. 1203, 1 *sqq.* Post pugnam Philippicam pecunias exactum ab provinciis Orientis profectus, in Græciam venit, et initio gratum Græcis se præbet, V. 1103, 51 *sqq.* In Asiam profectus ad pristinam luxuriam revolvitur. Varia de vivendi agendique ejus ratione, V. 1104, 14 *sqq.*

Profecturus ad bellum Parthicum, in Cilicia cum Cleopatra convenit, V. 1105, 18 *sqq.* Ab ea Alexandriam abduci se patitur et ibi ludis jocisque deditus luxuriando tempus consumit, V. 1106, 46 *sqq.*; M. 393, 5; M. 73, 32. Nuntiis allatis, primo de bello a Fulvia et Lucio fratre Cæsari moto, altero de Parthis imminentibus sub Sabieno duce, primum ad reprimendos Parthos contendit, deinde Italiam petit, Fulviaque mortua, cum Cæsare in gratiam reducitur, imperiis inter ipsum, Cæsarem et Lepidum divisis, V. 1108, 22. Nuptiæ Octaviæ ut fidei vinculum fœderi additæ, V. 1108, 50 *sqq.* Pax composita inter Sextum Pompejum et Octavianum atque Antonium, V. 1109, 16 *sqq.* Ventidium contra Parthos mittit, V. 1109, 48. Ipse Romæ manens communiter cum Cæsare negotia tractat, moleste vero fert, in rerum iudicrarum certaminibus se ab illo semper superari; harioli Ægyptii prædictio, V. 1109, 50 *sqq.*; M. 393, 8 *sqq.* Tandem cum Octavia in Græciam abit; Athenis nuntius ei supervenit de Ventidii victoria, V. 1110, 15 *sqq.* Dum Antonius ad bellum properat, Ventidius iterum hostes vincit, Antoniusque Samosatis haud magna cum gloria captis, Athenas redit, V. 1110, 28 *sqq.* Rursum calumniis incitatur, ut trecentis navibus Italiam petat; Octaviæ preces utrumque in gratiam reducunt; conventus Tarenti, pacti conditiones, V. 1111, 12. In Syriam trajicit eoque Cleopatram arcessit; munera reginæ data; gemellos quoque ex ea tollit, V. 1111, 44 *sqq.* Monæses Parthus apud Antonium, V. 1112, 21 *sqq.* Amandata in Ægyptum Cleopatra, in Armeniam profectus exercitum lustrat, V. 1112, 34 *sqq.* Importuno tempore Atropatenam invadit, machinis bellicis relictis, quas Phraates, Parthorum rex, immissa manu cum præsidio perdit, V. 1112, 53 *sqq.* Obsidio Phraatorum, qua dimissa exercitum reducere coactum se videt, V. 1113, 23 *usque ad* V. 1115, 7. Calamitates, quæ recedentem in itinere premunt, V. 1115, 7 *usque ad* V. 1120, 11. Quot milites hac in expeditione deperierint, V. 1120, 12. Artavasdem nunc quidem impunem dimittit, post temporis captivum Alexandriam in triumpho ducit, V. 1120, 19 *sqq. cfr.* V. 1142, 1. Ad mare descendens in castello Phœniciæ, cui nomen Albus pagus, convenit cum Cleopatra, V. 1120, 40 *sqq.* Interim, cum dissidium inter reges Medorum et Parthorum esset exortum, et ille Antonium ad societatem belli invitasset (V. 1120, 51 *sqq.*), Cleopatra metuens Octaviam, quam ad se proficiscentem Athenis manere jusserat Antonius (V. 1121, 10 *sqq.*), impetrat ab hoc, ut Alexandriam redeat, V. 1121, 26 *sqq.* Divisio regnorum inter liberos Cleopatræ, V. 1122, 19 *sqq.*

Accusationes mutuæ Cæsaris et Antonii, V. 1122, 43 *sqq.* Epheso classem conducit; Cleopatræ sententia, ut ipsa una cum Antonio bellum obeat, vincit; Samum advecti genio indulgent, V. 1123, 7. Prienen scenicorum ludorum artificibus habitandam dat et Athenas advectus, rursus ludicris et theatro vacat; alia, V. 1123, 43 *sqq.* Inter maxima Antonii peccata numeratum est, quod apparandi sui tempus Cæsari concessit, V. 1124, 8 *sqq.* Antonii amici, ignominiis a Cleopatra affecti,

ad Cæsarem abeunt eique de testamento Antonii referunt, quod ille, senatu convocata, recitat, V. 1124, 20. Calvisius varia crimina objicit Antonio, V. 1124, 37. Geminius a populo Romano ad Antonium missus; multi Antonii amici, Cleopatræ adulatores non ferentes, abeunt, V. 1124, 54 *sqq.* Bellum decretum; prodigia præcedentia, V. 1125, 26 *sqq.* Copiæ Antonii ac Cæsaris imperiaque utrique subdita, V. 1125, 52 *sqq.* In honorem Cleopatræ classe decertare statuit, quamquam peditatu longe potentior, V. 1126, 21; V. 1127, 26. Varia, quæ pugnam præcedebant, V. 1126, 21 *usque ad* V. 1128, 3. Prœlium navale ad Actium, V. 1128, 3 *sqq.* Fuga Cleopatræ et Antonii, V. 1129, 4 *sqq.*; V. 1130, 11 *sqq.* Ipse a Tænaro in Africam trajicit, amicos donatos ad Theophilum Corinthum dimittit, V. 1129, 49 *sqq.* Exercitus terrestris proditus a ducibus, ita demum ad hostem concedit, V. 1130, 22. In Africa solitudini se dat, cumque ibi copiæ ab eo defecerint, Alexandriam venit et Ægyptum occludere studet, ceterum exsul hominum degens Timonem se imitari dicit, V. 1130, 44 *sqq.* Nuntiis de exercitu amisso et de defectionibus allatis nihil perturbatus Alexandriam convivis et donis replet, V. 1131, 54 *sqq.* Postulata Antonii rejiciuntur a Cæsare, V. 1132, 33 *sqq.* Exacta hieme bellum redintegratur; Pelusium captum; prœlium apud Circum, V. 1133, 19 *sqq.* Cœnis lautioribus ad supremum certamen se præparat, V. 1133, 43. Die insequente classis Antonii ad Cæsarianos transit, ipse pedestri conflictu victus in urbem redit, nuntioque falso de morte Cleopatræ deceptus, vulnus sibi infert, et ad illam portatus exspirat, V. 1134, 13 *sqq.* De annis ætatis ejus, V. 1139, 21. De posteris Antonii, V. 1139, 27 *sqq.* Philippicarum refutatio *cit.* V. 1092, 48; V. 1052, 18. Dictum de Megarensium curia, V. 1104, 8.

Antonius, Antonii imperatoris filius Fulvia natus, tertio loco habetur apud Augustum post Agrippam et Liviæ filios, V. 1139, 32. Marcellam ducit uxorem, Octaviæ et Marcelli filiam, V. 1139, 45.

Antonius, a Domitiano deficit; mirabilis de interitu ejus fama, V. 320, 54 *sqq.*

Antonius, Honoratus, primus de tribunis militum, prætorios dehortatur, ne Nymphidium imperatorem creent, V. 1261, 34 *sqq.*

Αντωνομασία, quid, Ps. 110, 29.

Antro Cornatius; vacca ejus a Servio rege mactata, M. 326, 16 *sqq.*

Q. Antyllius, lictor a Gracchianis interfectus, V. 1002, 51 *sqq.*; V. 1008, 30.

Antyllus, Antonii imperatoris et Fulviæ filius, V. 1132, 12; proditus a Theodoro pædagogo, necatur, V. 1136, 36; V. 1139, 28.

Antyllus, Plutarchi amicus (?), Fr. 8, 1, *ibid.* 16.

Anubis, deus Ægypticus, a Nephthy ex Osiride natus, enutritur ab Iside, quæ custodem deinceps eum comitemque habet, M. 436, 28; V. 448, 2. Ratio hujus fabulæ perhibetur, quod sit circulus, qui Horizon dicitur, id, quod infra, et quod supra terram est, una tangens, M. 450, 50. Cur forma cani assimilatur, M. 451, 1. Hecatæ a nonnullis, ab aliis Saturno comparatur, M. 451, 5. Anubis, qui cœlestia (ἄνω) ostendit, aliquando etiam Hermanubis usurpatur, M. 459, 13. Immolant ei alias album, alias flavum gallum, M. 459, 26.

Anytus, Atheniensis, Athemionis filius; decretum ejus, M. 1050, 28. Primus, Pyli proditæ accusatus, judices pecunia demeritus est, V. 263, 13. Dictum de Alcibiade, qui insolenter cum eo egit, V. 231, 38; *cfr.* M. 931, 43. Sycophanta, M. 605, 9 (?).

Aollius, Romuli ex Hersilia filius, quem posteri Abillium (Avillium?) vocant, V. 30, 15.

Aous, flumen in Epiro, V. 866, 26.

Aorna saxa, in India, M. 401, 47; M. 216, 35.

Apama, Artaxerxis Mnemonis filia, Pharnabazo in matrimonium data, V. 1222, 6.

Apama, Artabazi filia, nuptum data Ptolemæo, V. 695, 45.

Apama, Persis, Seleuci regis uxor, mater Antiochi Soteris, V. 1078, 26.

Apamea, urbs Phrygiæ, M. 87, 20.

Apathes versus, qui dicantur, Ps. 175, 37.

Apaturia, festum, M. 1046, 34 (ex Herodoto).

Apelles, pictor, M. 300, 38. Sicyoniis pictoribus talentum discendæ artis causa pendit, V. 1230, 38. Melanthium in pingendo Aristrato adjuvit, V. 1230, 46. Alexander ejus fulmigerus, V. 794, 46; *cfr.* M. 410, 41; M. 440, 44. Dicta, M. 7, 50 (de inepto quodam pictore); M. 70, 33 (de Megabyzo, *cfr.* M. 572, 15); V. 1072, 50 (de Protogenis Ialyso).

Apelles, Chius, philosophus (?), cum Arcesilao, M. 76, 29 *sqq.*

Apelles, quidam Epicureus, M. 1339, 1.

Apelles, aulicus, apud Philippum Antigoni filium, V. 1250, 32.

Apelles, Cumæus, Homeri avus, Ps. 100, 36, *et* 39.

Apellico, Tejus; bibliotheca ejus a Sulla Athenis Romam perlata, V. 559, 12.

Apemantus, Atheniensis, V. 1131, 27, *ibid.* 30.

Ἀπήνη, certaminis Olympici genus, M. 821, 11.

Aper, ubi capitur, dulcem lacrimam emittit, M. 853, 37; *cfr.* M. 1121, 45; cur rarius suibus domesticis pariunt et fere sub idem omnes tempus, diebus ineuntis æstatis, M. 1122, 10 *sqq.* Aprorum sollertia, M. 1182, 44. Aper Dianæ Orthosiæ in Teuthrante monte sacer, interfectus a Teuthrante a dea suscitatur; aureum ejus simulacrum cum humana facie; vox ab eo edi solita, Ps. 96, 44 *sqq.*

Aperanti, Ætolorum pars, V. 450, 47.

Ἀπηρτισμένος στίχος, Ps. 173, 32, *ibid.* 39.

Apes, thymo delectantur, M. 566, 36; oleo inunctæ moriuntur, M. 776, 20. Apes et formicæ reipublicæ studiosæ, M. 957, 31 *sqq.*; M. 1002, 1. Alvei, qui sint optimi, M. 1005, 7. Apum memoria, M. 1177, 14. Apes Cretenses, M. 1183, 38 *sqq.* Apum ortus, V. 982, 50.

Apesantus, Acrisii filius, monti hujus nominis nomen dedit, Ps. 94, 38 *sqq.* *cfr.* *ibid.* 6 *sqq.*

Apesantus, mons Argolidis, a priore dictus, cum Selinuntius antea vocaretur, Ps. 94, 38 *sqq.* *cfr.* Ps. 93, 49 *sqq.*

Aphabroma, stola, quam Megarides gerebant, appellata ab Abrota, Nisi regis uxore, M. 363, 32.

Apharesis, in Præteritis, Ps. 106, 9.

Aphareus, Idæ pater, M. 388, 14; *cfr.* Ps. 86, 27.

Aphareus, Hippiæ oratoris filius, Atheniensis, adoptatus ab Isocrate, M. 1021, 11; M. 1022, 50. Orationes scripsit, M. 1023, 1; M. 1021, 29, 33. Isocratis imaginem æream ad Olympieum posuit, cujus affertur inscriptio, M. 1022, 40. Septem et triginta tragœdias scripsit, quatuor retulit victorias, M. 1023, 2 *sqq.*

Ἀφεστήρ, Cnidiis quis, M. 360, 11.

Aphetæ, promontorium in Thessalia, V. 137, 41.

Aphidnæ, demus Atticus, M. 761, 29; M. 1028, 39. Aphidnæ oppidum expugnatur a Tyndaridis, V. 18, 3.

Aphidnus, adoptat Tyndaridas, ut initientur, V. 18, 24. Theseo amico Helenam conservandam dat, V. 17, 17.

Aphobus (Aphobetus), frater Æschinis oratoris, M. 1024, 39.

Aphobus, Atheniensis, unus de tribus tutoribus Demosthenis oratoris, M. 1029, 4.

Ἀφροδίτη, *vide* Venus.
Aphyæ ignis, proverb. Ps. 172, 51 *sqq.*
Aphytis, urbs Thessaliæ, V. 531, 22, 25.
Apia, antiquum regionis Argolidis nomen, M. 373, 18.
Apis, et Osiris, Indici boves a Baccho in Ægyptum adducti, M. 443, 2. Sacerdotes narrant Apin esse intelligendum formosam animi Osiridis imaginem et oriri, quando lux procreans a luna ingruat et bovem appetentem tangat, M. 443, 14; *cfr.* M. 450, 25; M. 439, 12; M. 875, 17. Memphi nutritur, M. 439, 12. Arcetur a Nilo, M. 431, 44. Viginti annos vivit, M. 457, 23. Apis vocatur caper, qui Mendete alitur, M. 465, 16. Sepultura Apidis, M. 465, 8. Sepulcralis ejus cista Memphi et æreæ portæ, Lethes et Cocyti appellatæ, M. 443, 8. Quæ sacerdotes palam faciunt, dum Apidis cadaver rate advectum sepeliunt, non distant a Bacchi sacrificio, M. 446, 1. Apis necatur a Cambyse, M. 451, 9; mactatur ab Ocho, M. 444, 21; V. 979, 32.
Apium, M. 853, 39. Apio coronantur victores Nemeorum, M. 823, 1. Corona exapio in Isthmico certamine, Quæst. Conv. lib. V, 3, M. 821; *cfr.* V. 297, 43. Apium malum omen, V. 297, 31 *sqq.* *cfr.* M. 822, 33. Apio opus habet, proverb. M. 822, 36. Equis inter alia pabula cur apium præbeat Achilles, M. 824, 27 *sqq.*
Ἀποδείξεις, exercitationes corporis quædam institutæ in Arcadia, M. 1386, 40.
Apollinarius (Plutarchus?), Fr. 35, 54.
Apollinis urbs, Ægypti, M. 454, 23.
Apollo, ita dicitur, quod unicus sit (πολλά), M. 479, 51; Ἰήιος, quod unicus et solus, Phœbus, quod castus et purus, *ibid.* Apollo filius Latonæ, Fr. 16, 1. Vocis origo ἀπαλλάττων et ἀπολύων, Fr. 19, 4 *sqq.* Sol vocatur Apollo, Fr. 19, 7. — Duas habuit nutrices, Veritatem et Corythaleam, M. 798, 40. Amores cum Phorbante, Hyacintho, Admeto (*cfr.* M. 931, 1), et Hippolyto, V. 74, 2 *sqq.* Ex Sinope, Asopidis filia, Syrum gignit, V. 605, 27. Pheneatarum agrum illuvie perdit, M. 674, 9. Apollo sagitta confodit Ismenum, Niobes filium, Ps. 81, 16. Apollo Marsyam victum excoriat, Ps. 88, 11. — Sitne idem ac Sol, annon, M. 488, 34; *cfr.* M. 480, 10; M. 526, 53; vel idem ac Orus senior, id est facultas, quæ conversioni solis præest, M. 459, 26; *cfr.* M. 456, 23; M. 1381, 38. De mutationibus dei, M. 480, 21. Septenarius ei sacer (Musagetæ), M. 478, 10; M. 901, 11. — Sacrificium, quod ei fieri solebat post amissum cognatum vel amicum, M. 365, 57. — Corvus ei sacer, M. 463, 50; olores, M. 473, 3. Laurus et palma ei sacra, M. 882, 45 (Apollo lauriger, V. 142, 12). Certat cithara, cantu, disci jactu, pugilatu, *ibid.* *cfr.* M. 1388, 53. Sacer gladius, qui Tarsi servatur, M. 526, 29. — In templo ejus (Delphis), ad ignem sempiternum de omnibus lignis sola uritur abies, sola laurus suffitur, duæ sunt Parcæ, nulli mulieri licet ad cortinam accedere, M. 470, 34. — Chori in ejus honorem Delum missi; palma ærea Niciæ, V. 627, 6, 19. Ara ejus ceratina in Delo, M. 1203, 42 *sqq.* Thargelia Athenis ei festa, Carnea Cyrenæ, M. 874, 30. Templum ejus Actii et Leucade, V. 752, 43. Simulacrum Apollinis in Delo dextra manu arcum, læva Gratias tenens, M. 1388, 38. Hyperboreorum sacra antiquitus Delum mitti solita, M. 1388, 47 *sqq.* Ligneum simulacrum, quod in Delo primum per sacram legationem Apollini ab Erysichthone consecratum est, Fr. 20, 11 *sqq.* — Pythius Apollo; de nomine, M. 470, 24; *cfr.* M. 59, 20. Certamen cum Pythone, M. 441, 10; M. 512, 44; M. 508, 50; *cfr.* M. 1209, 16. Scepterium festum, quo nono quoque anno Delphi pugnam Apollinis cum Pythone imitantur, M. 361, 32; M. 509, 5. Apollinis fanum et sacrificium Hosiorum Delphis, M. 446, 20. Prisco more, qui ex pueris excedebant, profecti Delphos comæ primitias sacrabant, V. 2, 47. Contentio Apollinis cum Neptuno Delphis, M. 904, 21. Post secundum bellum Gallicum a Romanis cratera aurea Delphos mittitur, V. 361, 7. Tempica laurus, quæ a puero Delphos defertur, M. 1388, 47. Pythius, Ps. 91, 38. — Delius (M. 470, 26; M. 480, 41); Phanæus (M. 470, 26; M. 480, 44); Phœbus (M. 480, 41. Theologorum de eo decreta, quibus mutatio est in ignem, quem semper juvenem fingunt et per tres anni partes, κόρον dictas, pæane celebrant, M. 474, 30 *sqq.*); Theorius (M. 480, 44; Musæ et Memnosyne apud eum versantur, M. 480, 42); Lycoctonus (M. 1182, 24); Λοξίας (M. 618, 40, nominis interpretatio); Delphinius (Cretensium coloniam delphino misso Cirrham deducit, M. 1204, 8 *sqq.*); Leschenorius (M. 470, 28); Paean (M. 910, 5); Pugili Delphi, Cursori Cretenses et Lacedæmonii sacrificant, M. 883, 11. Hebdomagena a vatibus et sacerdotibus vocatur, M. 874, 28 *sqq.*; Musageta, M. 908, 1 *sqq.*; Ptous Apollo, M. 1212, 27; Ἄναξ, Fr. 31, 30. Lycius Apollo, Argis, V. 482, 13; V. 483, 1; Apollo Coropæus vel Oropæus, Fr. 26, 44 *sqq.* — Tegyræus Ap., fabula, nomina loci, cetera, templum et oraculum Tegyris, V. 341, 51 *sqq.* *cfr.* M. 502, 22, 31. — Ismenius Ap., cui tripus ille aureus, unoquoque ex Septem Sapientibus sapientissimum se profiteri recusante, Thebis dedicatur, V. 96, 19. — Thurius Ap.; templum ejus Chæroneæ, nominis etymologiæ, V. 553, 11. — Apollo, idem ac Sol, Ps. 158, 15 *et* 20. Ægrotationes communes ab eo ortum habent, ut qui anni tempora inducit, cui virorum salutem et exitium tribuit Homerus, *ibid.* 14 *et* 19. Jaculator ob radiorum jactum, *ibid.* 20. Cur dicat Homerus Telemachum in tantum virum evasisse, Ἀπόλλωνός γε ἕκητι, *ibid.* 24. Apollo est calidum et siccum, Ps. 127, 12 *sqq.* Apollinis delubra antiquitus in locis solitariis consecrata, Fr. 40, 23. Apollo, quid tibi citharizavit, proverb. Ps. 164, 28.
Apollo, nomen, quod Lucullus cœnaculo pretioso dabat, V. 620, 14.
Apollocrates, M. 676, 48.
Apollocrates, senior, Dionysii minoris filius, V. 1162, 16; Syracusanorum arcem Dioni tradit, V. 1166, 47 *sqq.*; V. 1171, 32.
Apollodorus, Atheniensis, Archelai pater philosophi, M. 1067, 39.
Apollodorus, Phalereus, Socratis prisci imitator, V. 932, 35.
Apollodorus, tyrannus, M. 961, 29; M. 673, 12. Somnium ejus, M. 671, 27.
Apollodorus, pictor, Athenis natus, primus invenit colorum temperationem diversorum et umbræ coloribus exprimendæ rationem; operibus ejus inscriptum erat: Μωμήσεταί τις μᾶλλον, ἢ μιμήσεται, M. 423, 26.
Apollodorus, Atheniensis, Timotheum ducem, Phormionem et Stephanum accusat, Demosthene orationem ei scribente, V. 1017, 53; *cfr.* V. 1059, 19.
Apollodorus, Babyloni præfectus ab Alexandro, V. 841, 23.
Apollodorus, Siculus, apud Cleopatram, V. 872, 13.
Apollodorus, *citatur*, V. 47, 12; M. 371, 16 (ἐν Ῥυτίνῳ); M. 821, 38.
Apollodotus, poeta, *cit.* M. 1338, 27.
Apollonia, urbs Epiri, V. 559, 44; V. 1186, 39; V. 1053, 39; M. 490, 22; V. 865, 50; V. 866, 18; M. 668, 35.
Apollonia, urbs Mysiæ, V. 595, 27.
Apollonia, urbs Siciliæ, V. 236, 39.
Apollonides, ex comitibus Seleuci, Demetrii Poliorcetæ quondam familiaris, V. 1090, 23, 30.
Apollonides, Stoicus, Uticæ cum Catone, V. 944, 17; V.

944, 45; V. 945, 54; mortuus apud Philippos, V. 948, 6.
Apollonides, Tacticus, persona dialogi, M. 789, 31.
Apollonides, mathematicus, persona dialogi, M. 1127, 43 *sqq.*; M. 1132, 37.
Apollonis, Cyzicena, mater Eumenis regis ac trium præterea filiorum, Attali, Philetæri et Athenæi, M. 582, 22.
Apollonius, tyrannus Zenodotiæ, V. 660, 32.
Apollonius, ὁ Ἡροφίλου, *cit.* M. 1115, 50.
Apollonius, Rhodius, Molonis filius, V. 845, 9; M. 1029, 40 (dictum ad Ciceronem).
Apollonius, Peripateticus, Sotionem fratrem natu minorem ipso honoratiorem reddit, M. 591, 2; M. 1338, 7; *cit.* Fr. 55, 44 (idem?).
Apollonius, cui Plutarchus disputationem « Consolatio ad Apollonium » inscriptam dedicat, M. 121, 36.
Apollophanes, Cyzicenus, Pharnabazi et Agesilai hospes, V. 718, 25.
Apollophanes, grammaticus, M. 833, 4.
Apollothemis, historiographus, *cit.* V. 70, 37.
Ἀπολύεσθαι, de voce, Fr. 9, 23.
Aponius, delator Neronianus, carris onustis subjicitur a populo, V. 1259, 11.
Aponœa, nominatur decretum Phocensium comburendi mulieres et pueros, si a Thessalis victi essent, M. 302, 26.
Apopis, Solis frater, fertur apud Ægyptios bellum movisse adversus Jovem, M. 447, 3.
Apospheneoneti, fundarum telis pulsi, Eretrienses illi dicebantur, qui ex Corcyra a Chiricrate Corinthio ejecti et ab ipsorum civibus fundis patria prohibiti Methonam in Thracia condiderunt, M. 361, 18 *sqq.*
Ἀποστροφή, quid, Ps. 117, 27 *sqq.*
Apothetæ, locus præcipitiis circumcisus juxta Taygetum Spartæ, ubi infantes degeneres et informes exponebantur, V. 58, 54.
Ἀπόθετος νόμος αὐλωδικός, M. 1384, 28; *cfr.* M. 1385, 12.
Appia via, V. 846, 32.
Appius Clausus, vir inter Sabinos potens, a Poplicola accersitus Romam transmigrat cum quinque millibus familiarum; omnes agris donati, hi in civium, ipse in senatorum numerum ascriptus est; gens Claudia eum principem habet, V. 129, 2 *sqq.*
Appius Claudius, Coriolani æqualis, V. 266, 29.
Appius Claudius Cæcus; verba, quæ fecit de pace cum Pyrrho ineunda, V. 470, 43 *sqq.* *cfr.* M. 970, 41.
Appius, consul, dux Romanorum in Sicilia contra Carthaginienses, V. 363, 41; V. 364, 33; Capuam recipit, V. 228, 12. Dictum in Scipionem Africanum (idem?), V. 329, 15; *cfr.* M. 242, 52.
Appius Claudius, vir consularis et censorius, princeps senatus ob dignitatem lectus, Tib. Graccho filiæ suæ nuptias offert, V. 984, 44 *sqq.* Primæ legis agrariæ a Tib. Graccho latæ adjutor (V. 987, 48), cum eo ad discernendos et dividendos agros deligitur, V. 990, 23. — Omnibus libertis civitatem Romanam vindicat (idem?), V. 120, 9.
Appius Clodius, frater uxoris Luculli, V. 603, 5. A Lucullo ad Tigranem missus, qui dedi sibi Mithridatem postulet, V. 601, 27. Dum Antiochiæ Tigranem operitur, multos sibi conciliat, ut Zarbienum regem, V. 603, 5 *sqq.* Tigrani palam dicit se Mithridatis abducendi causa venisse, alioquin bellum ei indicere, V. 603, 47. Reversus, V. 605, 2.
Appius (M.); Ciceronis in eum dictum, V. 1043, 12.
Appius Claudius, juvenis nobilis, in Sullanis tumultibus dejectus a Telesino Samnite, V. 562, 19.
Appius, Sardiniæ præfectus, apud Cæsarem Lucæ, V. 856, 43. Pompejanos milites e Gallia a Cæsare reducit, V. 775, 8.
Aprilis mensis nomen aut a Venere, cui mensis hic est sacer, cujusque sacra Kalendis hujus mensis fiunt (M. 853, 37), vel ab aperire derivatum, V. 86, 21 *sqq.*
Apsephio, archon Atheniensis, V. 578, 1.
Apsus, flumen Epiri, V. 442, 11, 20.
Aptera, urbs Cretæ, V. 481, 26.
Apulejus (L.), accusator Camilli, V. 161, 3.
Apulia, V. 273, 35.
Aqua, principium, Ps. 125, 4, *ibid.* 8, *ibid.* 14. Aquam dimetiri litigantibus vilissimum opus erat in tribunalibus, Ps. 172, 6.
Aquæ ductus, maximus Romæ constructus a P. et Q. Marciis, V. 255, 34.
Aquæ Sextiæ, urbs Galliæ citerioris, V. 495, 53; V. 496, 18. Victoria Marii, V. 497, 32 *sqq.*
Aquationis lex, lata a Solone, V. 109, 13 *sqq.*
Aquila, cicurata a Pythagora, V. 77, 12. Aquilæ nidus cum septem pullis, V. 508, 45. Aquilarum ostentum, V. 1193, 33. Aquilæ inter ambulandum ungues intro vertunt, M. 630, 22. Aquilarum pennarum mira virtus, M. 828, 10. Aquilarum duo genera, M. 917, 19. Aquilæ et reguli apologus Æsopi, M. 985, 7. Aquila communis vulpium et serpentum inimicus, M. 1200, 38.
Aquillius (M.), legatus Marii, V, 493, 13.
Aquillius, tribunus plebis, socius Catonis minoris, V. 930, 36.
Aquillii, familia Romana patricia, a Tarquinii Superbi exulati legatis ad proditionem perducti (V. 117, 34 *sqq.*, *ibid.*, 49 *sqq.*), quamquam Collatino iis indulgente, populi suffragiis damnantur, V. 119, 28 *sqq.*
Aquilo, a Sole victus, fabula, M. 165, 32. Aquilo ventus, M. 1092, 16; M. 1162, 4; Fr. 26, 24; Fr. 27, 22; Ps. 129, 46.
Aquilonaris polus, super terram arduus, Ps. 129, 52.
Aquinius (M.), V. 1043, 21.
Aquinum, Italiæ urbs, V. 1273, 32.
Aquinus, cum Metello in Hispania vincitur a Sertorio, V. 686, 8 *sqq.*
Ara (ab) suffragium, V. 144, 6; V. 202, 54. Ara aurea Midæ, stato tempore lapidea fieri solita, M. 377, 33. Ara Æmilii, M. 378, 7. Aræ duæ in Germania clangorem edentes stato tempore, M. 382, 12. Ara Oblivionis, M. 904, 25. Ara Jovi Servatori a Demosthene exstructa, M. 1031, 28. Ara ceratina seu cornea, inter septem mundi miracula numerata, M. 1203, 41. Ad Aram, proverb. Ps. 169, 10.
Arabes, mures abominantur, M. 649, 42. Arabes Scenitæ a Tigrano rege in Mesopotamiam abducti, V. 603, 33. Arabia Nabatæa, V. 1111, 54. Arabes Tigrani auxilium ferentes funduntur a Sextilio, Luculli legato, V. 607, 24 *sqq.* Arabum reges Lucullo se dedunt, V. 611, 23. Arabes circa Amanum montem accolentes in potestatem redacti, V. 762, 48. Alexandri expeditio in Arabes ad Antilibanum accolentes, V. 809, 27. Pompeji expeditio in Arabiam Petræam, V. 763, 48. Arabes circa Petram habitantes Antonii naves comburunt. V. 1131, 11. Arabes Nabatæi debellati a Demetrio Poliorceta, V, 1064, 27.
Arabicus sinus, V. 1131, 8.
Aracandus (Pharacandus?), pater Euphratis, qui nomen dedit fluvio, Ps. 95, 44.
Arachosia, Persiæ regio, M. 403, 11; V. 709, 28.
Aracus, Spartanus dux, cujus legatus Lysander, V. 521, 41.
Arœni acta, ad Thraciam, cur ita sit dicta, antea cum Dracontis fuerit dicta, M. 367, 13.
Aranea, M. 500, 14; M. 1183, 18.
Arar, cum fratrem Celtiberum a feris dilaniatum offenderit, se ipsum in fluvium dejicit Brigulum, qui ab eo Araris nomen sumit, Ps. 84, 36 *sqq.*

Arar, fluvius Galliæ Celticæ. De fluviis et montibus, VI. Brigulus primum dictus, cur nomen mutaverit, Ps. 84, 32 *sqq.* De Clupæa vel Clopia, vel Scolopido pisce, *ibid.* 41 *sqq.* Lapis hujus in piscis capite inventus febres quaternas sanat, *ibid.* 46 *sqq.* Lugdunus urbs in monte ejusdem nominis conditur a Momoro et Atepomaro, Ps. 85, 3 *sqq.*

Araris, Helvetiæ flumen, V. 854, 46; V. 859, 11.

Araspes, Persa, apud Cyrum minorem, M. 101, 19; M. 631, 39.

Araterium, locus Athenis, a Thesei in Athenienses imprecationibus dictus, V. 19, 20.

Arationem a suibus homines edocti, M. 814, 10. Arationes Atheniensium sacræ tres, M. 171, 11.

Aratium, nomen loci, ubi Aratus sepultus est, V. 1253, 24.

Callicratidas, Spartanus, Lysandri successor, V. 520, 35; pecunia regia privatus a Lysandro, Cyrum adit, sed rusticus visus non admittitur, V. 520, 44 *sqq.*; *cfr.* V. 1218, 23; victus ad Arginusas occidit, V. 521, 30 *sqq.* Dictum ejus haruspicem, V. 332, 42. Alia, V. 69, 48; M. 1000, 5; M. 1345, 29 (de Conone : μοιχεύειν τὴν θάλατταν).

Callicratidas, Syracusanus, cum Lamacho singulari pugna congressus, simul cum eo occidit, V. 633, 50 *sqq.*

Callicyriis plures, proverb., unde exstiterit, Ps. 164, 43 *sqq.*

Callidromus, collis ad Thermopylas, V. 410, 19.

Calligeneia, in Thesmophoriis invocari solita, M. 367, 34.

Callimachus, polemarchus Atheniensis, ex Æantide tribu, in pugna Marathonia fortissime pugnans occidit; M. 375, 34; M. 425, 17; M. 761, 34.

Callimachus, de secundis partibus in Platæensi pugna cum Aristide certat, V. 422, 22.

Callimachus, archon Atheniensis, Demosthenis æqualis, M. 1030, 18.

Callimachus, Amisi urbis præfectus, eam summa calliditate et peritia contra Lucullum defendit et urbe incensa aufugit, V. 601, 29 *sqq.*; Nisibi capta supplicio afficitur a Lucullo, V. 613, 53 *sqq.*

Callimachus, poeta, *cit.* V. 1131, 59 (epigramma in Timonem hominum osorem); M. 552, 7 *sqq.* (Epigr. XLIV); M. 728, 11 (μὴ μετρεῖν σχοίνῳ Περσίδι τὴν σοφίην); M. 823, 14 *sqq.* (καί μιν Ἀλητιάδαι κτλ.); M. 1072, 38 *sqq.* (εἰς τὸ πρὸ τείχεος κτλ.); M. 1073, 6 (εἰ θεὸν οἶσθα); Fr. 20, 15 (Οὕπω Σκέλμιος ἔργον ἐόξεον κτλ.)

Callimedon, Carabus, orator Atheniensis, post Alexandri mortem Athenis profugus ad Antipatrum se confert, V. 1024, 38; V. 899, 29; postea una cum Phocione accusatus iterum fugit, V. 902, 50; V. 904, 20; absens capitis damnatur, V. 904, 31.

Callionæi, cum Eleis litigantes Bunæ permittunt arbitria, Ps. 165, 46.

Callinicus, de nomine, V. 261, 18; V. 485, 6.

Calliope, Musa, M. 908, 6; eloquentiæ Musa, M. 979, 6; Ps. 102, 25.

Calliphon, Atheniensis exsul apud Sullam, V. 550, 26.

Callippides, Atheniensis; tragœdus illustris, V. 250, 22; M. 426, 47; ad Agesilaum accedit, M. 259, 23; *cfr.* V. 724, 37 *sqq.*

Callippus, Atheniensis, apud quem Dio habitat Athenis, V. 1150, 39. Dux militum mercenariorum Dionem comitatur Syracusas ingredientem, V. 1157, 22; *cfr.* V. 288, 30; V. 331, 17, 22; M. 210, 47. Quomodo familiaris factus sit Dionis; consilium ejus occidendi capit, V. 1170, 37 *sqq.* Magnum jusjurandum dat mulieribus, V. 1171, 43. Dionis cædes, V. 1172, 3 *sqq.*; *cfr.* M. 641, 47. Post Dionis mortem urbem in potestate habet, quam vero profectus ad Catanam occupandam perdit; Rhegium se confert ibique a Leptine et Polysperchonte eodem, quo ferebatur Dio, pugione cæditur, V. 1172, 25 *sqq.*; *cfr.* V. 636, 44; M. 669, 32.

Callirrhoe, Phoci Clisanthei filia, patre a sponsis interfecto, in Pambœotiis de scelere conquesta impetrat, ut Thebani eos pœna persequantur, M. 946, 48 *sqq.*

Callirrhoe, Lyci regis filia, M. 382, 54.

Callisthenes, Haliartius; contentio cum Stratone Orchomenio de Aristoclea pulchra, M. 943, 23 *sqq.*

Callisthenes, orator Atheniensis, V. 1022, 32.

Callisthenes, Olynthius, natus Herone, Aristotelis consobrina, discipulus hujus philosophi, V. 831, 4; spe Olynthi restituendæ ad Alexandrum navigat, M. 1276, 25; apud Alexandrum Magnum multas in offensas et suspiciones incurrit, postremo Hermolai detectis insidiis, Callisthenes auctor ei fuisse creditus est; de morte ejus variæ relationes, V. 828, 46 *usque ad* V. 831, 11; (*cfr.* V. 576, 20; M. 78, 48; M. 755, 19).

Citata, V. 165, 13; V. 581, 3, *ibid.* 50; V. 734, 2; V. 811, 47; V. 816, 30; V. 817, 13; V. 400, 32; M. 361, 10; M. 377, 37 (ἐν δευτέρῳ Μεταμορφώσεων); M 378, 32 (ἐν τρίτῳ Μακεδονικῶν); M. 385, 10 (ἐν τρίτῳ Θρακικῶν).

Apopthegmata, M. 551, 16 (οὐ βούλομαι πιὼν Ἀλεξάνδρου Ασκληπιοῦ δεῖσθαι; *cfr.* M. 755, 19 *sqq*).

Callisthenes, L. Luculli libertus, V. 621, 35; M. 967, 48.

Callisthenes, Sybarita, *cit.* Ps. 84, 49 (ν τῃ Γαλατικῶν); Ps. 83, 14 (ἐν γ' τῶν Κυνηγετικῶν).

Callisto, Hebronis filia, Calliæ soror, Lycurgo oratori nupta, M. 1027, 12.

Callisto, Lycophronis filia, Lycurgo oratore nati, Cleombroto Acharnensi nupta, filio Dinocratis, M. 1027, 21; postea Socratis uxor, *ibid.*

Callistomacha, filia Philippi Æxonensis, Lycophronis uxor, filii Lycurgi oratoris, M. 1027, 20.

Callistratus, Empæi (Callicratis) filius, Aphidnæus, orator Atheniensis, M. 1028, 39, 44; V. 1016, 57; M. 721, 41; ad culpandos Argivos et Thebanos in Arcadiam mittitur, M. 233, 25; *cfr.* M. 990, 2; Oropiam causam agit, V. 1012, 9 *sqq.*

Callistratus, a secretis Mithridatis regis erat, interficitur a Lucullanis militibus, V. 600, 27.

Callistratus, Leonis filius (M. 859, 34), sophista, Amphictyonum procurator (M. 499, 37; M. 858, 24). Plutarchi æqualis, M. 811, 5.

Callistratus, Carystius ditissimus, de quo proverbium originem habet, super divitias Callicratis, Ps. 171, 36 *sqq.*; alia relatio, *ibid.* 40 *sqq.*

Callistus, libertus C. Cæsaris Caligulæ, V. 1259, 21.

Callithyia, Piræ filia, Junonis sacerdos ponitur a patre, Fr. 20, 21.

Callixenus, sycophanta, M. 605, 9.

Calondas Corax, Naxius, Archilochum in pugna interficit; oraculum a Pythia ei datum, M. 667, 51 *sqq*

Κάλπη, certaminis Olympici genus, M. 821, 10.

Calpurnia, C. Marii filia, immolata a patre bello Cimbrico, M. 382, 8.

Calpurnia, Pisonis filia, C. Julio Cæsari nupta, V. 768, 21; V. 851, 40; V. 880, 26 *sqq.*; V. 1100, 15.

Calpurnius Crassus, Reguli legatus, capitur apud Massylos, Saturno immolandus victor redditur a Bisaltia, regis filia, quæ patrem prodit, M. 383, 5.

Calpurnius, Romanus, ex Florentia, quam primum vitiaverat, deinde emerat, Contruscum tollit, M. 384, 10.

Calpurnius Lanarius, dolo Julium Salinatorem interficit, V. 681, 52.

Calpurnius Piso, Cæsaris socer, ab hujus et Pompeji factione consul constitutus, V. 925, 16.

Calpurnius Bibulus, *vide* Bibulus.

Calpus, Numæ regi adscribitur filius et Calpurniæ familiæ princeps habetur, V. 88, 12 *sqq.*

Calumnia; Plutarchi ex libro de Calumnia, Fr. 42, 39.

Calvisius (Domitius), Hispaniæ citerioris præfectus, vincitur a Sertorio, V. 684, 54.

Calvisius, Cæsaris junioris socius, crimina objicit Antonio, V. 1124, 37.

Calvus, Romanus, in bellis civilibus jugulatur, M. 1186, 25.

Calydon, Thestii filius, a patre occiditur, Ps. 97. 24.

Calydon, Martis et Astynomes filius, Dianam abluentem conspicatus, mutatur in lapidem, et inde mons appellatur Calydon, Ps. 97, 44 *sqq.*

Calydon, mons Ætoliæ, Gyrus prius cum diceretur, cur ita sit nominatus, Ps. 97, 43 *sqq.*

Calydonia, Ætoliæ regio, V. 1232, 7.

Camarina (?), Siciliæ urbs, V. 1156, 39.

Cambyses, Persarum rex, somnio territus fratrem interficit, M. 593, 45. Expeditio ad Ammonem, V. 811, 24. Apim necat, M. 451, 9.

Cameli, quando primum Romanis visi, V. 595, 33.

Cameria, Sabinorum urbs, a Romulo capta, colonia illuc deducta, V. 38, 42 *sqq.*; V. 503, 5.

Camillus, dicitur puer Jovis sacerdoti ministrans, apud Romanos, V. 76, 35.

Camillus, Mercurii nomen apud Græcorum nonnullos, V. 76, 36.

Camillus (Furius). Vita ejus, V. 154, 20 *sqq.*; *cfr.* V. 42, 53; V. 209, 24; M. 398, 51.

Quibus magistratibus sit functus, cur consul non fuerit, etc., V. 154, 29 *sqq.* Primum in magna contra Æquos Volscosque pugna excellit; censor creatus cælibes adigit, ut viduas matrimonio ducant; dux constituitur cum aliis contra Vejos, sorte bellum contra Falerienses et Capenates nactus eos intra muros compellit, V. 154, 28 *sqq.* Ad decimum belli annum dictator factus primum Faliscos et Capenates superat, deinde Vejos dolo capit, V. 156, 33 *sqq.* Junonis simulacrum Romam transfert, prodigia, V. 157, 31 *sqq.* Populi odia irritat insolenti triumphi splendore, impedimentis, quæ rogationi tribunorum plebis de distribuendis in duas partes senatu populoque Romano objicit, maxime propter actionem de prædæ Vejentis decima parte consecranda, V. 158, 5 *sqq.* Aurea cratera Delphos missa, V. 159, 1 *sqq.* Cum quinque aliis tribunus militum creatus Falerios obsidet, V. 159, 29. Proditorem puerorum magistratum cum pueris remittit, quo moti facto Falisci deditionem faciunt, V. 159, 45 *sqq.* Odia populi auget, quod militibus bona Faliscorum diripienda non dat, plebemque cogit ut rogationem de distribuenda urbe antiquent; in jus vocatus non apparet propter filii mortem, V. 160, 42 *sqq.* Postulatus a L. Apulejo, quod Etruscam prædam peculatus sit, in exilium proficiscitur; preces ejus urbis portas digredientis, V. 161, 3 *sqq.* Absens damnatur quindecim millibus æris, V. 161, 25.

Gallis Capitolium obsidentibus, exsul Ardeæ degit, Ardeatibus armatis magnum Gallorum agmen, quod regionem populatum erat, noctu opprimit, V. 167, 49 *sqq.* Romani, qui Vejos confugerant, Ardeam mittunt oratum Camillum, ut imperium suscipiat, quod facturum se negat, nisi lege lata a civibus, qui Capitolium teneant, V. 168, 43 *sqq.* E senatus decreto, quod Pontius Comminius feliciter e Capitolio petit, iterum dictator factus Camillus Vejis parat exercitum, V. 169, 12 *sqq.* Inter altercationem ob Gallorum in ponderando auro fraudem Camillus advenit, pactionem rescindit et postero die Gallos, quos Brennus in castro reduxerat, aggressus fundit, V. 171, 42 *sqq.* Triumphum agit ædemque Ajo Locutio ponit eo loco, ubi nocturna vox M. Codicium de adventu barbarorum monuerat, V. 172, 23 *sqq*; *cfr.* M. 392, 7.

Cum urbs funditus instauranda sit et multitudo iterum Vejos respiciat, senatus Camilli dictaturam in annum prorogat, et cum ipsi jam plebis querelis infringantur, rem ad deliberationem Camillo inferri visum est, V. 172, 45 *sqq.* Omen, quod in deliberationem incidit, omnes impellit, ut urbem patriam retineant et inter annum nova tota et muris et ædificiis privatis absoluta est, V. 173, 31 *sqq.*

Sequente bello Æquorum, Volscorum, Latinorum et Etruscorum, cum tribuni militum a Latinis in obsidione habeantur, Camillus tertium dictator creatur, V. 174, 18 *sqq.* Duæ narrationes hoc de bello, prima fabulosa de Tutula vel Philoti ancilla (V. 174, 28 *sqq.*), altera dicit Camillum novo cum exercitu hostium a tergo consedisse, eorumque munitionibus incensis plerosque interfecisse, V. 175, 26 *sqq.* Exinde Æquorum urbem capit, Volscos in deditionem redigit et Sutrium jam captum ab Etruscis eodem die redimit, V. 176, 11 *sqq.* Cum M. Manlius seditiones agitet, Camillus rursus tribunus militum creatus judicium e Capitolii conspectu in lucum Petelinum conducit, ubi Manlius damnatur, V. 176, 44 *sqq.* Tribunatum militum sextum invitus suscipere coactus contra Prænestinos et Volscos ducit; L. Furius collega pugnam temere conserit et funditur; Camillus valetudinarius fugientes sistit, postero die hostes confligat; Satricum coloniam Romanorum ab Etruscis captam redimit, V. 177, 41 *sqq.* Eodem sexto tribunatu Tusculanos defectos recipit, V. 178, 30 *sqq.* Quartum dictator creatus contra Licinium Stolonem mox morbi specie magistratu se abdicat, V. 179, 8 *sqq.* Quintum dictator contra Gallos alteram invasionem ab Adriatico mari facientes arma militum ad vim barbaricorum gladiorum perferendum aptat et hostes cunctando securos ad Anienem fluvium confligit, V. 179, 47 *sqq.* Camillo dictatura adhuc fungente concedit senatus, ut alter consulum e plebe creetur; templum Concordiæ a Camillo votum, V. 181, 14 *sqq.* Insequente anno, pestilentia grassante, absumptus est, V. 181, 34 *sqq.*

Camma, uxor Sinati tetrarchæ Galatiæ, quo interfecto a Sinorige, huic ambienti ipsam venenum ad aram propinans

maritum ulciscitur, M. 318, 17 *sqq.*; *cfr.* M. 939, 10 *sqq.*
Campania, V. 664, 32; V. 924, 47; V. 1030, 40. Campanus ager, V. 1042, 32.
Campus Martius, V. 621, 44.
Camulatus, a M. Bruto ad hostes transit in pugna ad Philippos, V. 1200, 29.
Camurius, miles quidam, percussor Galbæ imperatoris fertur, V. 1269, 31.
Canathrum, imago gryphorum et hircocervorum, in quibus Spartani filias vehunt in pompis, V. 723, 19.
Cancri, nascentes ad locum, cui Asterium nomen, in Tenedo, M. 488, 2. Sues cancros fluviatiles comedentes capitis dolore liberantur, M. 1123, 40.
Candaules, Lydorum rex, in suæ uxoris cubile inducit Gygen, M. 754, 8; a Gyge deficiente necatur, M. 371, 50.
Candidatis cur mos erat, ut sine tunica in toga magistratum peterent? M. 340, 43.
Canethus, Scironis pater, V. 13, 35; vel Sinis, *ibid.* 36.
Canicius, dux agminis gladiatorum a Spartaco defecti, V. 656, 2.
Canicula, stella, Isidis habita ab Ægyptiis, M. 439, 31.
Canidius, tribunus plebis, rogationem fert, ut Pompejus Ptolemæum Alexandrinis reconciliet, V. 769, 49; Catonis minoris amicus, V. 925, 50; V. 926, 36; V. 927, 7, 11; præmissus ab hoc in Cyprum, V. 925, 50.
Canidius, Antonii legatus in Armenia, Armenios regesque Iberorum et Albanorum vincit, V. 1111, 7; in expeditione contra Parthos, V. 1116, 14; corruptus a Cleopatra persuadet Antonio, ut illam secum in civile bellum ducat, V. 1123, 8, 16 *sqq.*; V. 1127, 16; V. 1128, 10; V. 1129, 50; noctu clam ab exercitu profugit, V. 1130, 29; ipse amissi ad Actium exercitus nuntium Antonio affert, V. 1131, 54.
Caninius Rebilius, consul suffectus a Cæsare in unam diem, V. 876, 52.
Canis immolatio in Lupercalibus sacris, V. 36, 43; V 37, 8; M. 345, 33 *sqq.* Alcibiadis canis, V. 234, 8 *cfr.* M. 223, 42; Xanthippi, V. 140, 10; canis sepulcrum, *ibid* 15; canis Æsopicus, M. 186, 27; canem cur immolarent Manæ Genetæ, M. 341, 52 *sqq*; canem Argivi Lucinæ immolant, M. 341, 49; cur Laribus canis apponatur, ipsi autem caninis pellibus amiciantur, M. 341, 27; canis Pani sacer ob caprarum custodiam, M. 345, 49; Anubis est forma, M. 451, 1, *ibid.* 7; animal Ægyptiis honoratissimum, M. 451, 8; canis et capræ contactu ac nominatione Diali flamini cur sit interdictum, M. 357, 52; canes a Delo insula et arce Atheniensi cur arcerentur, M. 358, 10; Dianæ sacer, M. 463, 51; canum iratorum morsus immedicabiliores, M. 829, 26; canum salutatio in venando, M. 1001, 48; quæ sit canis lignea apud Locros, M. 363, 12; canes salsamento esu citius concipiunt, M. 1116, 11; canis in venando ratiocinatio, M. 1186, 7; canis hero caput amputari prohibuit, donec confoderetur, M. 1186, 25; Pyrrho heri sui prodit percussores, M. 1186, 28 *sqq.*; Hesiodi canis, M. 1186, 43; canis nomine Capparus, templo Æsculapii custos Athenis, sacrilegum prodit, M. 1186, 45 *sqq.*; Astus canis in rogum se cum hero comburendum conjicit, M. 1187, 36; Hyrcanus canis Lysimachi in rogum ejus se conjicit, *ibid.* 33; Indici canes ad Alexandrum adducti, M. 1188, 15; canis mimi cujusdam personam agens in scena, M. 1191, 40; canes nauseantes herba quadam choleram ejiciunt, M. 1192, 13; regiis honoribus colitur apud Æthiopes quosdam, M. 1301, 43; canibus victimis utuntur Cares, Ps. 169, 19; canes Indici dono dati Alexandro, Ps. 77, 14.
Canis, stella Isidis, M. 439, 32 (Ægyptiis Sothis).
Cannæ, Apuliæ oppidum; pugna apud Cannas, V. 361, 16; V. 218, 30 *sqq.*
Canops, (Carbo?) M. 652, 24.
Canopus (Κάνωβος), gubernator et stella, M. 439, 53.
Canopus (Κάνωβος), urbs in insula Nili in mare exeuntis, V. 980, 44; V. 1141, 21. Canopicum ostium, V. 810, 50; *cfr.* V. 110, 48. Canopicum oraculum, M. 442, 24.
Cantabrici tumultus sub Augusto, M. 396, 3.
Canthario, Arcas, qui ad Eleos bellum Arcadibus facientes perfugit, cum per Lycæum cum præda transierit, bello soluto a Spartanis Arcadibus traditur, M. 370, 7.
Cantharis, M. 26, 17. Ferunt eam in se habere quoddam damni, quod injunxit, remedium, M. 970, 13; M. 650, 40. Cantharis muribus, proverb., Ps 170, 6.
Cantharolethum, locus apud Olynthum, a fabula de cantharis nomen ducens, M. 574, 32.
Cantharus portus, pars Piræei portus, V. 900, 2.
Cantharus, Ægyptiis sacer habitus, M. 465, 31.
Cantilenæ: M. 187, 2 (molaris); M. 366, 66 (Ænianium virginum); M. 268, 17 (puellarum Bottiæarum: ἰωμεν εἰς Ἀθήνας); M. 410, 36 (ἁρμάτειος νομος); M. 445, 42 (θρῆνος ἱερὸς ἐπὶ τοῦ Κρόνου); M. 446, 8 (Elearum mulierum hymnus in Bacchum: Ἐλθεῖν, ἥρω Διόνυσε κτλ.; *cfr.* M. 368, 31); M. 475, 7 (hymnus in Dionysum); M. 659, 6 *sqq.* (chorus Spartanorum senum, juvenum et puerorum); M. 798, 13; M. 859, 12 (ἱππόθορος ν.μος); M. 914, 6 *sqq.* (Ἀπέλαστον ἵππον κτλ.); *ibid.* 10 (οἷος ἀνὰ Δώτιον κτλ.); M. 930, 12 *sqq.* (ὦ παῖδες, οἳ χαρίτων τε καὶ πατέρων λάχετ' ἐσθλῶν κτλ.); Martis nomus, M. 1395, 4; Metroa, *ibid.* 5; Minervæ nomus, M. 1397, 21, *ibid.* 28; Doriæ cantilenæ, M. 1397, 34; cantilena Thracum (Μὴ τότε φρονήσῃς, ὅταν ἴσῃ μάτην φρονῶν), Ps. 82, 45; cantilena Bœotiorum, Ps. 169, 31.
Canuleja, una de primis Vestalibus a Numa constitutis, V. 79, 17.
Canulia, Papirii Tolucri filia, a fratre vitiata, gladio se a patre misso interficit, M. 384, 26.
Canusium, Dauniæ urbs in Italia, V. 361, 18; prœlia inter Marcellum et Hannibalem ad Canusium, V. 373, 24 *sqq.*
Canus, tibicen apud Galbam Imperatorem, V. 1263, 3. Dictum ejus, M. 960, 33.
Canutius, histrio quidam, V. 1184, 46.
Capaneus, persona ex fabula Euripidis, V. 333, 45.
Capellæ Cretenses, *vide* Creta.
Capenates, gens Italica, a Camillo depugnati, durante bello Etrusco, V. 155, 19; V. 156, 47; V. 163, 9.
Caphena, virgo Caria, quæ Nymphæo amato Carum insidias indicat, M. 305, 4 *sqq.*
Caphis Phocensis, Sullæ amicus, Delphos ab hoc missus, qui donaria avehat, V. 548, 29 *sqq.* Hortensium per Parnassum et Tithoram ad Sullam deducit, V. 550, 16 *sqq.*
Caphisias, Thebanus, Epaminondæ frater, persona dialogi, M. 694 *sqq.*; M. 695, 19; M. 596, 56.
Caphisias, unus ex Arati sociis Nicoclem subvertentis, V. 1226, 53; V. 1227, 31.
Caphisias, tibicen celeber, V. 462, 13; M. 220, 36.
Caphisiodorus, Epaminondæ Thebani amasius, cum eo apud Mantineam occubuit et juxta sepultus est, M. 930, 42.
Caphisus, Theonis filius, M. 883, 16.
Caphyæ, Arcadiæ urbs, V. 962, 10; V. 1250, 21.
Capito, piscis, mucore suo vivit, M. 1182, 6.
Capito (Fontejus), mittitur ab Antonio, qui Cleopatram in Syriam adducat, V. 1111, 50.
Capitolinus (Quinctius), dictator contra Manlium creatus, V. 177, 10.
Capitolinus, M. Claudii Marcelli in ædilitate collega, impudicitiæ ab hoc accusatus damnatur, V. 356, 37 *sqq.*
Capitolini ludi, Quæst. Rom. LIII, cur ludis Capitolinis præconis voce proclamant Sardianos venales, et senex

quidam ludibrii gratia producitur bullam collo appensam gerens puerilem? M. 343, 6.
Capitolium, Romæ propugnaculum, V. 32, 28; V. 76, 8; V. 124, 14; *ibid.* 19, 33; V. 169, 10, *ibid.* 16; V. 560, 31; V. 846, 45; V. 847, 4; V. 879, 3; a Sabinis captum, V. 32, 10 *sqq.* Capitolii dedicatio, V. 124, 19 *sqq.* Prope Capitolium habitare cur non liceret patriciis, M. 352, 36.
Cappadoces, V. 598, 2; V. 607, 38.
Cappadocia, V. 505, 18; V. 507, 11; V. 541, 36; V. 591, 27; V. 603, 32; V. 756, 30; V. 947, 35; V. 1048, 41.
Cappadocia dea, Romanis culta, V. 546, 6.
Capparis, usus in appetitu instaurando, M. 846, 28.
Capparus, canis nomen, M. 1186, 50.
Capra, immolata a Lacedæmoniorum rege, acie jam instructa, V. 64, 1; capræ cum tactu, tum nominatione abstinere flaminem Dialem cur juberet lex, M. 357, 52; capra morbo comitiali obnoxia, M. 358, 1. Capræ sanitas ut exploretur, M. 531, 19. Capra eryngium in os sumente, totus subsistit grex, M. 675, 41. Cretenses capellæ dictamno eso ejiciunt infixa ipsis spicula, M. 1192, 37; *cfr.* M. 1213, 44. Capræ, oriente Sirio, ad solem orientem convertuntur, M. 1193, 4. Capra nutrit Jovem, absque eo intra sidera refertur, cornu altero Amaltheæ dato, Ps. 172, 40 *sqq.* Capræ, temperaturæ signum, Fr. 35, 41.
Capræ palus, Romæ, V. 175, 23.
Capræ, insula, M. 727, 48.
C. Caprarius, M. 391, 15; de nomine, V. 123, 8.
Capratinæ Nonæ, festum Romanum, cujus origo duplicem habet explicationem, vel in memoriam diei, quo Romulus vita decessit, celebratum et ob Capræ paludem ita dictum, vel a caprifico arbore appellatum celebri facta in bello contra Latinos post Gallos a Camillo ejectos, V. 42, 44 *sqq.*; *cfr.* V. 175, 1 *sqq.*
Caprificus, arbor celebris reddita, unde Capratinæ Nonæ nomen ducunt, V. 42, 44 *sqq.*; *cfr.* V. 175, 1 *sqq.*; M. 384, 50 *sqq.* Caprificus silvestris, M. 853, 44.
Capua, Campaniæ urbs, in ditionem Hannibalis venit, V. 220, 27; recipitur a Fulvio et Appio consulibus, V. 228, 11.
Caput, cur raderetur in sacrificiis, M. 431, 7. Capite velato deos, retecto homines, cur venerarentur Romani, M. 328, 28. Capite carens versus, Ps. 173, 33; qualis *ibid.* 41; *cfr.* Ps. 175, 19 *et* 21.
Carabus, piscis, M. 1198, 5.
Caraneus, Heraclides, Alexandri Magni avus, V. 793, 21.
Carbilius (Sp.), primus inter Romanos divortium cum uxore fecit anno a. u. c. ducentesimo ac trigesimo, V. 92, 28; V. 46, 24; M. 343, 41; M. 329, 42.
Carbilius (Sp.), prioris libertus, primus ludum litterarium aperuit Romæ, M. 343, 41; literam g ceteris Romanorum literis adjecit, M. 342, 21.
Carbo, consul, victus a Cimbris, V. 474, 38. Carbo et Cinna, Sulla absente, Romæ in amicos ejus grassantur, V. 556, 41 (*cfr.* V. 681, 10, 46; V. 691, 45; V. 1189, 14; M. 978, 26). Post Cinnæ interfectionem rerum potitur, V. 741, 1, 17, 26, 30. Pugna equitum contra Pompejum ad Arsim fluvium, V. 742, 2. Noctu profugiens Africam petit, V. 562, 1; cum classe prope Siciliam altum tenet, V. 743, 21; captum Pompejus necari jubet, V. 743, 53 *sqq.* — Dictum de Sulla, V. 561, 12.
Carcinus, M. 428, 10 (*cfr.* Fragm. Tragic. p. 83).
Cardax, scurra, M. 1340, 5.
Cardia, urbs Chersonesi Thraciæ, V. 695, 23.
Carduelis in parum odium, M. 650, 3.
Cares, a Persis vocantur Galli, V. 1211, 2.
Caria, colonia ab Joxo et Ornyto in Cariam deducta, V. 4, 54
Caricum sacrificium, proverb., quia Cares victimis utantur canibus, Ps. 169, 18 *sqq.*
Carinnas, dux exercitus, factionis Carbonianæ, V. 741, 40.
Carmania, Persiæ regio, V. 837, 44.
Carmanius (Carmanorius?), mons Thraciæ, Ps. 82, 24.
Carmanor, Bacchi et Alexirrhoæ filius, inter venandum ab aprino porco vulneratus moritur, Ps. 86, 3.
Carmanor, olim dicebatur Inachus fluvius, Ps. 93, 21 *et* 25.
Carmanorius mons, dictus a Carmanore Bacchi et Alexirrhoæ filio, postea Tmolus denominatur, Ps. 86, 2 *sqq.* *ibid.* 7.
Carmenta dea. Quæst. Rom. LVI, quamobrem Carmentæ templum matronæ et antiquitus dedicaverunt et hodie inprimis colunt? de origine ejus, nomine, potentia, M. 343, 1 *sqq.*; *cfr.* V. 36, 12 *sqq.* Carmentalia sacra, V. 36, 11. Carmentalis porta Romæ, V. 169, 28.
Κάρνεια, festum Spartæ, M. 294, 40; M. 1385, 35; Cyrenæ, M. 874, 32.
Κάρνειος μήν, idem Syracusanis, qui Metagitnion Atheniensibus, V. 646, 53.
Carneades, princeps Academiæ novæ, V. 620, 42; *cfr.* V. 1029, 18; M. 1295, 39; Cyrenæ natus est, quum ibi Carnea celebrarentur, M. 874, 32; Romam venit, studia adolescentum Romanorum, Catonis adversatio, V. 417, 27 *sqq.*; in Stoicos (Chrysippum) invehitur, M. 622, 37; *cfr.* M. 1267, 31; Clitomachum Græcos mores institutaque amplecti docuit, M. 403, 16.
Sententiæ, M. 71, 1 (de divitum et regum filiis deque eorum assentatoribus); M. 575, 44 (πᾶν καὶ ὅλον εἰς λύπην τὸ ἀπροσδόκητον); M. 578, 42 (de aromatum pyxidibus); M. 621, 19 *sqq.* (de vocis modo); M. 1312, 38 (contra Antipatrum); M. 1332, 49; Carneades statuit unumquodque eorum, quæ natura exstiterunt, utilitatem consequi, si finem consequatur eum, ad quem a natura factum sit, Fr. 58, 4.
Carnes, cur locus, ubi publice venduntur, macellum dicatur, M. 342, 17; carnis crudæ contactu cur interdictum flamini Diali, M. 357, 31; cur carnes magis sub lunam putrescant, quam sub solem, M, 799, 1; carne suilla cur abstineant Judæi, M. 813, 39; ad carnium esum primi homines necessitate coacti, M. 1215, 49; de carnium esu orationes, M. 1215, 1 *sqq.*
Carneus mensis, V. 646, 53.
Carnutes, gens Gallica, V. 859. 5.
Carpyle, herba, quæ crescit in Indo fluvio, regio morbo laborantes liberat, Ps. 100, 11 *sqq.*
Carræ, Mesopotamiæ urbs, V. 667, 38; V. 669, 38; V. 670, 7.
Carthago. Carthaginienses victi a Gelone ad Himeram, M. 208, 5; conditiones pacis, M. 667, 42. Bellum contra Timoleontem, V. 283, 7 *sqq.*; V. 287, 22 *sqq.*; V. 292, 30 *sqq.*; V. 165, 10 *sqq.* Carthaginiensium mulieres capita tondebant pro patria, M. 1009, 45. Excidium urbis, V. 1153, 30. Colonia a C. Graccho Carthaginem deducta, quam Junoniam nominavit, V. 1001, 2; *ibid.* 29. Carthago instaurata a Cæsare, V. 876, 44. De Carthaginiensium ingeniis, M. 976, 23. Sacrificia liberorum Saturno oblata, M. 203, 28 *sqq.*; M. 208, 7. Vicesimum nonum (Metagitnionis) nefastum habent, V. 165, 22. Oppugnantur a Scipione majore, M. 237, 8 *sqq.* Carthaginiensium classis in Siciliæ specula numerata, M. 1325, 51.
Carthago Nova, urbs in Hispania, V. 682, 3.
Carthago, urbs in Armenia, V. 613, 44.
Carvilius, *vide* Sp. Carbilius.
Καρύαι, nux, cur ita sit dicta, M. 785, 4.
Caryatides, saltantes, V. 1215, 43.
Carystus, urbs Euboeæ, V. 1186, 12. Carystia rupes, M.

527, 29. Carystiorum proverb., super divitias Callicratis, Ps. 171, 36 *sqq.*
P. Casca, inter Bruti et Cassii conjuratos primus Cæsarem ferit, V. 882, 3 *sqq.*; V. 1180, 45; V. 1182, 10 *sqq.*; apud Brutum ad Philippos, V. 1198, 38.
Casia, quibus potissimum in locis proveniat, M. 755, 16.
Casilinum, Campaniæ urbs, V. 212, 10.
Casinum, Latii urbs, V. 212, 7.
Caspicum mare, V. 759, 23; V. 760, 10; de situ ejus et nexu cum Oceano, V. 823, 28 *sqq.*
Cassander (Casander), rex Thraciæ regionis; de uxoribus ejus Crotonice et Damasippe deque filii Hebri morte, Ps. 82, 6 *sqq.*
Cassander (Casander), dux Alexandri Magni, M. 261, 1; offensiones Alexandri, V. 841, 49 *sqq.*; ab Antipatro moriente tribunus militum renuntiatur, rebus præreptis Nicanorem Athenas mittit successorem Menylli, V. 901, 33 *sqq.*; dissidio cum Polysperchonte, V. 703, 47; Thebas instaurat, M. 668, 38; M. 993, 52; persecutio Pyrrhi, V. 458, 18 *sqq.*; Demadem ejusque filiam necat, V. 1027, 25. Statua ejus ab Atheniensibus conflatur, M. 676, 43. Mors Alexandri crimini ei datur, V. 1081, 4. Rex appellari cœpit, V. 1070, 19; a Demetrio Poliorceta profligatur ex Attica, V. 1073, 10; mortuus, V. 1080, 53.
Cassandra, Priami filia, M. 387, 24; V. 952, 51.
Cassandrea, urbs Macedoniæ, eadem quæ Potidæa ante erat appellata, V. 1087, 10.
Cassiopea, loci nomen in Epiro (?), M. 366, 18.
Cassitis omnibus necesse cristam innasci, M. 987, 53 (*vide etiam* Simonides); cassita Lemnis honorata, M. 465, 21; cassita volans cum galea aurea et hasta, M. 614, 6.
Cassius, signifer, ipsius filium proditorem fame peremptum inhumatum abjicit, M. 379, 26.
Cassius Brutus, prioris filius, in bello Latino hostibus pro mercede portas aperire instituit, deprehensus a patre fame interimitur, M. 379, 22 *sqq.*
Cassius, Galliæ Cisalpinæ præfectus, vincitur a Spartaco, V. 654, 45; quæstor M. Crassi, V. 661, 46; V. 662, 48; V. 664, 21, 53; V. 665, 8; V. 669, 26; V. 670, 17; Carris evadit cum equitibus quingentis in Syriam, V. 670, 50 *sqq.*
Q. Cassius, una cum Antonio Roma ad Cæsarem abit, V. 1095, 29.
Cassius Scæva, miles Cæsaris; factum ejus in pugna ad Dyrrhachium, V. 853, 2 *sqq.*
Cassius Longinus (M. 899, 18, nuntius de filii morte allatus). De ingenio ejus, V. 1173, 25. Puer Fausto Sullæ filio pugnos ingerit, V. 1177, 83. A Bruto Cæsari conciliatur, V. 1176, 2. Juniam Bruti sororem in matrimonio habet, V. 1176, 33. Contentio cum Bruto de prætura urbana, V. 1176, 28 *sqq*; *cfr.* V. 873, 33. Brutum contra Cæsarem instigat, causa inimicitiarum cum Cæsare, V. 1177, 15; *cfr.* 879, 40. Collocutio cum Bruto, conjuratio, V. 1178, 4 *sqq*; *cfr.* V. 1099, 19 *sqq.* Africa provincia ei decernitur post Cæsaris cædem, V. 1183, 25; *ibid.*, 33. Digressus a Bruto in Piræeo Syriam petit, V. 1188, 33. Revocatus cum eo convenit apud Smyrnam, V. 1188, 25 *sqq.* De moribus ejus, V. 1188, 46; V. 1189, 8. Trientem pecuniæ suæ Bruto dat, exinde Rhodum capit, V. 1189, 36 *sqq.* Rhodios cogit omne aurum et argentum sibi tradi, V. 1191, 4 *sqq.* Convenit cum Bruto Sardibus, offensæ et reprehensiones mutuæ, V. 1191, 37 *sqq.* Collocutio cum Bruto de spectro huic oblato, V. 1193, 11 *sqq.*; *cfr.* V. 881, 50. Quæ pugnam Philippicam antecedebant, V. 1193, 37 *sqq.*; V. 1194, 8 *sqq.* *ibid.* 46 *sqq.* Pugna Philippica prima, Cassii mors, V. 1196, 51 *sqq.*; *cfr.* V. 1103, 20 *sqq.*; V. 883, 53 *usque ad* V. 884, 2.
Cassius Severus; dictum ejus, M. 72, 51 (αὕτη ἡ παρρησία τὸν ἄνθρωπον ἀποκτενεῖ).
Castor, Rhodius, *cit.* M. 328, 53; M. 347, 50; M. 444, 14 (*cf.* Chronograph. Fragm. ed. Müller, Parisiis 1844, p. 181).
Castores, seu Tyndaridæ (Διόσκουροι), Athenis bellum inferunt, V. 17, 41, *et* V. 18, 16; ab Aphidno adoptati, V. 18, 24; Romæ visi, V. 256, 51; V. 529, 14. Tyndaridæ, M. 589, 24. Fabulæ de fraterno eorum amore, M. 586, 9; M. 587, 30. Auxilium ferunt tempestate jactatis, M. 518, 30; *cfr.* M. 1349, 27. Argivi Μιξαρχαγέταν appellant Castorem et sepultum apud se putant, M. 365, 42. Simulacra vetusta apud Spartanos, δόκανα dicta, describuntur, M. 579, 34. Castoris ædes Romæ, V. 545, 22; V. 739, 17; V. 921, 4, *ibid.* 38. Castoris et Pollucis templum in Samothrace, V. 320, 13; Delphis, V. 449, 4, *ibid.* 7. Castoreum carmen, M. 1393, 50. Castorum, qui pinguntur, similitudo formæ cum quadam dissimilitudine conjuncta, V. 983, 39. Alexander eis sacrificat, V. 827, 30. Sacer eis dies apud Romanos, V. 250, 51. Pollucis et Castoris stellæ ad navem apparent, V. 524, 40. Castoris et Pollucis aurigæ Amphytus Telquiusque, Ps. 77, 50 (*vide versionem*); *cfr.* Ps. 78, 3. Castores poenam sumunt de Eurymno calumniatore, Ps. 169, 20 *sqq.*
Castores, stellæ, M. 1084, 31; V. 524, 40.
Castoreum carmen, tibiis canere in prælio soliti Lacones, M. 1393, 50.
Castulo, Celtiberiæ urbs, V 679, 22.
Castus, dux agminis gladiatorum a Spartaco defecti, V. 556, 2.
Casus, fortunæ et contingentis collatio, M. 690, 40 *sqq.*; M. 691, 46.
Casuum commutatio apud Homerum, Ps. 115, 12 *sqq.*
Catabates, Demetrii cognomentum, V. 1066, 42.
Κατακαῦται, Tyrrheni dicuntur, qui pulsi Lemno Imbroque, deinde Laconica, Cretam appulerunt, ubi ex facto, quod narratur, hoc eis nomen evenit, M. 364, 53 *sqq.*
Κατάχρησις, quid, Ps. 108, 31.
Catana, Siciliæ urbs, V. 240, 53; V. 637, 10; V. 289, 28; V. 1172, 37.
Cataonia, regio Ciliciæ, V. 1089, 4.
Cataphracti, in Tigranis regis exercitu, V. 609, 23, *ibid.* 38 *et* 45 *et* 54.
Catapultæ in telum exclamatio Archidami, M. 230, 46.
Catenæ fabula (ὁ τῆς ἁλύσεως λόγος), M. 693, 41.
Κατήφεια, definitur, M. 639, 44.
Καθαρτήρ, ervus dicitur a Trallianis, qua de causa, vide, M. 372, 5.
Cathetus, Saliam, Annii Etruscorum regis filiam, raptam abducit Romam, exque ea Latinum et Saliam procreat, M. 388, 19.
L. Catilina, competitor Ciceronis in consulatu repulsam fert; flagitiosa ejus vita (fratrem occidit et postea impetrat a Sulla, ut eum tamquam vivum proscribat, V. 564, 45); consilia sinistra; rempublicam a Sulla institutam evertere conatus magnam urbanæ juventutis partem in conjurationem illicit, totam Etruriam et plerasque Cisalpinæ Galliæ partes ad defectionem impellit, V. 1033, 6 *sqq.*; *cfr.* V. 657, 39 *sqq.*; V. 847, 35 *sqq.* Iterum consulatum petit; dilato comitiorum die Cicero eum in senatu interrogat; hic insano responso suspiciones movet, ita ut rursus repulsam patiatur, V. 1034, 51 *sqq.* Morbus et vomica reipublicæ, M. 988, 36. Marcium et Cethegum Ciceroni immittit, insidiis detectis cum postridie in senatum venit purgandi se causa, perturbatur, jussusque a Cicerone urbe exire, cum trecentis armatis ad Manlium contendit, jamque ad viginti hominum millia coactis,

urbes obiens ad defectionem sollicitat, V. 1036, 9 *sqq.* Postquam de Lentuli et Cethegi exitu cognitum est (*cfr.* V. 917, 49 *sqq.*), plerique diffugiunt; cum reliquis ipse adversus Antonium commisso prœlio, cæditur, V. 1040, 23 *sqq.*

Cato, proavus Catonis Majoris, V. 401, 9.

Cato (M.), pater Catonis Majoris, V. 401, 8.

Cato (M. Major). Vita ejus, V. 401, 4 *sqq.*

De majoribus; cognomina ejus Cato et Priscus; facies ejus et corporis habitus; epigramma in eum; dicendi facultas; prima stipendia, V. 401, 4 *sqq.* Manii Curii exemplo et Nearchi Pythagorici sermonibus ad frugalitatem et continentiam impellitur; stipendia sub Fabio Maximo; sero ad Græcas disciplinas accedit, V. 402, 13 *sqq.* Valerius Flaccus Catoni auctor fit, ut rempublicam capessat, in petendo tribunatu et quæstura eum adjuvat, post simul cum eo summos magistratus ambit; Cato de senioribus maxime Fabium Maximum sectatur (*cfr.* M. 966, 15); quæstor sub Scipione Africano largitiones ejus reprehendit et dimissus in senatu accusat, V. 402, 48; *cfr.* V. 424, 47. Propter eloquentiam Demosthenes Romanus dictus, multo magis ob vitæ frugalitatem in admiratione habetur; varia hujus rei exempla, V. 403, 47 *sqq.* Durities ejus in servos et animalia, V. 404, 31 *sqq.* Maxime provinciam nactus Sardiniam continentiam suam cum facilitate et rursus cum severitate conjunctam ostendit, V. 405, 21 *sqq.* Orationis ejus forma, V. 404, 41 *sqq.* Sales ejus, M. 981, 9.

Consul factus Hispaniam citeriorem sorte obtinet provinciam; ingentem barbarorum exercitum auxilio Celtiberorum, quos mercede conducit, vincit, et una die omnium urbium intra Bætin flumen muros dejicit, etc., V. 408, 4 *sqq.*; *cfr.* M. 241, 26 *sqq.* Cum Scipio Africanus, Catonis inimicus, effecerit, ut imperio Catoni abrogato, ipse successor in Hispaniam mittatur, Cato Lacetanos gentem ante subjicit, sexcentos transfugas necat et triumphum agit Romæ, V. 408, 42 *sqq.* Tib. Sempronio legatus in Thracia et regionibus ad Istrum adjumento est, tribunus militum cum M. Acilio in Græciam adversus Antiochum it, legatus Corinthios, Patrenses, Ægienses, Athenienses Romanis conciliat; de oratione, quam Athenis habuit, V. 409, 17 *sqq.* Cum Antiochus castra in Thermopylarum angustiis posuerit, Cato noctu magno cum labore et periculo partem exercitus super montes ducit et Ætolos in excubiis positos in fugam disturbat, V. 409, 54 *sqq.*; *cfr.* V. 422, 23 *sqq.* Simul cum Manio de utraque parte hostes invadunt, et in præcipitia ac paludes detrusos perdunt, cujus facti Cato se ipse jactat, ipse quoque nuntius Romam mittitur, V. 410, 54 *sqq.*

Multæ ejus accusationes, ut Scipionis Majoris, Lucii Scipionis, Servii Galbæ, quem nonagenarius postulat; ipse quinquagies causam suam dicisse fertur et vitam produxit usque ad Scipionem minorem, V. 411, 29 *sqq.*; *cfr.* V. 422, 38. Censor decem annis post consulatum creatur, V. 412, 9; *cfr.* V. 422, 14; M. 241, 16. L. Valerium Flaccum collegam censuræ principem senatus legit, senatu movet cum alios multos, tum L. Quinctium, T. Quinctii Flaminini fratrem, qua de re causam dixit, porro Manilium, V. 413, 3 *sqq.*; *cfr.* V. 453, 5 *sqq.* Senatu movit quendam, quod, præsente filia, osculatus esset uxorem, M. 165, 42. Equum admit L. Scipioni, maxime offendit pensionibus in luxum irrogatis, V. 413, 50 *sqq.* Alia, quæ severe agit in censura; T. Quinctus locationes ab eo factas in senatu rescindit; Portia Basilica (*cfr.* V. 908, 31); statua Catonis in Salutis æde; laudes, in quibus ipse plurimus, V. 414, 23 *sqq.* De bonitate ejus erga uxorem, de negotiis rei familiaris, plurima de filii educatione, V. 415, 19 *sqq.* De tractatione servorum et quibus modis quæstum paraverit, V. 416, 31 *sqq.* Cum Carneades Academicus et Diogenes Stoicus Atheniensium legati, multam deprecatum venerint Romam omniumque oculos in suam eloquentiam converterint, Cato ægre ferens statuit quam primum decernendum esse de legatione legatosque honeste ex urbe amandandos, V. 417, 27 *sqq.* Contemptio et odium ejus in Græcas artes et disciplinas, etiam in medicinam, V. 418, 9 *sqq.* Senex jam, uxore amissa, Salonii filiam uxorem ducit, et Salonium filium ex ea tollit, priore filio in prætura mortuo; ceterum in republica consenescit, per otium libris scribendis et agriculturæ vacans, V. 418, 42 *sqq.*; *cfr.* V. 425, 4. Cœnæ, quas in agro familiaribus instruebat, V. 419, 49.

Missus ad Carthaginienses et Masinissam Numidiæ regem, divitiis et potentia urbis perterretur et Romam redit, ut bellum contra Carthaginienses suscipiendum suadeat, V. 420, 15 *sqq.* Sententia ejus: Videri sibi Carthaginem non debere esse; obtinuisse creditur ut tertium contra Carthaginienses bellum decerneretur; de posteris ejus, V. 420, 42 *sqq.*; *cfr.* V. 423, 27. Magistratum non sæpe gessit, M. 973, 31. Nullam non partem muneris publici subiit, M. 990, 18. Catonis et Flacci inimicitiæ ob vicinitatem, Fr. 22, 51. Cato agrum vendens hoc addidit, ejus esse bonum vicinum, Fr. 23, 6.

Scripta ejus citantur, V. 259, 11; V. 401, 8 *sqq*, *ibid.* 45; V. 402, 43; V. 404, 13 *sqq.*; V. 405, 15; V. 316, 23 (epistola ad filium; *cfr.* M. 337, 40); V. 424, 37; V. 408, 22 *sqq.*; V. 409, 48; V. 411, 14; V. 413, 32; V. 415, 7; V. 415, 51 (historiæ; *cfr.* V. 419, 49); V. 417, 7; V. 418, 19 (ad filium); V. 418, 30 (liber de ratione, quam in curatione et victu ægrotorum domesticorum teneat); V. 419, 35; V. 419, 53 (de agricultura); M. 340, 51.

Apophthegmata, M. 240, 11 *sqq.*; V. 332, 1 (de virtute et temeritate); V., 406, 5 (χαλεπὸν μέν ἐστιν, ὦ πολῖται, πρὸς γαστέρα λέγειν ὦτα οὐκ ἔχουσαν; *cfr.* M. 240, 11; M. 1156, 44; M. 1219, 9); V. 406, 7 (χαλεπὸν εἶναι σωθῆναι πόλιν, ἢ πωλεῖται πλείονος ἰχθὺς ἢ βοῦς; *cfr.* M. 240, 14; M. 811, 53); V. 406, 8 (ἑοικέναι προβάτοις τοὺς Ῥωμαίους, κτλ); V. 406, 13 (de mulierum dominatione; *cfr.* M. 240, 16); V. 406, 22 (τὸν δῆμον τῶν Ῥωμαίων οὐ μόνον ταῖς πορφύραις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὰς τιμὰς ἐπιγράφειν, κτλ.); V. 406, 27 (Romanos ad meliora hortatur); V. 406, 31 (τοὺς δὲ πολλάκις ἄρχειν σπουδάζοντας ἔφη καθάπερ ἀγνοοῦντας τὴν ὁδὸν ἐκ μετὰ ῥαβδούχων ζητεῖν πορεύεσθαι, μὴ πλανηθῶσιν); V. 406, 34 (reprehendit cives, quod usdem sæpius magistratus deferant; *cfr.* M. 241, 8); V. 406, 37 (de inimico); V. 406, 40 (in eum, qui paternos agros maritimos vendidit; *cfr.* M. 241, 12); V. 406, 49 (φύσει τοῦτο τὸ ζῷον ὁ βασιλεὺς σαρκοφάγον ἐστί); V. 407, 1 (de inimicis; *cfr.* M. 658, 30); V. 407, 12 (de Scipionis rogatu pro Achæis; *cfr.* M. 241, 46); V. 407, 19 (de Polybio); V. 407, 27 (τοὺς φρονίμους ἔλεγε μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἀφρόνων ἢ τοὺς ἄφρονας ὑπὸ τῶν φρονίμων ὠφελεῖσθαι); V. 407, 31 (τῶν νέων ἔφη χαίρειν τοῖς ἐρυθριῶσι μᾶλλον ἢ τοῖς ὠχριῶσι, *cfr.* M. 36, 6; M. 240, 27; M. 610, 2); V. 407, 35 (in præpinguem); V. 407, 41 (τοῦ δ' ἐρῶντος ἔλεγε τὴν ψυχὴν ἐν ἀλλοτρίῳ σώματι ζῆν, *cfr.* M. 928, 1); V. 407, 42 (μεταμεληθῆναι δ' αὐτὸς ἐν παντὶ τῷ βίῳ τρεῖς μεταμελείας κτλ.); V. 407, 46 (de sene nequiter agente; *cfr.* M. 957, 37; M. 1011, 39); V. 407, 48 (de tribuno plebis veneficii nomine male audiente); V. 407, 52 (in impudicum); V. 408, 51 (de Scipione Africano majore)

V. 409, 44 (de Postumio Albino; *cfr.* M. 241, 54); V. 411, 45 (χρὴ τοῖς γονεῦσιν ἐναγίζειν οὐκ ἄρνας οὐδ' ἐρίφους, ἀλλ' ἐχθρῶν δάκρυα καὶ καταδίκας, *cfr.* V. 411, 45); V. 411, 52 (χαλεπόν ἐστιν ἐν ἄλλοις βεβιωκότα ἀνθρώποις ἐν ἄλλοις ἀπολογεῖσθαι, *cfr.* M. 958, 21); V. 414, 52 (de státuis sibi ponendis; *cfr.* M. 240, 36; M. 1000, 50); V. 415, 27 (τὸν τύπτοντα γαμετὴν ἢ παῖδα τοῖς ἐναγιωτάτοις ἔλεγεν ἱεροῖς προσφέρειν τὰς χεῖρας); V. 415, 29 (ἐν ἐπαίνῳ μεῖζονι τίθεσθαι τὸ γαμετὴν ἀγαθὸν ἢ τὸ μέγαν εἶναι συγκλητικόν); V. 417, 21 (οὐκ ἀνδρὸς, ἀλλὰ χήρας γυναικὸς εἶναι τὸ μειῶσαί τι τῶν ὑπαρχόντων); V. 418, 12 (de Socrate et Isocrate); V. 418, 48 (ὡς μακάριός ἐστι τοῦ Διὸς βροντῶντος); V. 419, 24 (ad filium, quum senex iterum uxorem duceret); V. 420, 42 (de ficubus ex Africa apportatis); V. 421, 20 (de Scipione minore; *cfr.* M. 983, 2); M. 152, 36 (τὰ μεγάλα μικρὰ ποιεῖν τὰ δὲ μικρὰ ἀναιρεῖν; *cfr.* M. 1007, 3), M. 989, 22 (τῶν αὐτῶν ἐστιν καὶ ποιεῖν τὰ μεγάλα κακὰ καὶ παύειν).

Cato (M.), Catonis Majoris filius, gladium in pugna adversus Perseum deperdit et recuperat, V. 416, 13 *sqq.* *cf.* V. 318, 20 *sqq.* Tertiam Æmilii Pauli filiam ducit, V. V. 307, 37. V. 318, 21. V. 416, 26. In prætura mortuus, 419, 22, *ibid.* 34.

Cato (Salonius), Catonis Majoris filius, *vide* Salonius.

Cato (M.), Salonii, Catone Majore nati, filius, avus Catonis Sapientis, V. 421, 26.

Cato (M. Porcius, Minor, Sapiens). Vita ejus, 906, 1 *sqq.* — Genus ejus (*cf.* V. 421, 26), pueri ingenium immobile, tardum ad discendum, firmum ad retinenda ea, quæ percepit, exempla ex ejus pueritia, V. 906, 1 *sqq.*; *cf.* M. 34, 4 *sqq.* Honor, qui Catoni habetur a pueris patriciis in celebrando ludo, quem Trojam vocant, V. 907, 22 *sqq.* Sulla, paternus Catonis amicus, in colloquium eum vocat, V. 907, 31 *sqq.* Amor erga Cæpionem fratrem, V. 907, 50 *sqq.*; *cf.* M. 590, 39. Flamen Apollinis creatur; Antipatrum Tyrium, philosophum Stoicum, socium sibi adsciscit; exercitationes oratoriæ, V. 908, 13 *sqq.* Primum producit eum in forum contentio de Porcia Basilica; oratio ejus cum admiratione excepta rem obtinet, V. 908, 31 *sqq.* Rursus exercitionibus rigidis omnis generis se subigit, V. 908, 46 *sqq.* De nocturnis ejus potationibus; rigidus victus, liberalitas erga amicos, V. 909, 4 *sqq.* Iambi scripti in Scipionem Metellum propter Lepidum, V. 909, 31 *sqq.* Atiliam Sorani filiam ducit, V. 909, 42. In bello Servili Gellio duci propter fratrem ultro se socium adjungit, præmia a Gellio oblata detrectat, V. 909, 47 *sqq.*

Tribunus militum factus, in Macedoniam ad Rubrium prætorem mittitur; exemplo, oratione, præmiis quoque supplicioque adhibitis milites acriores reddit et benevolentiam sibi conciliat, V. 910, 5 *sqq.* Pergamum navigat et inde Athenodorum Cordylionem secum in castra perducit, V. 910, 53 *sqq.*; *cf.* M. 959, 27. Luctus de fratre, Æni mortuo; sepulturæ et monumenti magnificentia, V. 911, 14 *sqq.* Magna benevolentiæ et gratiæ specimina tribunatu defuncto exhibentur, V. 911, 44 *sqq.* Peregrinatio in Asiam, V. 911, 49 *sqq.* Res ridicula, quæ Antiochiæ, Demetrii, Pompeji liberti, causa, usu venit Catoni, V. 912, 20 *sqq.*; *cf.* V. 763, 15 *sqq.* Honores ei habiti a Pompejo Magno, cum quo Ephesi convenit, V. 912, 46 *sqq.* Congressus cum Dejotaro Galata, ob munera oblata ita irritatur, ut statim discedat, V. 913, 24 *sqq.*

Romam reversus aut Athenodoro, aut amicis in foro operam dat; quæstor constitutus, potestatem ab imperitis quæstoribus concessam scribis restringit; dica hanc ob rem scribæ alicui scripta, defendente Lutatio Catulo, V. 913, 47 *sqq.* Quæ gesserit in quæstura, V. 914, 37 *usque ad* V. 915, 47. Nunquam a senatu abest, præsertim quum sentiat Pompejum id moliri, ut aliis negotiis eum detineat, V. 915, 48 *sqq.* Clodium novas res molientem urbe excedere cogit, V. 916, 11 *sqq.* Probabilitas ejus in proverbium abit, V. 916, 20 *sqq.* Jam in Lucaniam profecturus Romam redit ad tribunatum plebis petendum, cum in itinere Metellum Nepotem hujus magistratus petendi causa Romam reverti audiverit; simul cum illo creatur, V. 916, 34 *sqq.*; *cf.* V. 676, 10. Comitia consularia venalia esse videns, increpat hac de re populum, et Licinium Murenam accusat, qui absolvitur, Cicerone patrocinante, V. 917, 17 *sqq.*; *cf.* V. 1048, 21; V. 1058, 11; M. 109, 18. Priusquam tribunatum plebis ineat, Ciceronis firmat consulatum sententiaque sua in Cethegum et Lentulum lata Catilinariam conjurationem magna ex parte reprimit, V. 917, 49 *sqq.*; *cf.* V. 1039, 30. Oratio hac occasione habita, conscripta a Ciceronis ministris, sola, quæ Plutarchi temporibus exstabat, V. 918, 37 *sqq.* Altercatio cum Cæsare ob Serviliæ orta epistolam, V. 918, 47 *sqq.*; *cf.* V. 1175, 25 *sqq.* Gynæceum Catonis infortunatum, quum ob duas Servilias sorores, tum ob Atiliam uxorem, quam propter vitæ inhonestatem repudiare coactus est, V. 919, 7 *sqq.* Ducit deinde Marciam, Philippi filiam, quam post temporis, Philippo consentiente, Bibulo despondit, V. 919, 17 *sqq.* Lentulo cum sociis necato, Cæsare accusato et populum agitante, ad hunc placandum Cato legem frumentariam fert, V. 920, 6 *sqq*; *cf.* V. 848, 24; M. 999, 6. Metello, tribunatus plebis collegæ, legem promulganti, ut Pompejus cum exercitu in Italiam vocetur, obstat, constantiaque efficit, ut Metellus, re desperata, in Asiam abeat, senatum vero Metellum dedecore afficere passus non est, V. 920, 15 *sqq.*

Lucullo ex Asia reverso operam dat, ut Memmius accusationes omittere cogatur, Lucullo triumphus concedatur, V. 922, 21 *sqq.*; *cf.* V. 767, 21. Obtinet, ut senatus Pompejo, ut comitia consularia differantur, petenti obstet, V. 922, 27 *sqq.*; *cf.* V. 765, 46 *sqq.* Pompeium, qui una ex Catonis neptibus sibi, altera filio in matrimonium postulata eum amicitia sibi conjungere studebat, repudiat, V. 922, 46 *sqq*; *cf.* V. 765, 50 *sqq.* Lucullum in contentione de Ponticis constitutionibus adjuvat, unde fit, ut Pompejus Clodio et Cæsari se conjungat, V. 923, 29 *sqq.* Cæsarem petentem, ut comitia consularia differantur, diem totum dicendo exigens frustratur, V. 923, 39 *sqq.*; *cf.* V. 850, 47 *sqq.*; M. 982, 13. Cæsaris legibus agrariis repugnat; lege vi perlata, Ciceronis precibus perægre movetur, ut in eam juret, V. 924, 1 *sqq.*; *cf.* V. 768, 3 *sqq.* Solus Cæsari legem de Campania distribuenda ferenti contradicere ausus, in carcerem ab illo abduci jubetur, sed ipsius pudore victi opera liberatur; Catonis prædicationes, V. 924, 47 *sqq*; *cf.* V. 768, 44. A Clodio in Cyprum contra Ptolemæum amandatur, ne Ciceroni subsidio esse possit, V. 925, 21 *sqq.*; *cf* V. 768, 54; V. 856, 53. Canidium in Cyprum præmittit, ipse monito Ptolemæo, ut citra pugnam cedat, Rhodum se confert, V. 925, 47 *sqq.* Ptolemæo mortuo, cum magnæ relictæ ferantur divitiæ, Brutum in Cyprum mittit, Byzantiorum rebus compositis insequitur; nimia accuratione in supellectilibus vendendis cum plures, tunc maxime Munatium offendit, V. 926, 31 *sqq.*; *cf.* V. 1175, 29 *sqq.* Pecunias ex venditione redactas salvas affert Romam, rationes administrationis inter navigandum intercidunt, V. 927, 38 *sqq.* Honores Catoni redeunti habiti, V. 928, 5 *sqq.* Propter tribunicias Clodii tabulas a Cicerone revocato rescissas offensus amicitia ejus uti aliquamdiu omittit, V. 928, 28 *sqq*;

cf. V. 1047, 50 *sqq.* Domitio persuadet, ut adversus Pompejum et Crassum consulatum petere non desistat, vi vero foro pellitur, V. 929, 2 *sqq.*; *cf.* V. 771, 9 *sqq.*; V. 659, 1 *sqq.*; V. 675, 17. Iterum præturam petens a Pompeji et Crassi factione vi et largitione pellitur, V. 929, 30 *sqq.*; *cf.* V. 771, 21 *sqq.* Frustra C. Trebonii legibus de consularibus provinciis repugnat, frustra Pompejum, ne provinciæ Cæsari prorogentur, conatur deturbare, V. 930, 12 *sqq.* In annum sequentem prætor factus, nimia rusticitate de dignitate detraxisse videtur; lex de designatis magistratibus, V. 931, 1 *sqq.* Catonis responsum ad Pompeji convicia per Clodium ei immissa, V. 932, 8 *sqq.* M. Favonium amicum in ædilitate petenda adjuvat, spectacula ab eo edita adornat, præmiorum frugalitate et jocis sumptum aliorum irridet, V. 932, 33 *sqq.* Scipione, Hypsæo et Milone vi et armis de consulatu contendentibus, Catonis sententia factum est, ut Pompejus solus consul creetur, V. 933, 12 *sqq.*; *cf.* V. 772, 47 *sqq.*; V. 861, 3. Colloquium cum Pompejo, V. 933, 37 *sqq.*; *cf.* V. 773, 20. Severitas ejus in judiciis a Pompejo de largitionibus constitutis; Planci causa, V. 933, 47 *sqq.*; *cf.* V. 774, 4.

Cæsare rebus imminente, ipse consulatum petit, lege antea lata, ut qui magistratum ambiant, ipsi prehensent, sed, ut ipse dicit, populo invisus ob mores repulsam fert, V. 934, 17 *sqq.*; *cf.* V. 886, 15 *sqq.*; V. 653, 9. Sententia Cæsarem Germanis victis esse tradendum, V. 935, 9 *sqq*; *cf.* V. 676, 53. Oratio ejus in Cæsarem, litteris hujus occasionem præbentibus, V. 935, 19 *sqq.*; *cf.* V. 774, 33. Propositæ a Cicerone pacificationi inter Pompejum et Cæsarem repugnat, V. 776, 32; V. 777, 12; V. 1095, 26. Cæsare in Italiam irrumpente, senatui auctor fit summam rerum Pompejo permittendi (*cf.* V. 777, 16); ipse Pompejum urbe excedentem sequitur, familia et filiabus Marciæ denuo ductæ traditis, V. 935, 44 *sqq.* Mœstitia ejus perpetua hac ex die; sorte Siciliam nactus, Syracusas venit, sed cum Asinius Pollio Messanam appulerit, ad Pompejum se confert; consilia Pompejo data, V. 936, 25 *sqq.* Missus in Asiam Serviliam sororem secum Rhodum abducit, Rhodiis in suam partem pertractis, ad Pompejum redit, V. 937, 1 *sqq.*; V. 868, 9; V. 779, 15. Pompeji animus erga Catonem; oratio hujus ad milites ante prœlium ad Dyrrhachium, V. 937, 13 *sqq.*; *cf.* V. 780, 40 *sqq.* Ciceronem ad Pompejum accedentem objurgat, V. 1049, 46. A Pompejo Cæsarem in Thessaliam persequente pecuniis et hominibus Dyrrhachii relictis præficitur, V. 937, 47 *sqq.* Accepta apud Pharsalum clade Corcyram ad classem trajicit ibique Ciceronem a Pompeji junioris aliorumque ira servat, V. 938, 2 *sqq.*; V. 1050, 40. Ad Pompejum contendens in Africæ ora in filium ejus incidit de patris morte referentem, exinde dux creatus Cyrenæ excipitur, unde ad Scipionem et Jubam regem contendit, V. 938, 17 *sqq.*; *cf.* V. 786, 33. Scipionem et Varum inter se dissidentes et Jubam adulantes in gratiam reducit; Scipioni imperium concedit, V. 938, 47 *sqq.* Scipionem Uticam exscindere non patitur, sed ipse eam custodiam in se recipit, Scipioni consulit, ut tempus trahat, spretus de rebus desperat, V. 939, 15 *sqq.* Nuntio allato de Scipionis et Jubæ apud Thapsum clade, trecentos Romanos, quos pro senatu legerat, congregat, et oratione habita efficit, ut ipsis opibusque suis uti eum jubeant, V. 940, 4 *sqq.* Litteris a Juba et Scipione allatis rescribit, ut Uticæ se abstineant, V. 941, 18 *sqq.* Equites cladi Thapsiensi elapsos tamdiu modo retinere potest dum senatorios viros, aliosque amicos et hospites navibus educit, V. 942, 2 *sqq.* L. Cæsarem ad C. Cæsarem mittit de trecentorum salute, V. 944, 24 *sqq.* Filium hortatur, ne ad rempublicam accedat, V. 944, 37 *sqq.* Convivium ante noctem, qua mortem sibi consciscit, V. 944, 53 *sqq.* Catonis mors, quæque antea eadem nocte egit, V. 945, 15 *sqq.*; *cf.* V. 874, 43; V. 954, 47. Sepultura ejus et statua apud Uticam ad mare, V. 947, 5 *sqq.* Annos duodequinquaginta natus diem obiit, V. 947, 32.

Dicta, V. 619, 29 *sqq.* (οὐ παύσῃ σὺ πλουτῶν μὲν ὡς Κράσσος, ζῶν δὲ ὡς ὁ Λούκουλλος, λέγων δὲ ὡς ὁ Κάτων); V. 767, 47 (de Pompejo et Cæsare); V. 914, 15 *sqq.* (de Catulo; *cf.* M. 646, 39; M. 987, 26); V. 1058, 11 *sqq.* (de Cicerone); M. 1296, 13 (in Cæsarem).

Clodii temeritas Pompejum quoque aggressa, reditum Ciceroni parat; senatusconsultum fit, ne qua de re publica statuatur, nisi Ciceronis reditu decreto; Clodium intercedentem Pompejus pellit; Cicero redit decimo sexto, quam fugerat, mense, V. 1047, 4 *sqq.* Paulo post tabulas a Clodio in tribunatu plebis inscriptas e Capitolio deturbat; contentio cum Catone hac de re, V. 1047, 43 *sqq.*; *cfr.* V. 928, 28 *sqq.* In defensione Milonis armis Pompeji territus parum fortiter perorat, V. 1048, 5 *sqq.* Pompejum in gratiam cum senatu componit et legem frumentariam defendit, V. 769, 31 *sqq.* Augur creatur in locum Crassi junioris, V. 1048, 36. Ciliciam provinciam sortitus, Cappadociam absque bello in obedientiam redigit, latrones in Amano monte profligat; e provincia decedens Rhodi et Athenis aliquantisper moratur, V. 1048, 36 *sqq.*; *cfr.* V. 1059, 4 *sqq.* Romam reversus inter Cæsarem et Pompejum pacem conciliat (*cfr.* V. 776, 24 *sqq.*; V. 862, 34 *sqq.*); bello exorto, consilii incertus, Roma manet et Cæsare in Hispaniam profecto demum ad Pompejum navigat, quapropter a Catone objurgatur, V. 1049, 20 *sqq.*; *cfr.* V. 776, 54 *sqq.*; V. 779, 6. Pompejus nulla magna in re ejus opera utitur; Ciceronis dicteria, V. 1050, 1 *sqq.* Post cladem Pharsalicam quum amplius militare subterfugiat, vix Pompejo juniori aliisque iratis eripitur a Catone (*cfr.* V. 938, 9 *sqq.*); Brundusium appellit, ubi Cæsarem præstolatur; ab hoc admodum benigne exceptus in honore et benevolentia habetur, V. 1050, 32 *sqq.*; *cfr.* V. 874, 53. Primos honores Cæsari ex Hispania redeunti proponit, V. 876, 19. Defensio Q. Ligarii apud Cæsarem, V. 1051, 3 *sqq.* Porro adolescentibus philosophiæ studiosis vacat, ipse operam suam in scribendis philosophicis dialogis vel convertendis ponit, temporis majorem partem in prædio apud Tusculum exigens, V. 1051, 17 *sqq.* Romanam historiam conscribere conatus, variis occupationibus impeditur; divortium cum Terentia, cujus rei variæ causæ feruntur; mox virginem divitem ducit; paulo post Tullia filia moritur, quem casum nimis graviter fert, V. 1051, 46 *sqq.*

Interfecto Cæsare, persuadet senatui ut oblivionem eorum, quæ de Cæsare acta sint, sanciant, Brutoque et Cassio ac sociis eorum provincias decernant, V. 1052, 30 *sqq*; *cfr.* V. 1183, 19. Ob simultates cum Antonio statuerat cum Dolabella in Syriam proficisci, sed cum Hirtius et Pansa designati sint consules, cum his pactus se æstatem Athenis acturum, cumque ipsi consulatum acceperint, rediturum, solus navigat; mora navigationi injecta nuntiisque allatis de mutatione Antonii, Romam redit; postridie in senatum vocatus non venit; inde inimicitiæ cum Antonio apertæ, V. 1053, 1 *sqq.* Cum Cæsare juniore paciscitur, ut alter utrum pro viribus adjuvet (*cfr.* V. 1058, 49; V. 1100, 45); somnium, propter quod Cicero amicitiam Cæsaris jam pueri amplexus erat, V. 1053, 43 *sqq.* Etsi culpatus ab amicis, potentiam suam Cæsari adjicit, Antonium urbe pellit, duos consules ad bellum ei faciendum mittit, efficitque ut Cæsari lictores prætoriique honores decernantur (*cfr.* V. 1101, 5 *sqq.*); victo Antonio et utroque consule mortuo, persuadere sibi patitur, ut Cæsari sibique, consulatum adipiscatur, V. 1054, 26 *sqq.* Postquam deceptus Cæsari consulatum procuravit, proditus ab eo in proscriptione, Antonii odio conceditur, V. 1055, 7 *sqq.* Erat tunc in Tusculano cum fratre; ut de proscriptione renuntiatum est, Asturam petunt, Quintus ex itinere redit, Ciceroni Asturæ moranti percussores superveniunt; Herennius et Popillius, quem de paterna cæde postulatum defenderat Cicero, eum jugulant, V. 1055, 33 *sqq.*; *cfr.* V. 1102, 20, *ibid.* 35.

Varia: Amicitia cum Lucullo, V. 620, 51, Cæsaris legibus agrariis repugnat, V. 923, 54. Catoni persuadet ut in legem perlatam juret, V. 924, 27 *sqq.* Sales ejus, V. 1058, 3 *sqq.*; *cfr.* M. 981, 8; V. 1178, 44 (cur Cassius et Brutus Ciceronem institutum celaverint). In consulatu P. Nigidii philosophi opera est usus, M. 974, 14.

Citata, Epistolæ, V. 765, 21; V. 1041, 23; V. 1041, 35 (ad Herodem); V. 1041, 36 (ad filium); V. 1041, 40 (Græcæ Epistolæ de Gorgia ad filium et altera ad Pelopem Byzantium); V. 1049, 6 (ad Cælium oratorem); V. 1049, 30; V. 765, 21; V. 1051, 34; M. 974, 14 (Epistolæ ad Div. IV, 13).

Orationes, V. 1048, 20 (Defensio Licinii Murenæ, *cfr* V. 917, 35; V. 1058, 11); V. 1058, 6 (Cœlii causa); V. 657, 43 (oratio, qua Crassum et Cæsarem Catilinariæ seditionis reos facit); V. 845, 46 *sqq.* (verba de conatibus et consiliis Cæsaris adolescentis); V. 1041, 27 (Philippicæ, V. 1056, 51; V. 1095, 35; V. 1097, 20).

V. 311, 1 (Liber de divinatione); V. 413, 29 (dialogus de Senectute; *cfr.* V. 453, 3); V. 620, 47 (volumen de Academica secta, cui Lucullum titulum fecit); V. 657, 46 (liber de ipsius consulatu); V. 845, 19 (laudatio Catonis inscripta Cato; *cfr.* V. 875, 2 *sqq.*); V. 1028, 26 (Pontius Glaucus, carmen a puero versibus tetrametris scriptum); V. 1051, 21 (philosophica opera, V. 1057, 36).

Incerta, V. 886, 18; V. 996, 32; V. 934, 51 (de repulsa, quam Cato tulit); V. 1038, 44; V. 1058, 29 (exclamatio: Cedant arma togæ, cedat laurea linguæ); M. 336, 9 (*cfr. de Legg.* II, 21).

Apophthegmata, M. 248, 37 *sqq.* 1 *et* 2 (de nomine Ciceronis); 3 (de oratoribus altum clamantibus; *cfr.* V. 1030, 22); 4 (in Verris filium; *cfr.* V. 1031, 32); 5 (Ad Metellum Nepotem, καὶ γάρ ἐστι πλεῖον ἐμοὶ πίστεως ἡ λογιότητος; *cfr.* M. 655, 32); 6 (interrogatus a Metello: Quis est tuus pater, V. 1043, 1); 7 (De Metello corvum lapideum Diodoto in monimento statuente; *cfr.* V. 1043, 8); 8 (De Vatinio, κακὸς τοίνυν ἀπόλοιτο κακῶς ὁ ψευσάμενος; *cfr.* V. 1031, 30; V. 1042, 30); 9 (Ad Octavium quendam, qui Afer putabatur; *cfr.* V. 1042, 36; M. 765, 11); 10 (In Popillium Cottam (Constam), ἴσως δοκεῖς περὶ τῶν νομίμων ἐρωτᾶσθαι; *cfr.* V. 1042, 52); 11 (Ad Hortensium, καὶ μὴν ἡ σφὶγξ παρά σοί ἐστι; *cfr.* V. 1031, 39); 12 (In Voconium et deformes ejus filias; *cfr.* V. 1043, 20); 13 (De Fausto prosc[illegible]bente auctionem, V. 1043, 31); 14 (De Cæsare et Pompejo); 15 (Pompejum Themistocli comparat; *cfr.* V. 778, 25); 16 (De Pisone ad Pompejum); 17 (Ad eum, qui equo relicto, a Cæsare ad Pompejum desciverat); 18 (De Cæsaris amicis; *cfr.* V. 1050, 17); 19 (Ad Nonium post Pharsalicam pugnam; *cfr.* V. 1050, 25); 20 (De Cæsare statuas Pompeji erigente; *cfr.* V. 876, 35; V. 1051, 43; M. 108, 35); 21 (Erotem servum liberat); V. 876, 54 (De Caninio Rebilio consule in unam diem facto); V. 909, 15 (Ad Memmium); V. 1031, 30 (Ad Cæcilium, τί Ἰουδαίῳ πρὸς χοῖρον;); V. 1036, 32 (Ad Catilinam); V. 1041, 16 (De Aristotele: aureum eloquentiæ flumen); V. 1041, 17 (De Platonis dialogis: Jovem, si locuturus fuisset, eo sermone usurum); V. 1044, 18 (De Theophrasto: deliciæ suæ); V. 1041, 20 (De Demosthene, interroga-

tus quam pulcherrimam putaret orationem, respondit : Longissimam); V. 1041, 49 (In Munatium); V. 1041, 54 *sqq.* (In Crassum ejusque filium Axium); V. 1042, 31 (In L. Gellium); V. 1042, 42 (In adolescentem, qui in placenta venenum dedisse patri ferebatur); V. 1042, 46 (Ad P. Sestium); V. 1043, 12 (Ad M. Appium); V. 1043, 20 (M. Aquinium Adrastum vocat); V. 1043, 22 (Ad L. Cottam censorem); V. 1044, 44 (Ad Plancum); V. 1050, 9 *sqq.* (Dicteia in castris Pompeji de Domitio, Theophane, Lentulo, Marcio, Nonio, Labieno); Ps. 78, 27.

Cicero (Q. Tullius), oratoris frater, V. 1038, 48; V. 1047, 20; una cum fratre in Tusculano est, ut de proscriptione nuntiatur : ex fuga reversus et proditus a servis necatur cum filio, V. 1055, 33 *sqq.*

Cicero, (M. Tullius), oratoris filius, apud M. Brutum Athenis, V. 1186, 6; Bruti legatus C. Antonium vincit, V. 1054, 36; V. 1187, 17; Antonio debellato, consulatus collega assumitur ab Octavio Cæsare, V. 1057, 20.

Cicero legatus Cæsaris, in hibernis obsidetur a Gallis defectis, V. 858, 23 *sqq.*

Ciconia, apud Thessalos honoribus habita, M. 465, 23; M. 887, 33; ciconiæ patres suos alunt, M. 1178, 16.

Cicutæ alexipharmacum est vinum post sumtum; vinum cum cicuta temperatum immedicabile est venenum, M. 792, 36 *sqq.*

Cilicia, V. 591, 22, *ibid.* 25; V. 603, 31; V. 605, 34; V. 607, 36; V. 752, 15; V. 754, 27; V. 756, 31; V. 822, 17. Ciliciæ præfectus Cicero, V. 1048, 39. Cilices regii, V. 605, 5. Cilicum navigia prædatoria, V. 655, 17; V. 682, 8. Ciliciæ oracula, M. 527, 53.

Cilles, Ptolemæi legatus, vincitur a Demetrio Poliorceta, V. 1064, 10 *sqq.*

Cimbri; de terræ regionibus, unde progressi continentem usque ad Italiam pervagantur, variæ conjecturæ; aspectus, ferocia, multitudo eorum, V. 490, 20 *usque ad* V. 491, 25. Scipionem vincunt, M. 246, 21. Romana castra, quorum dux Cæpio, capiunt, quo die, V. 165, 30. Per Noricum, divisi a Teutonibus, ad Catulum pergunt, V. 493, 47. Alpes trajiciunt et Catulum, qui castella utrique Athesis fluvii ripæ imposuerat, inde detrudunt, V. 499, 7 *sqq.* Æneus taurus, quem colebant, V. 499, 45. Clades eorum ad Vercellas, V. 500, 38 *usque ad* V. 502, 48.

Cimber, C. Marium interficere non ausus, V. 510, 47.

Cimicum utilitas, M. 1277, 34, *ibid.* 48.

Cimmerii, V. 490, 48; V. 491, 9. Nullum esse solem putant, M. 201, 38.

Cimon Coalemus, Cimonis celebris illius avus, V. 574, 23.

Cimon, Miltiadis filius, Atheniensis. Vita ejus, V. 572, 1 *sqq.*

De genere ejus, V. 574, 5 *sqq.* Post patris mortem adolescentulus admodum relictus, male audit, quod incompositæ vitæ bibaxque sit (*cfr.* M. 956, 30; M. 977, 38); Stesimbrotus Thasius de eo, V. 574, 18 *sqq.* Juvenis adhuc cum Elpinice sorore rem habuisse vel palam nuptias contraxisse fertur, postea Calliæ locat eam, V. 574, 36 *sqq.*; *cfr.* M. 667, 52. De amoribus ejus cum Asteria et Mnestra, vehemens ejus mœror ob Isodices, uxoris legitimæ, mortem, V. 575, 4 *sqq.* Archelai et Melanthii in Cimonem carmina, V. 574, 7; V. 575, 7, *ibid.* 15. Cimonea monumenta Athenis et Citii, V. 574, 15; V. 586, 53 *sqq.* De forma ejus, V. 575, 34. De suavitate ejus in consuetudine, V. 184, 52.

Medis ingruentibus, quum Themistocles populo persuaderet ut, urbe relicta, naves conscenderent, primus Cimon frenum Minervæ dedicans et ad mare descendens videbatur, V. 575, 22 *sqq.* Quum in certamine Salaminio fortiter se gesserit, statim ad rempublicam accedit, Aristide tanquam adversarium Themistoclis eum constituente, V. 575, 36 *sqq.*; *cfr.* M. 966, 15. Dux copiarum navalium missus, Pausania et Lacedæmoniis adhuc ducibus, quum Pausanias res novas moliatur sociosque fastidiose tractet, Cimon cum Aristide humaniter injuria affectos ad se recipiendo sensim Græciæ principatum ad se pertrahit, V. 575, 48 *sqq.*; *cfr.* V. 397, 18 *sqq.* Postquam sociæ civitates ipsi se adjunxere, dux in Thraciam navigat, regionem vastat, hostesque Elone obsessos eo difficultatis compellit, ut Butus regius dux urbem cum omnibus comburat; coloni Eionem et Amphipolim deducti; lapideæ Mercurii statuæ Cimoni a populo concessæ, inscriptiones earum, V. 576, 35 *sqq.* Scyrum quoque, unde Dolopes piratas ejecerat, coloniam deducit. Illinc Thesei ossa reperta Athenas reportat (*cfr.* V. 19, 41 *sqq.*); Athenis una cum collegis in theatrum progressum Apsephion archon celebre illud judicium tragœdiarum Æschyli et Sophoclis certantium, ut edat, cogit, V. 577, 29 *sqq.* Ion refert de Cimonis cantu in cœna apud Laomedontem; captivorum e Sesto et Byzantio partitio Cimoni commissa a sociis, V. 578, 14 *sqq.*

Sepes agrorum suorum tollit, ut et hospites, et ex civibus, qui opus habeant, fructibus eorum impune possint frui; cœnam, quicumque pauperum vult, præbet; adolescentes eum comitantes vestes et pecuniam pauperibus dividunt, V. 578, 44 *sqq.*; *cfr.* V. 187, 35. Optimatium partibus studens et Laconicum morem tenens, Themistocli populi extollenti potestatem et Ephialti Areopagiticum senatum tollere conanti, una cum Aristide adversatur, V. 579, 35 *sqq.*; *cfr.* V. 185, 52. A muneribus capiendis sibi cavet; responsum Rœsaci datum dona ei offerenti, V. 579, 44 *sqq.* A sociis pecuniam accipiens navesque hominum vacuas, Athenienses vero alios subinde atque alios in classem conscribens et expeditionibus exercens parvo temporis spatio dominos sociorum eos efficit, V. 580, 4 *sqq.* Universam ab Ionia ad Pamphyliam usque Asiam armis Persarum liberat, V. 580, 28 *sqq.* A Cnido et Triopio profectus primum Phaselim urbem sibi adsciscit, deinde ad Eurymedontem flumen hostes aggressus una die navali et terrestri prœlio superat et castra omnis generis opum referta capit, V. 580, 35 *sqq* ; *cfr.* V. 448, 12; M. 668, 3. Octoginta Phœnicias naves, quæ pugnæ non interfuerant, supervenientes ad Hydrum omnes capit, V, 581, 38; *cfr.* M. 427, 49.

Pax a rege his factis territo accipitur hac conditione, ut semper equi curriculo a Græco mari abstineat, intra Cyaneas et Chelidonias insulas navi longa et ærata ne naviget, V. 581, 45 *sqq.*; *cfr.* V. 152, 49. Præda dividita, populus et alias opibus crescit et murum arcis, qui meridiem spectat, ædificat et longorum murorum fundamenta jacit, Cimon forum platanis conserit et Academiam exornat, V. 582, 5 *sqq.*; *cfr.* V. 622, 28; V. 999, 5. Totum Chersonesum Atheniensium ditionis facit, V. 582, 2. Thasios, qui ab Atheniensibus defecerant, navali pugna superat, urbem expugnat, auri metalla in opposita continente Atheniensibus propria reddit agrumque Thasiis adimit, V 582, 28 *sqq.* Accusatur quod, occasione facta, non in Macedoniam irruperit; Elpinice deprecatum ad Periclem accedit, absolvitur Cimon, V. 582, 52 *sqq.* Ab expeditione reversus, Areopagi et optimatium potestatem ab Ephialte absente infractam reducere conatur, sed opprimitur clamoribus inimicorum crimen vitiatæ sororis et Laconiscum objicientium, V. 582, 51 *sqq.* De studio ejus in Lacedæmonios, V. 583, 23 *sqq.*; *cfr.* V. 146, 15. Filii ejus Eleus, Lacedæmonius, Thessalus, V. 583, 23 *sqq.* Lacedæmoniis

auxilium contra Messenios et Helotes petentibus, prœbere populo persuadet Cimon; sermo ejus, neve Græciam claudam fieri, neve urbem jugali suo orbari patiantur; ipse suppetias Lacedæmoniis fert; disceptatio cum Lacharto Corinthio, V. 583, 49 *sqq.* Quum rursus Lacedæmoniis auxilium tulerint, solique omnium ut novis rebus intenti remissi sint, irato animo reversi levi occasione arrepta Cimonem decennali exsilio puniunt, V. 584, 43 *sqq.*; *cfr.* V. 187, 49.

Prohibitus, quin ipse apud Tanagram inter tribules suos contra hostes stet, amicos hortatur, ut fortiter pugnent, qui omnes centum numero acerrime prœliati eadunt; quam post cladem Cimon, Pericle decretum scribente, revocatur, V. 584, 51 *sqq.*; *cfr.* V. 188, 4 *sqq.* Reversus bellum statim componit, V. 585, 26. Exinde ducentas naves instruit, rursus in Cyprum Ægyptumque classem ducturus; mala præsagia; nihilominus profectus regiam classem superat, urbes in ora maritima circumvectus recipit, rebusque Ægyptiis animum intendit et ad Ammonem mittit; interim moritur in obsidione Citii; moriens suos jubet statim in patriam cum classe redire occultato ipsius obitu, V. 585, 27 *sqq.*; *cfr.* V. 448, 18.

Varia : De æmulatione ejus cum Themistocle Olympiæ, V. 136, 24 *sqq.* De prima ejus legatione Lacedæmonem, V. 388, 14. Monumenta equarum, quibus ter Olympia vicit, V. 404, 53. Epicratem, Themistoclis amicum, morte afficit, V. 148, 28. Genus ejus Athenis honoratur, M. 675, 19. Aristidem in republica est sectatus, M. 966, 15.

Cimonea monumenta, V. 587, 1.

Cinarus, insula, M. 727, 27.

Cineas, Atheniensis, V. 891, 45.

Cineas, Thessalus, auditor fuerat Demosthenis; sermo cum Pyrrho bellum contra Romanos moliente, V. 466, 24 *sqq.* Tarentum præmittitur cum tribus millibus militum, V. 467, 24. Legatus Romam mittitur, relatio ejus ad Pyrrhum, V. 470, 27 *sqq.*; V. 471, 24. Iterum legatus, V. 472, 54. In Siciliam venit, V. 474, 18 *sqq.*

Cinesias, Atticus, dithyrambicus, M. 26, 8; M. 202, 2; M. 426, 10 (infelix dithyrambicorum fuisse videtur conditor); M. 867, 49 (apud Platonem Comicum); M. 1395, 36 (in fragmento Pherecratis); M. 26, 8 *sqq.* (dictum ad Timotheum; *cfr.* M. 201, 52).

Cineson, M. 496, 34.

Cingonius Varro, Nymphidio Sabino orationem scripsit, qua milites hic erat allocuturus, V. 1262, 4. Galbæ jussu interficitur, V. 1262, 21.

Cinna, Romanus quidam, in bello Gallico, quod de mensura annonæ imminuit, lapidibus obruitur, M. 385, 12.

Cinna, Marianus, consul creatur a Sulla, prius sacramento et devotionibus obstrictus velle Sullanis rebus favere; consulatu accepto statim Verginium tribunum plebis accusatorem Sullæ subornat, V. 547, 6 *sqq.* Tyrannidem affectans ab Octavio collega urbe ejicitur et collectis in Italia copiis bellum parat, V. 512, 25 *sqq.*; *cfr.* V. 680, 17 *sqq.* Marium proconsulem appellat sibique jungit, V. 512, 45 *sqq.* Interfecto Octavio (*cfr.* V. 549, 11), revocatur cum Mario a senatu, copias cum Sertorio et Mario dividit, cædes civium, V. 513, 45; V. 514, 17; *cfr.* V. 680, 45. Cum Sertorio Bardyæos dormientes conficit, V. 515, 24. Cinna et Carbo, Sulla absente, Romæ in amicos ejus grassantur, V. 556, 41; *cfr.* V. 1189, 14. Contra Strabonem, Pompeji patrem, militans (V. 739, 38) interficitur a militibus ob suspicionem Pompeji necati, V. 740, 42 *sqq.*; *cfr.* V. 681, 8.

Cinna, unus de conjuratis Bruti et Cassii, V. 1183, 12; V. 1184, 22; V. 883, 35.

Cinna, poeta, amicus Cæsaris; somnium ejus; in Cæsaris funere a populo, qui alium Cinnam ex conjuratorum numero eum esse suspicabatur, discerpitur, V. 883, 25 *sqq.*; *cfr.* V. 1184, 13 *sqq.*

Cinna, dux militum Cæsarianus, V. 1186, 30.

Cinyradæ, stirps regia Paphi, M. 417, 8.

Cinyras, Smyrnæ pater, quæ in arborem myrrham mutata est, M. 382, 31.

Κίων, masculinum et femininum, Ps. 114, 5 *sqq.*

Circæum, promontorium Latii, V. 877, 20; V. 1055, 51.

Circe, M. 63, 29. Mater Telegoni ex Ulysse, M. 388, 36. Nodus, quem Ulyssem docuit, M. 1308, 1. Circe significat universi orbicularem circumactionem, Ps. 134, 43. Cur in Ææa insula habitet, *ibid.* 44.

Circeji, urbs Latii, colonia Romana, V. 271, 28; V. 508, 24.

Circenses ludi, Romæ, quibus diebus aperta Consi dei ara, V. 29, 42; V. 320, 27.

Circuitio, quid, Ps. 111, 20 *sqq.*

Circulus lacteus, M. 1089, 5 *sqq.* Circuli quadratura ab Anaxagora in carcere descripta, M. 734, 24. Circuli quinque cœlum dividentes, M. 1082, 40 *sqq.*

Circus, Romæ, V. 325, 32; V. 374, 49 (Flaminius); V. 440, 42; V. 563, 22.

Cirræaton, villa agri Arpinatis, V. 485, 43.

Cirrha, urbs Phocidis, M. 362, 20. Cretensium colonia, M. 1204, 15. Cirrhæi, cum injuriam Delphico oraculo intulerint, bello ab Amphictyonibus contenduntur, V. 100, 9 *sqq.* Oraculum eis datum, quo dies noctesque bellum gerere jubentur, M. 91, 42.

Κίς, animal parvulum, Fr. 25, 32 *et* 34.

Cisalpina Gallia, vel Gallia Comata, V. 590, 53.

Cissus, nuntius Harpali defecti venit ad Alexandrum, V. 822, 5.

Cissusa, fons apud Haliartum in Bœotia, M. 944, 3; Bacchi fabulæ intexta, V. 536, 50.

Cithæron, mons Bœotiæ, V. 388, 39; V. 390, 15; V. 536, 30; M. 761, 43; Fr. 19, 33; Fr. 18, 24, *ibid.* 38 (Juno in Cithærone monte congressa cum Jove). Cithæron mons, prius Asterius vocatus; utriusque nominis origo, Ps. 81, 20 *sqq.* De Cithærone nomine Hermesianactis Cyprii relatio, Ps. 81, 42 *sqq.* Ἐρινύων μυχός, Ps. 82, 2.

Cithæron, puer pulcherrimus a Tisiphone, cujus amorem contempserat, serpente immissa necatur, unde Asterius mons Cithæronis duxit nomen, Ps. 81, 29 *sqq.* Hermesianactis Cyprii relatio de Cithærone et Helicone fratribus, *ibid.* 42 *sqq.*

Cithæronia Juno, V. 388, 30.

Cithara, omni ætate convivii socia habita, M. 868, 45. Cithara ludere cur deos finxerit antiquitas, M. 1260, 19. Citharæ inventor Amphion, M. 1383, 47. Citharœdicorum modorum inventor, M. 1384, 18. Cithara cur Asias olim fuerit dicta, M. 1385, 32.

Cithara, herba, nascens in Pangæo monte, orta est ex sanguine Orphei; dum peraguntur Bacchi sacrificia, sonum emittit citharæ, Ps. 82, 34 *sqq.*

Citharœdi cujusdam dictum ad Philippum, M. 81, 32 *sqq.*; *cfr.* M. 213, 44; M. 410, 5; M. 768, 40.

Citium, Cypri urbs, V. 586, 30; V. 587, 2.

Cius, Bithyniæ urbs, V. 895, 3.

Civile orationis genus, Ps. 120, 33. Civilis oratio in rhetorica arte consistit, Ps. 147, 31.

Civis; de civibus adscriptitiis Solonis lex, V. 109, 44. Civis servati præmium, V. 256, 40.

Claria, debitorum tabulæ vocantur a Lacedæmoniis, V. 955, 14.

Clarium, templum Apollinis in Ionia Asiæ, V. 752, 40.

Clarius, fluvius in Cypro, V. 111, 7.

Clastidium, pagus Galliæ Citerioris, V. 359, 6.

Claudia gens, originem ducit ab Appio Clauso, V. 129, 38.
Claudia prisca, ob apophthegmatum sapientiam præclara, M. 173, 18.
Claudia, Appii Claudii filia, Tib. Gracchi uxor, V. 984, 53.
Claudius; de nomine, V. 261, 35.
M. Claudius, Marci Claudii Marcelli pater, V. 356, 2.
M. Claudius Otacilius, Marcelli frater, V. 356, 26.
M. Claudius Marcellus, filius patris ejusdem nominis, V. 356, 35.
Claudius, Drusi filius Antonia natus, V. 1139, 50. Agrippinam uxorem ducit ejusque filium adoptat et Neronem Germanicum appellat, V. 1139, 54; V. 1140, 1; V. 1200, 44.
Clausus, *vide* Appius.
Clavus æreus apro infixus, M. 799, 9; M. 800, 53.
Clazomenæ, V. 247, 25; V. 635, 28.
Clea, cui Plutarchus disputationem de Iside et Osiride dedicat, Thyiadum Delphicarum princeps et a patre ac matre Osiriacis consecrata sacris, M. 429, 45; M. 445, 51. Plutarchus disputationem de mulierum virtutibus ei dicat, M. 300, 14.
Cleadas, Platæensis, M. 1063, 35.
Cleænetus, Atheniensis, Cleomedontis filius, V. 1073, 52.
Cleander, Spartanus, consiliarius Callicratidis classis Spartanorum præfecti, M. 272, 44; M. 273, 37.
Cleander, Mantinensis, solum vertere jussus, Megalopolim ad Craugidem se confert, quo mortuo filium ejus Philopœmenem educat, V. 426, 1 *sqq.*
Cleander, Proclis tyranni jussu Timarchum Atheniensem interficit, M. 492, 10.
Cleander, M. Sedati, Plutarchi amici, filius, M. 17, 18.
Cleandridas, Spartanus; apophthegmata ejus, V. 272, 40 *sqq.* (classi Spartanorum præfectus post Lysandrum, M. 272, 40; Sardes profectus ad Cyrum juniorem non admittitur, M. 273, 1; stipendia et xenia accipit, M. 273, 10. Pugna ad Arginusas, mors Cleandridæ, M. 273, 26 *sqq.*).
Cleandridas, Gylippi pater, Spartanus, ob capta munera exterminatus, V. 647, 13.
Cleanthes, Assius, Stoicus (M. 731, 11). De ejus vita, M. 1264, 22, *ibid.* 45. Tardior fuit ad discendum, alia, M. 57, 48. Arcesilai amicus, M. 66, 50.
Citata, M. 40, 36, *ibid.* 46 *sqq.*; M. 66, 50; M. 461, 31; M. 1083, 36 (de figura stellarum); M. 1084, 11; M. 1130, 15; M. 1184, 21 (de formicis); M. 1263, 45; M. 1265, 30 (ἐν Ὑπομνήμασι Φυσικοῖς); M. 1315, 33; M. 1316, 8 (de mundi conflagratione); M. 38, 24 (ludicra in Homerum); Ps. 84, 26 (ἐν γ' Θεομαχίας), *ibid.* 30; Ps. 93, 17 (ἐν α' περὶ Ὁρῶν).
Apophthegmata, V. 232, 31; M. 1012, 26 (Ad Antigonum regem).
Cleanthes, medicus, Catonis libertus, cumque eo Uticæ, V. 946, 26.
Clearchus, Lacedæmonius, dux Græcorum apud Cyrum minorem, V. 1207, 34. Pugna ad Cunaxa, V. 1209, 38, *ibid.* 44; V. 1210, 15. Cum aliis Græcorum ducibus interficitur a Tisaphernes, V. 1215, 35 *sqq.*
Clearchus, Macedo, Thebas mittitur, qui contra Demosthenem agat, V. 1019, 30.
Clearchus, Solensis (M. 1251, 8), philosophus, Aristotelis familiaris, sed tamen multa Peripateticæ philosophiæ decreta pervertit, M. 1127, 59. De facie lunæ opinio ejus, M. 1127, 47.
Clearchus, Heracleæ urbis ad Pontum tyrannus, fulmen gessit, *etc*, M. 414, 12. In cistam irrepens anguis in morem dormiebat, M. 954, 52.
Clearchus (Cleocritus?), archon Atheniensis, M. 1018, 19.
Κλειτοριάζεις, dictum in puerorum amatores, Ps. 164, 26.
Clementiæ templum, Romæ, V. 876, 29.
Cleobis; Solonis de Cleobi ac Bitone narratio ad Crœsum regem, V. 112, 12 *sqq.*; *cfr.* M. 70, 41; M. 130, 8 *sqq*; Fr. 42, 23. Epigramma de iis, *ibid.* 29.
Cleobula, Gylonis filia, mater Demosthenis oratoris, M. 1028, 30.
Cleobulina sive Eumetis, Cleobuli filia, M. 173, 16; M. 176, 32. Ob ænigmatum peritiam et sapientiam laudatur, *ibid.* 33; M. 182, 14. Ejus de cucurbitulis griphus, M. 183, 1. De tibia Phrygia, M. 178, 54 *sqq.*
Cleobulus, Lindiorum tyrannus, potentia vim famæ faciens in nomen Sapientum se ingerit, M. 470, 52. Persona colloquii Septem Sapientum Convivium inscripti, M. 173; M. 179, 7. Fabulam de luna tuniculam petente narrat, M. 186, 17.
Cleocritus, Corinthius, dux in pugna Salaminia, V. 386, 27; V. 395, 32.
Cleocritus (Clearchus?), archon Atheniensis, M. 1018, 19, 25.
Cleodemus, persona colloquii Septem Sapientum Convivium inscripti, M. 173; medicus, M. 181, 7; M. 183, 5.
Cleodeus, Hylli filius, V. 457, 10.
Cleodice, soror Himeri, vitiatur a fratre, Ps. 92, 37.
Cleomachus, Pharsalius, Chalcidensibus auxilium ferens contra Eretrienses in pugna cadit; sepulcrum ejus Chalcide, M. 929, 37 *sqq.*
Cleomantes, Laco, vates apud Alexandrum, V. 827, 22.
Cleombrotus, Pausaniæ filius, quartus a Pausania, qui Platæis vicerat, Spartæ rex, V. 950, 3; cum exercitu in Bœotiam mittitur, V. 340, 5; V. 726, 38; V. 729, 30; cæditur in Leuctrica clade, V. 343, 27; V. 570, 28; V. 729, 48; V. 959, 29. Dictum ejus, M. 273, 40.
Cleombrotus, gener Leonidæ regis Spartanorum, cui regnum ademit, V. 954, 21 *sqq.*; Leonida reducto, in fanum Neptuni confugit; uxoris preces efficiunt, ut solum vertere jubeatur, V. 956, 29 *sqq.*
Cleombrotus, Acharnensis, Dinocratis filius, M. 1027, 21.
Cleombrotus, Lacedæmonius, philosophus, persona dialogi de defectu oraculorum, M. 499; diu per Ægyptum et Troglodyticam vagatus, M. 499, 41. Narratio ejus de peregrino divinatore ad Rubrum mare, quem convenerit, M. 512, 28 *sqq.*
Cleomedes, Astypalensis; stolidum ejus robur et mirabilis finis, V. 41, 43, *ibid.* 47 *sqq.* Pythiæ de eo oraculum, *ibid.*
Cleomedon, Atheniensis, pater Cleænetti, V. 1073, 52 *sqq.*
Cleomenes, unus inter Lacedæmonios quinque arbitros, Atheniensibus et Megarensibus de Salamine litigantibus, V. 100, 8.
Cleomenes, Anaxandridæ filius, Spartanorum rex, violato jurejurando Argivos opprimit, ab urbe repellitur a mulieribus, M. 273, 48 *sqq.*; *cfr.* M. 303, 33 *sqq.*
Apophthegmata ejus, V. 273, 44 *sqq.*; M. 266, 38 (δεῖ τὸν ἀγαθὸν βασιλέα τοὺς μὲν φίλους εὐεργετεῖν, τοὺς δὲ ἐχθροὺς κακῶς ποιεῖν); M. 1176, 25 (ἐκέλευεν αὐτοὺς σκοπεῖν, αὐτὸν γὰρ ἐν Πελοποννήσῳ τὸν νοῦν ἔχειν).
Cleomenes, Cleombroti filius, sextus a Pausania, qui Platæeis vicerat, Spartæ rex, V. 950, 5 *sqq.* Dictum ejus, M. 231, 6 (de gallis pugnacibus; *cfr.* M. 275, 27; V. 62, 40 *sqq.*).
Cleomenes, Leonidæ regis Spartanorum filius, post Agidis mortem Agiatidem ducit; Vita ejus, V. 960, 1 *sqq.*
Statum præsentem reipublicæ minime probat, adolescentulus adhuc Spharum Borysthenem philosophum audit, V. 960, 26 *sqq.* Leonida mortuo regnum accipit, statim in animum inducens præsentis rerum status mutationem, primum Xenarem amicum tentat, quo refragante, ipse Spartanos cum Achæis committere conatur, V. 960,

50 *sqq.* Expeditio ad Belbinam, epistolæ ad Aratum, V. 961, 41 *sqq.* Rursus emissus, Methydrium occupat, ad Pallantium Aratus prœlium timide vitat, V. 962, 9 *sqq.* Eleis opem ferens, apud Lycæum Achæos fugat, V. 962, 25; V. 1244, 2 *sqq.* Archidamum, Agidis fratrem, revocat, qui statim ab ephoris occiditur, V. 962, 33; *cfr.* V. 1008, 36.

Reipublicæ statum mutare cupiens, ephoros corrumpit, ut expeditionem sibi decernant, reliquos multos demeretur, Cratesiclea matre adjuvante, V. 962, 48 *sqq.* Expeditione facta, ad Leuctra, Lysiade cæso, Aratum fugat, V. 963, 1 *sqq.*; V. 1244, 19 *sqq.* Megistonous ad Orchomenum vincit, V. 1244, 54. Megistonoo vitrico aliisque tribus persuadet, ut socios se in mutanda reipublicæ forma præbeant; insomnium Ephori in Pasiphaæ templo, V. 963, 22 *sqq.* Civium maxime suspectis sibi abductis Heream et Asæam urbes Achæis subditas capit, Orchomenum frumentum importat, ad Mantineam castra positis Lacedæmonios plerosque relinquit, ipse cum mercenariis militibus Spartam petit, V. 963, 39 *sqq.* In syssitio aggreditur ephoros, qui præter unum Agylæum conciduntur, V. 963, 50 *sqq.* Postridie octoginta cives proscribit, oratio ejus in concione habita, V. 964, 39 *sqq.* Debitores alieno ære liberat, agros dividit, civium numerum lecto de finitimis præstantissimo quoque supplet ac quatuor millia arma ferentium instituit; in adolescentum institutione adjutorem habet Sphærum; Euclidam fratrem regni socium asciscit, V. 965, 28 *sqq.*; *cfr.* V. 1008, 32; V. 1245, 8 *sqq.* Statim exinde in fines Megalopolitanorum ingressus, maximam prædam agit, V. 966, 1 *sqq.* Vitæ ipsius ratio simplex, frugalis omnisque fastus expers, omnibus veluti exemplum temperantiæ proposita; convivia, V. 966, 26 *sqq.*

Mantinenses eum ad se vocant seque in fœdus ejus tradunt; paulo post Achæos apud Hecatombæum vincit; inde ad Langonem profectus, ejecto Achæorum præsidio, urbem Eleis tradit, V. 967, 17 *sqq.*; V. 1245, 53 *sqq.* Achæis conditiones proponit, quibus imperium sibi tradant, pollicitus se statim captivos et oppida capta redditurum; a conventu Lernæ constituto valetudine prohibetur, V. 967, 43 *sqq.* Conventum Argis institutum Aratus offendendo Cleomenem ad irritum ducit; Cleomenis epistola in Aratum; præcone misso Achæis bellum indicat, Pellenem, Pheneum et Penteleum capit, V. 968, 47 *sqq.*; V. 1246, 3 *sqq.* Argos oppressione facta occupat, V. 969, 21. Cleonæ et Phlius Cleomeni se adjungunt, Corinthii deficientes ab Arato eum arcessunt, Trœzenii, Epidaurii et Hermionenses ei accedunt, V. 970, 3 *sqq.*; V. 1246, 50. Megistonoum iterumque Tritymallum magna offerentes ad Aratum mittit, si Acrocorinthum communi Achæorum et Lacedæmoniorum præsidio tradat; Arato non obtemperante, ita demum in Sicyonium agrum impressionem facit et decreto Corinthiorum bona Arati dono sibi data accipit, V. 970, 16, 28 *sqq.*; V. 1247, 14 *sqq.* Montibus, qui Onei dicuntur, custoditis, Antigonum aliquandiu Peloponneso arcet, donec Argivorum defectio eum revocat, V. 970, 40 *sqq.* Corintho recedens Argos occupare impeditur ab Antigono superveniente, V. 971, 31 *sqq.*; V. 1248, 40 *sqq.* Tegeæ nuntium de morte uxoris accipit, V 971, 51.

Ptolemæo auxilium promittenti obsidum loco liberos et matrem mittit, V. 972, 11 *sqq.* Helotum liberatos armat, Megalopolim subito aggressus oppressione capit (*cfr.* V. 428, 14; V. 1008, 32); Megalopolitanorum secum fœdus inire recusantium urbem diripit et diruit, se domum recipit, V. 972, 48 *sqq.* Argivorum agros devastat, Antigoni militibus in urbes dilapsis, V. 974, 30 *sqq.* Paulo post cum audivisset Antigonum Tegeam profectum, alia via eum prævertens, iterum Argivorum vastat ditionem, V. 974, 51 *sqq.*

Pugna ad Sellasiam, qua totus fere Lacedæmoniorum exercitus conciditur, V. 975, 27 *sqq.*; *cfr.* V. 428, 37 *sqq.*; V. 1249, 49 *sqq.* Post pugnam, ut Spartam venit, cives Antigonum jubet recipere, ipse cum amicis ad Gythium contendens naves conscendit, V. 976, 42 *sqq.* Cytheris avectus ad Ægialiam appellit; colloquium cum Therycione, V. 977, 23 *sqq.* Alexandriam venit; Ptolemæus amicitia amplexus eum promittit cum navibus et pecunia a se datis in Græciam rediturum eique stipendium constituit, V. 973, 16 *sqq.* Ptolemæo seniore mortuo, Cleomenes negligitur, mox in suspicione habetur; postulanti se cum amicis dimitti, nemo animum advertit, V. 978, 37 *sqq.*; *cfr.* M. 64, 46. A Sosibio et Nicagora calumniis objectus magnam in domum concluditur, V. 979, 40 *sqq.* Eruptione facta, Ptolemæum Chrysermi filium et Ptolemæum urbis præfectum necant, Alexandrinos ad libertatem vocantes; nemine auso opem ferre, ipse omnesque ejus socii mortem sibi consciscunt, V. 980, 19 *sqq.* Mors ejus liberorum, Cratesicleæ matris et aliarum mulierum, V. 981, 46 *sqq.*

Cleomenes, Atheniensis demagogus, V. 527, 3.

Cleomenes, medicus, M. 846, 5.

Cleon, demagogus Atheniensis, Periclem adoritur, V. 204, 3; V. 205, 23. De institutis ejus in republica, V. 626, 21 *sqq.*, *ibid.* 42. In invidia civium habitus, qui pacem cum Lacedæmoniis dissuaserit, culpam in Niciam transferens, ut qui mollitie bellum Pylium trahat, Niciæ et civium jussu ipse invitus dux ad Spartanos in Sphacteria insula capiendos mittitur, V. 630, 5 *sqq.* Secunda usus fortuna intra dictum diem Lacedæmonios ex Sphacteria insula Athenas ducit, V. 630, 36 *sqq.* Effrenata audacia et fastus, quem hoc ex facto sumit; abjectum tribunalis ab eo decus, V. 631, 1 *sqq.*; *cfr.* V. 984, 5. Perit in prœlio ad Amphipolim, V. 631, 27. Atheniensium concionem differri petit, quod sacrificarit, M. 976, 28. Ad rempublicam se collaturus conductis in unum amicis, amicitiæ eorum renuntiat, M. 985, 16; V. 628, 11 (Aristophanis fabula); M. 983, 33; M. 998, 48.

Cleon, Halicarnassensis, oratio ejus pro Lysandro Lacedæmonio scripta, V. 534, 43; V. 723, 43; M. 258, 50.

Cleon, Sicyonius tyrannus, V. 1225, 4.

Cleon, dictus ἐκ Δαυλίας, per totam vitam ullum se vidisse somnium negat, M. 532, 4.

Cleonæ, Argolidis urbs et castellum, V. 284, 5; V. 584, 38; V. 900, 15; V. 970, 4; V. 1239, 36; M. 669, 7.

Cleonæ, Phocidis urbs, M. 302, 25; V. 1025, 4.

Cleonice, virgo Byzantia, a Pausania, Spartanorum rege, ad stuprum accersita atque necata, V. 576, 13 *sqq.*; *cfr.* M. 671, 39.

Cleonidas, Ptolemæi Soteris dux, Sicyonem Corinthumque tenet et Demetrii Poliorcetæ conditionem repudiat, V. 1068, 37.

Cleonymus, Lacedæmonius, Sphodriæ filius ab Archidamo, Agesilai filio, adamatus, quod Sphodriæ accusato saluti est, V. 727, 20 *sqq.*; cæsus in Leuctrica clade, V. 729, 50.

Cleonymus, rex Lacedæmoniorum, Cleomenis filius, V. 950, 8; auxilium fert Thebanis contra Demetrium Poliorcetam, V. 1083, 20 *sqq.*; a Pyrrho rege reducitur Spartam, V. 478, 7 *sqq.*; V. 1083, 20 *sqq.*; M. 269, 18.

Cleopater, præfectus præsidio Acrocorinthi sub Arato, V. 1246, 46.

Cleopatra, desponsa Philippo regi, V. 798, 18; V. 799, 13, 23. Alexandro in India absente, cum Olympiade seditionem adversus Antipatrum movet, V. 838, 29.

Cleopatra, Perdiccæ uxor, V. 697, 19; V. 701, 6.

Cleopatra, Mithridatis filia, Tigranis uxor, V. 604, 43.

Cleopatra, Ptolemæi regis soror, regno ejecta a Pothino, V. 871, 48. Cæsarem amore capit, qui victo Ptolemæo reginam eam instituit, V. 871, 44 *sqq*. Convenit Antonium imperatorem in Cilicia et Alexandriam eum abducit; plurima de illecebris, adulatoriis artibus et nugis ejus, V. 1105, 23 *sqq*.; *cfr*. V. 1140, 28; M. 393, 5. Ab Antonio arcessita in Syriam dono accipit Phœnicen, Cœlesyriam, Cyprum, Ciliciæ partem, Arabiam Nabatæam, Judæam balsamiferam; gemellos parit Antonio; a profecturo contra Parthos remittitur, V. 1111, 44 *sqq*.; V. 1112, 34. Antonio ex bello Parthico redeunti obviam venit in Phœniciam, V. 1120, 40 *sqq*. Impetrat ab eo, ut bello Parthico, quod instaurare statuerat, omisso Alexandriam redeat, V. 1121, 26. Consiliariis corruptis pervincit, ut una cum Antonio bellum civile obeat, V. 1123, 6 *sqq*. Athenis moratur, V. 1123, 46. Titius et Plancus ignominiis a Cleopatra affecti ad Cæsarem abeunt, V. 1124, 20. In causa est Antonio, ut classe decertare velit, V. 1126, 21; V. 1127, 26. Fuga ejus in pugna ad Actium, V. 1129, 4. Cum Antonio convivii se dat et venena comparat, V. 1132, 14 *sqq*.; V. 1133, 22 *sqq*.; V. 1134, 24. Cum Antonio moriente, V. 1134, 49 *sqq*. Capitur a Proculejo, V. 1135, 35 *sqq*. Antonii cadaver humat, deterretur a Cæsare, ne corpus consumat, V. 1136, 52. Colloquium cum Cæsare, V. 1137, 15 *sqq*. Certior facta, tertio die se amandatum iri, precibus impetrat, ut Antonio parentet, V. 1137, 49 *sqq*. Exinde mortem sibi conciscit, qua de re variæ relationes, V. 1138, 21 *sqq*. De ætate ejus, V. 1139, 18. Dicta, V. 1108, 8 (de Antonio piscante); V. 1125, 13 (ad Geminium); V. 1126, 45 (de Cæsare Augusto, τί δεινὸν εἰ Καῖσαρ ἐπὶ ταρύνῃ κάθηται;).

Cleopatra, Antonii imperatoris et Cleopatræ filia, Jubæ regi nuptum data, V. 1112, 10; V. 1139, 30.

Cleophanes, Atheniensis, V. 891, 47.

Cleophantus, Themistoclis filius, V. 153, 20. Dictum ejus, M. 1, 24.

Cleoptolemus, Chalcidensis, pater virginis formosæ, quam Antiochus ducit, V. 451, 13.

Cleora, Ageilai regis uxor, V. 723, 27.

Cleotimus, Proclis, Epidauri tyranni, frater, M. 492, 13.

Κλεψύδρα, Athenis, V. 1110, 30; M. 1103, 36. Clepsydræ tardius trahunt hieme quam æstate, M. 1117, 38.

Cletoria, Achèloi filia, Ps. 97, 30.

Cliandridas, Lacedæmonius, regis Plistonactis tutor, a Pericle corruptus, ut Lacedæmonios ex Attica abducat, exul a Lacedæmoniis morte damnatur, V. 196, 27 *sqq*.

Clidamus, Tanagræus, M. 370, 39.

Clidemus, *cit*. V. 9, 25; V. 14, 25; V. 294, 53; V. 139, 48.

Cliens, quis sit, quibus officiis et muneribus patrono annexus, V. 29, 5 *sqq*.

Climax, Tauri montis pars in Lycia, V. 804, 10.

Clinias, Atheniensis, æqualis et amicus Solonis, V. 103, 50.

Clinias, Atheniensis, Alcibiadis pater, clarus ex navali pugna apud Artemisium, ad Coroneam cecidit, V. 229, 26.

Clinias, Sicyonius, ad quem atque Timoclidam summa rerum delata est, Cleone occiso; interficitur ab Abantida; Aratus filius ejus servatur, V. 1225, 5 *sqq*.

Clinias, Pythagoreus, M. 794, 8.

Clinodemus, *cit*. M. 423, 14.

Clio, Musa, encomiasticum genus sibi vindicat, M. 908, 11; M. 912, 6; M. 491, 2.

Clisas, Bœotiæ urbs, M. 946, 49.

Clisthenes, Atheniensis, Pisistratidas ejicit et rempublicam constituit, V. 183, 28 *sqq*.; auget Aristidem, M. 984, 4; V. 583, 11; M. 1048, 25 (ex Herodoto).

Clisthenes, Sicyonius tyrannus, M. 669, 6.

Clitarchus, *cit*. V. 149, 42; V. 824, 19.

Clitomachus, Academicus philosophus, domo Carthaginiensis, prius Hasdrubal vocatus, a Carneade philosopho Græcos mores et instituta amplecti docetur, M. 403, 16; *cfr*. V. 1028, 36; V. 1029, 21; *cit*. M. 243, 24.

Clitomachus, athleta, M. 686, 12.

Clitonymus, *cit*. M. 379, 28 (ἐν Ἰταλικῶν); M. 382, 29 (ἐν δευτέρῳ Συβαριτικῶν); Ps. 82, 46 (ἐν τῷ γ' τῶν Θρᾳκικῶν).

Clitophon, demagogus Atheniensis, M. 983, 33; M. 403, 8 (Socratis præcepta valere jubet).

Clitophon, Rhodius, *cit*. M. 380, 37 (ἐν πρώτῳ Γαλατικῶν); Ps. 85, 13 (ἐν ιγ' Κτίσεων); Ps. 86, 25; Ps. 100, 14 (ἐν α' Ἰνδικῶν).

Clitoria, Cimonis Atheniensis uxor, V. 583, 25.

Clitoris, urbs Arcadiæ; Clitorii Spartanorum regem, Soum, Lycurgi avum, obsident absque ejus constantia in conditione pacis decipiuntur, V. 47, 41 *sqq*.; M. 286, 2.

Clitoris lapis, ab Indis gestari solet in auriculis, Ps. 100, 23 *sqq*.

Clitus, Macedo, cognominatus Niger, in pugna ad Granicum Alexandrum discrimine vitæ eximit, V. 803, 7. Cædes ejus, V. 827, 9 *usque ad* V. 828, 38; *cfr*. V. 801, 1; M. 85, 35.

Clitus, Polysperchontis legatus, Phocionem cum amicis Athenas captivos abducit, V. 903, 35; V. 904, 18. Cum apud Amorgum tres vel quatuor Græcas triremes subverterit, Neptuni cognomen accipit ac tridentem gestat, M. 414, 9.

Clitus, famulus M. Bruti, V. 1202, 15.

Clodia, P. Clodii soror, Metello Celeri nupta, Quadrantaria dicta, V. 1044, 20, 30.

Clodia, Fulviæ Antonii uxoris filia, ex triumviratus conditionibus Octaviano nubit, V. 1102, 33.

Clodius, prætor, primus contra Spartaci copias missus eas obsidet, deceptus autem et victus castra amittit, V. 653, 54 *sqq*.

P. Clodius, frater Luculli uxoris, quam perdebat, V. 614, 50. In castris L. Luculli milites Fimbrianos sollicitat, et in Lucullum incitat, V. 614, 53 *sqq*. Amicus fuerat Ciceronis et socius ejus in negotio Catilinario, V. 1044, 7. Accusatus profanatorum Bonæ deæ sacrorum, quum præterea multi præstantissimi viri eum pejerasse, falsum commisisse, ambitus sontem esse ac mulieres ab eo corruptas testati sint, populo testibus se opponente suffragiis dubiis absolvitur, V. 1044, 7 *sqq*.; *cfr*. V. 848, 35 *usque ad* V. 849, 53; V. 1043, 41 *sqq*.; M. 250, 33. De patriciis in plebejos abiens et tribunus plebis factus Pompejum adjuvat, Ciceronem insectari cœpit (*cfr*. V. 852, 14 *sqq*.; V. 923, 36; V. 925, 13 *sqq*.); sentiens eum cum Cæsare legatum abiturum, rursus cupere se cum eo in gratiam redire simulat; deceptum vocat in judicium, quod contra leges Lentulum et Cethegum reliquosque indicta causa necarit; Cicero abit in exilium, V. 1045, 1 *usque ad* V. 1046, 19; *cfr*. V. 767, 24 *sqq*.; V. 768, 52 *sqq*.; M. 731, 49. Catonem in Cyprum amandat, V. 768, 52 *sqq*; *cfr*. V. 935, 21 *sqq*.; V. 916, 12. De Ciceronis exilio proponit edictum, quo aqua et igni ei interdicatur, neque tecto eum recipere intra quingentesimum ab Italia miliare licitum sit, V. 1046, 20. Ciceronis villas et domum incendit, inque ea area ædem Libertatis ædificat, reliqua ejus bona ventilat, nemine emente, V. 1047, 4. Ipsum Pompejum adoritur, V. 1047, 10; *cfr*. V. 768, 52 *sqq*. Verba ejus de lege frumentaria, V. 769, 42. A Milone de vi reus fit, V. 1047, 23. Pellitur a Pompejo, V. 1047, 26; *cfr*. V. 769, 35. Propter tabulas, quas tribunus plebis scripserat, a Cicerone e Capitolio proturbatas contendit, V. 1047, 47. Obtruncatur a

Milonis, V. 1048, 5. Funus ejus, V. 1184, 4. Varia, V. 1093, 13; M. 619, 10.
Clodius, quidam in exercitu Lepidi, V. 1101, 41.
Clodius, perfuga quidam in castris M. Bruti, V. 1199, 53.
Clodius, quidam Indicem temporum scripsit, V. 71, 4.
Clodius Macer, præfectus Africæ, solus cum Virginio Rufo, qui a Nerone non ad Galbam deficit, V. 1257, 39 *sqq.*; V. 1261, 19. Galbæ jussu per Trebonium necatur, V. 1262, 28.
Clodones, mulieres Macedoniæ Orphicis orgiis obnoxiæ, V. 793, 48.
Cloelia, virgo Romana, inter decem filias Porsenæ datas obsides, ceteris auctor fit consilii Tiberim transnatandi; equestris ejus statua in via Sacra, V. 127, 41; M. 309, 22 *sqq.*
Cloelia, tertia Sullæ uxor, repudiatur, V. 543, 50, *ibid.* 53.
Cloelia, L. Luculli uxor, propter impudicitiam repudiata, V. 614, 51; V. 618, 6.
Cloeliæ fossæ, prope Romam, V. 272, 24.
Cloelius, dux exercitus Carboniani contra Pompejum, V. 741, 40.
Clonas, poeta Tegeates vel Thebanus, paulo posterior Terpandro, M. 1385, 3. Poeta elegiarum et epicorum carminum, primus τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ τὰ προσῳδία instituisse fertur, M. 1384, 22; *cfr.* M. 1385, 12. Νόμον τριμερῆ invenisse fertur, M. 1386, 30.
Clopias, *vide* Clupæa.
Clopidæ (ex Aristophane), M. 625, 32.
Clotho, M. 687, 12 (Academicorum acceptio).
Clunia, Hispaniæ oppidum, V. 1258, 8.
Clupæa (vel Clopias vel Scolopidos), piscis in Arare fluvio; mirabilia de eo, Ps. 84, 41 *sqq.* De lapide, qui in ejus capite invenitur grumo salis similis, quique quaternas febres sanat, *ibid.* 46.
Clusia, Etruscorum regis filia, Valerio Torquato, Romanorum duce, petente eam urbemque obsidente, de turri se ipsam dejicit, M. 380, 9.
Clusium, urbs Etruriæ, a Gallis oppugnatur, V. 81, 16; V. 162, 49.
Cluvius Rufus, M. 357, 13 *et* V. 1271, 45.
Clypeus, cohors in urbe Argis, de qua proverbium: Tanquam si Argivorum clypeum sustulisset, Ps. 172, 40 *sqq.*; *cfr.* Ps. 167, 21 *sqq.*
Clytæmnestræ somnium, M. 671, 20.
Cnacio, loci vel fluvii nomen Spartæ, V. 51, 6, *ibid.* 14; V. 343, 5.
Cneph, deus Ægyptius, quem immortalitatem putant, M. 439, 38.
Κνέφας, quid et unde dictum, M. 1161, 20.
Cnidus, Cariæ urbs. Clades navalis Lacedæmoniorum ad Cnidum, V. 1218, 2. Libera redditur a Cæsare, V. 871, 32. — Cnidii cocci, M. 160, 6. Cnidiorum λέσχη Delphis, M. 502, 46. Cnidiorum corona Delphis dedicata a Philomelo Pharsaliæ saltatrici dono datur, M. 485, 31. Ἀμνήμονες ex optimatibus viri sexaginta delecti dicebantur, ἀφεστήρ, qui sententias interrogabat, M. 360, 11. Varia, V. 246, 48; V. 580, 40; V. 589, 18; V. 722, 2.
Cnossus, Cretæ urbs; Quæst. Græc., cur apud Cnossios moris erat, ut mutuam fenore pecuniam accipientes, eam raperent, M. 373, 26.
Coalemus, cognominatus fuit Cimonis avus, V. 574, 24.
Coccejus, Tatiano fratre Othonis natus, V. 1280, 14.
Coccygius, mons Argolidis, cur ita dictus, cum Lyrcejus antea vocaretur, Ps. 94, 43 *sqq.*; *cfr.* Ps. 93, 22, *ibid.* 48.
Cocles, *vide* Horatius.
Codrus, Atheniensium rex, Melanthi filius (M. 733, 35), mortem pro patria petit in Thracum intrans castra, M. 381, 27. Progenies ejus Cyclades insulas inhabitat, M. 728, 33.
Codrus, Nelei filius, coloniam in Ioniam ducit, Ps. 101, 9.
Cœlesyria, Cleopatræ ab Antonio dono data, V. 1111, 52.
Cœlia (Cloelia?), Sullæ uxor tertia, V. 543, 50, *ibid.* 53.
Cœlius, defensus a Cicerone, V. 1058, 6.
Cœlius, dux Antonii imperatoris in prœlio navali ad Actium, V. 1128, 7.
Cœlum. Corpora cœlo tacta putredini non sunt obnoxia, M. 808, 11. Cœli conspectu porci attoniti fiunt, M. 815, 27 *sqq.* Cœlum pro patre, Terram pro matre antiqui habuerunt, M. 1072, 5. Cœli sectio, substantia, circuli, M. 1082, 30 *sqq.* *cfr.* M. 522, 38. Cœlestium corporum proportio, M. 1257, 47.
Cœna, de vocis origine, M. 886, 9.
Cœnipetæ, qui dicantur, M. 885, 7.
Cœno, Apharei, filii adoptivi Isocratis, uxor, M. 1023, 12.
Cœnus, sub Alexandro in India, V. 834, 2.
Cœraneum, spelunca, M. 1205, 31.
Cœranus, Parius, a delphino servatur, M. 1205, 21 *sqq.*
Cœranus, Polyidi vatis pater, Ps. 97, 6.
Coes, piscatores tripodem aureum piscantur, qui per Septem Sapientes circumit, V. 96, 3 *sqq.*
Cognatarum mulierum matrimonia antiquitus Romanis interdicta, M. 327, 35. Cognatos suos quare mulieres Romanæ osculo salutent, M. 327, 15.
Cognomentorum ratio apud Græcos et Latinos, V. 261, 11 *sqq.*
Colors sacra Thebanorum, V. 343, 11 *sqq.*
Coi, Lucullum in oppugnandis Samiis adjuvant, V. 589, 17.
Colchi, Ps. 91, 14.
Colchis, regio ad Pontum Euxinum, V. 598, 1; V. 760, 33.
Colchis, regio Armeniæ, V. 759. 17.
Coliadæ, genus Ithacense, quod Eumæum habet auctorem, M. 363, 10.
Colias, promontorium Atticæ, ubi Cereris sacra celebrantur a mulieribus, V. 98, 35.
Collina porta, Romæ, V. 167, 5; V. 562, 15.
Collotes, lapides, ex quibus hirundines murum Chelidonium adversus Nili alluvionem ædificant, Ps. 92, 14 *sqq.*
Collytus, demus Atticus, V. 1016, 1; M. 726, 4; M. 1033, 45.
Colonia ab Ioxo et Ornyte in Cariam ducta, V. 4, 53. Coloniæ Atheniensium, V. 189, 27 *sqq.*; Græcorum in Siciliam ductæ, V. 295, 47 *sqq.*; V. 302, 48; Cæsaris in Carthaginem et Corinthum deductæ, V. 876, 44; Carthaginem deducta a C. Graccho, V. 1001, 3, *ibid.* 29; Capuana et Tarentina, V. 1000, 6.
Colonis, pagus Messeniæ, V. 438, 10.
Colonus, loci nomen in Thermopylis, M. 1055, 7, *ibid.* 48.
Colonus, Cephisi filius, Ellei frater, pater Echedemi, Leonis, Bucoli, Ochnæ, M. 370, 19.
Colophon, urbs Ioniæ in Asia minore, V. 589, 20; M. 898, 17. Colophon Homeri patria perhibetur, Homeri statua Colophone cum inscriptione, Ps. 102, 5 *sqq.*; *cfr.* *ibid.* 18; Ps. 103, 46.
Colophonium aurum, Ps. 171, 52.
Colorum temperationem Apollodorus primus invenit, M. 423, 26. Colores pictorum (σινωπὶς, ὤχρα, μέλαν, μηλιάς, *etc.*), M. 530, 12. De coloribus, M. 1076, 15. Colores an corporibus innascantur, M. 1358, 2 *sqq.*

Colossi, Athenis, V. 1125, 45.
Colotes, Lydus (M. 1355, 49), Epicuro de natura rerum verba facienti ad genua accidit, M. 1366, 23, *ibid.* 31 *sqq.* Colotaras et Colotarion dictus ab Epicuro, M. 1354, 29. Librum edidit et dedicavit Ptolemæo regi, hoc indice : Περὶ τοῦ ὅτι κατὰ τὰ τῶν ἄλλων φιλοσόφων δόγματα οὐδὲ ζῆν ἐστιν, M. 1354, 29; *cfr.* M. 1329, 6, *ibid.* 25.
Citata illo ex libro, M. 1345, 24; M. 1354, 29; *cfr.* M. 1355, 15 *sqq.* *et ibid.* 43; M. 1356, 16; M. 1358, 24, *ibid.* 27; M. 1329, 1 *sqq.* *ibid.* 43; M. 1360, 31 *sqq.*; M. 1361, 23; M. 1362, 2, *ibid.* 13, *ibid.* 40; M. 1363, 5, *ibid.* 34; M. 1364, 16 *sqq.*; M. 1365, 50 *sqq.*; M. 1366, 42; M. 1367, 43; M. 1369, 1 *sqq.*; M. 1370, 11 *sqq.*, *ibid.* 27; M. 1374, 51; M. 1375, 19 *sqq.*; M. 1376, 35.
Columba, Veneri sacra, M. 463, 49. Columbarum ingenium, M. 1178, 18. Columba a Deucalione ex arca in diluvio emissa, M. 1185, 48.
Colyttus, Atticæ vicus, V. 1016, 1.
Κωμάρχιος, νόμος αὐλφδικός, M. 1384, 28.
Cometa ingens, qui septem noctes a morte Cæsaris apparuit, V. 884, 2. Cometa, quid ac unde generetur, M. 1089, 31.
Comias, Atheniensis, quo archonte Pisistratus tyrannidem invadit, V. 115, 46.
Comici (*vide* Poetæ). Comicos olim judicabant quinque judices, Ps. 169, 29.
Cominius Super, Laurentinus, ex Egeria Nympha filium tollit Cominium, deinde Gidicam novercam ei superinducit; accidunt eadem, quæ narrantur de Phædra et Hippolyto, M. 386, 24.
Cominius, consul, Coriolos urbem obsidet, V. 258, 52; V. 260, 29; V. 261, 5.
Cominius (Pontius), negotio accepto renuntiandi senatui de Camilli victoria, et de exercitus petito, ut dictator ille creetur, feliciter hostes latens præruptum Capitolii saxum ascendit et senatusconsultum Vejos incolumis reportat, V. 169, 13 *sqq.*
Comitialis morbus, V. 853, 42. Comitiali morbo obnoxia capra, M. 358, 1 *sqq.*; M. 956, 18. Cur sacer dicatur, M. 1201, 9. Comitiali morbo correpti exilem vocem emittunt, M. 358, 7; Fr. 48, 24; Fr. 13, 22.
Comitium, Romæ, a coeundo dictum, quo loco fœdus ictum est inter Romanos et Sabinos, V. 35, 9; V. 998, 46; M. 344, 45.
Commagene, Syriæ regio, V. 1110, 41; V. 766, 39.
Commentarii, Athenienses, de magistratibus, V. 384, 11.
Commessari, de vocis origine, M. 886, 18.
Communibus de Notitiis, M. 1295, 18 *sqq.*
Comœdia, Athenis; Lycurgi oratoris lex, M. 1025, 48. Comœdia vetus, V. 618, 38; *cfr.* M. 867, 40 *sqq.* Comœdiæ ab Areopagitis prohibitæ, M. 426, 14. Comœdia nova, M. 867, 53. Comœdia ab Homero originem cepit, Ps. 161, 51 *sqq.* Qui post Homerum comœdiam introduxerunt, verbis turpibus et nudis ad risum ciendum usi sunt, Ps. 162, 21 *sqq.*
Comparativi Attici, Ps. 106, 45 *sqq.*
Compar schema, quale, Ps. 112, 46. Homerus ejus auctor, *ibid.* 49.
Composita utrique generi communia, Ps. 113, 51.
Concordiæ templum, votum a Camillo, V. 181, 35, *ibid.* 45. Romæ ab Opimio consule exstructum, V. 1005, 40, *ibid.* 45; V. 1037, 52.
Congrus, piscis polypo infestus, M. 1198, 3; a carabo vincitur, *ibid.* 5.
Coniferæ arbores, cur insitionem non admittant, M. 776, 1 *sqq.*
Κονίποδες, vulgus vocabatur apud Epidaurios, M. 359, 35.
Conjugia, apud Romanos, V. 91, 33 *sqq.*; V. 92, 42. Leges de conjugio, *vide* Solon, *vide etiam* Romani.
Conjunctiones, dialecticis maxime sunt necessariæ, alia, M. 1237, 15 *sqq.* — Conjunctionum immutatio, Ps. 118, 28 *sqq.*
Connidas, Thesei pædagogus, cujus memoriam celebrantes Athenienses pridie Theseorum arietem ei immolant, V. 2, 42.
Conon, Atheniensis, æqualis et amicus Solonis, V. 103, 50.
Felis; Ægyptiorum hoc de animali fabulæ, M. 460, 20 *sqq. et* M. 465, 38. Unguentorum odore ad iusaniam redigitur, M. 171, 32. Felis et gallinæ apologus, M. 594, 13; Fr. 14, 49. Felem Minervæ, proverb., Ps. 167, 25 *sqq.* Feli tuniculam *et* Non decet felem crocota, proverb., quoniam felis, numine Veneris mulier facta, tunicam crocotam induta, incursavit in murem, Ps. 170, 43 *sqq.*
Felix sinus, in quem effluit Pactolus flumen, Ps. 85, 31.
Felix, genius, Saturni et Entoriæ filius, M. 378, 49; *cfr.* Faustus.
Felix, Sullæ cognomentum, V. 565, 39.
Feminæ, cur minime, facillime senes inebrientur, M. 788, 23. Feminæ frigidioresne temperamento, an calidiores viris sint, M. 789, 31. An feminæ semen promittant, M. 1105, 40. Quomodo mares nascantur, quomodo feminæ, M. 1106, 14. De sterilitate feminarum, M. 1108, 1.
Fenestella, *cit.* V. 561, 44; M. 339, 6.
Fenestra, porta; Quæst. Rom. XXXVI, cur Romæ portarum una appellatur Fenestra, juxta quam est Fortunæ, qui vocatur thalamus, M. 337, 4.
Ferentina porta, Romæ; expiationes illic celebratæ, V. 38, 42.
Feretrius Jupiter, *vide* Jupiter.
Feretrum, de vocis origine, V. 31, 50.
Feriæ Latinæ, auctæ, V. 181, 47.
Ferrum, candens marmore induratur, M. 802, 11. Metallorum mutissimum, M. 879, 48. Candens in aquam intingitur, M. 1158, 26. Fibulas ferreas non aqua tingunt sed oleo, M. 1163, 29. Ferrum cur solummodo magnes attrahat, M. 1230, 26.
Ferula, Fr. 42, 6.
Festi dies, quomodo observati a Romanis, M. 333, 34; *cfr.* M. 346, 11. Cur festis diebus mos non esset nubere virginem, nuberent tamen viduæ, M. 356, 39.
Ficus, sacra Atheniensibus, M. 857, 16. Fulmine non tangitur, M. 832, 28; M. 807, 7. Ficui alligatus taurus ferocissimus quiscit, M. 777, 24; *cfr.* M. 848, 24. Ficus Ruminalis, V. 22, 24 *sqq.* Ficus Africæ, V. 420, 42. Ficus Atticæ, M. 205, 48. Ficus folium hieroglyphicis quid significet, M. 446, 33 *sqq.* Fici folia verna cornicis pedem referentia pestem denuntiant, M. 500, 41. Quid sit causæ, quod ficus amarissimi saporis arbor, dulcissimum producat fructum, M. 832, 19 *sqq.* Cur mactatæ carnes de ficu suspensæ mox teneriescant, M. 848, 14 *sqq.*; M. 845, 30; M. 846, 16; M. 853, 34. Ficus appetentes pulmoniaci mortis signum, M. 1124, 10. Ficum petis, proverb., Ps. 170, 3 *sqq.*
Fidenæ, Sabinorum urbs; Fidenates victi a Romulo Romam transferuntur, V. 32, 16 *sqq.* In urbem captam Romulus coloniam deducit, V. 38, 19 *sqq.*; V. 130, 21; V. 163, 8.
Fidentia, urbs, V. 560, 35.
Fides, dea; fanum a Numa conditum, juramentum, V. 84, 26.
Fides, *vide* Cithara.
Figura, quid, Ps. 111, 4 *sqq.* De Figuris versuum, Ps. 174, 39 *sqq.*
Fimbria, Flaccum occidit, V. 549, 12; V. 558, 11. Mithridatem victum Pitanæ obsidet et Lucullum hortatur, ut cum classe se adjuvet, quod ille vero non facit, V. 589, 19 *sqq.*; *cfr.* V. 455, 14; V. 693, 1. Quum apud Thyatira in Lydia Sulla ei castra apposuerit, militum cernens defectionem sibi ipse mortem consciscit, V. 558, 48 *sqq.*; *cfr.* V. 592, 111.
Firmani milites sub Catone Majore duce, V. 410, 31 *sqq.*
Firmus, Ebii Tolicis filius, M. 386, 1.
Firmus, affinis Plutarchi, Quæst. Conv. II, 3, M. 770 *sqq.* (persona dialogi).
Fistula canere illiberale, V. 230, 30. Fistula Gracchi, V. 984, 23.
Flaccus (Valerius), consul, *vide* Valerius.
Flaccus (Hordeonius), *vide* Hordeonius.
Flamines, sacerdotes quidam, etiam majores natu; vocis interpretatio, V. 76, 28 *sqq.* Apex, quem gestare flamines solebant, V. 358, 30. (*Vide etiam* Dialis flamen).
Flaminia via, Romæ, ratio nominis, M. 345, 21.
Flaminica, vocatur Junonis antistita apud Romanos, M. 351, 35.

Flamininus (Titus Quinctius). Vita ejus, V. 440, 38 *sqq.*

Statua ejus; indoles; primum stipendium; agro Tarentino et ipsi denique Tarento recepto præficitur, coloniis Narniam et Consam deducendis constituitur triumvir, V. 440, 38 *sqq.* Præteritis tribunatu plebis, prætura atque ædilitate, statim a populo consul factus, bellum adversus Philippum et Macedones sorte nactus est, V. 441, 17 *sqq.*; *cfr.* M. 238, 12. Consulatum adeptus quam primum cum L. Quinctio fratre legato et cum tribus millibus veteranis in Epirum trajicit, V. 441, 46. Ambitu neglecto et a pastoribus indicato Philippum circumvenit et in fugam vertit, V. 442, 26 *sqq.*; V. 443, 18 *sqq.* Iter per Epirum magna cum modestia et continentia facit, qua re Græcorum animos sibi conciliat, adjecta ipsius humanitate et facilitate, V. 443, 26 *sqq.* Græci Flaminino se adjungunt; Thebanos cum humanitate, tum metu sibi conciliat, Attalo etiam rege adhortante eos, V. 444, 9 *sqq.* Philippo legatos Romam mittente, ablegat quoque Quinctius obtinetque, ut imperium suum prorogetur; proinde in Thessaliam contendit nec procul Scotusa castra Philippo adversa ponit, V. 444, 30 *sqq.* Ad Cynoscephalas Philippum vincit, V. 445, 8 *sqq.*; *cfr.* V. 309, 20; V. 413, 8; V. 434, 33. Epigramma, quod Alcæi elegiis Ætolis faventis opponit, V. 445, 49 *sqq.* Pacem cum Philippo componit, V. 446, 28.

Impetrat a senatu, ut omnes Græciæ urbes præsidio liberentur; Isthmiis deinde celebratis per præconem Græciæ libertatem proclamat, V. 446, 51 *sqq.*; *cfr.* V. 435, 31; M. 238, 20. Quod præconium statim exsequitur, Philippi præsidiis omnibus ex urbibus deductis et cum Antiocho hac de re collocutus; Nemeis Argis celebratis, ludicro ipse præfectus iterum libertatem Græciæ confirmat; clypei argentei ipsiusque scutum cum inscriptione Delphis; aurea Apollini dedicata ab eo corona cum inscriptione, V. 448, 29 *sqq.* Nabidem quum capere possit, pacificationem præfert, seu Philopœmenis offensus honoribus, seu aliam ob causam (*cfr.* V. 435, 29); inter alios honores ab Achivis ei decretos hoc erat ei carissimum, quod mancipia Romana in prœliis contra Hannibalem capta Achæi redempta navigaturo jam ei tradunt, V. 449, 24 *sqq.*; *cfr.* M. 238, 22. Post Antiochi in Græciam trajectum Flamininus legatus M. Acilio additur, qui Græcas urbes a defectione avertat; omnes ei conciliantur, exceptis Ætolis paucisque ab his corruptis, quin et Ætolos ipsos post victoriam partam tutatur, Naupactum a vastatione servat, V. 450, 23; *cfr.* V. 409, 32; V. 548, 45. Chalcidem quoque, cui Acilius propter Antiochi nuptias maxime irascebatur, precibus obtinet, ut integram relinquat; inter alios ei a Chalcidensibus habitos honores sacerdotium memorandum; pæan, quem post rem divinam factam canunt in Titum conscriptum, V. 451, 8 *sqq.*

Variæ narrationes Flaminini mansuetudinem et facetias testantes, V. 451, 38 (*cfr.* Apophthegmata, M. 238, 12 *sqq.*). Censor cum Marcello factus Scipionem Africanum principem senatus legit; inimicitias cum Catone ob Lucium fratrem senatu pulsum suscipit, V. 452, 19 *sqq.*; V. 453, 5 *sqq.*; *cfr.* V. 413, 33 *sqq.* Ætate jam provectior multas in reprehensiones incurrit, maximam offensionem jam antea ex Hannibalis morte ab eo flagitata cepit, V. 453, 36 *sqq.*; V. 454, 29 *sqq.*

Apophthegmata, M. 238, 12 *sqq.*; *cfr.* V. 451, 38 *sqq.*; V. 426, 45 (in Philopœmenem).

Flamininus (Lucius Quinctius), Titi frater ejusque legatus, V. 441, 46. A Catone censore senatu movetur, quod inter convivium in amasii gratiam unum de damnatis interfecerat; postmodo ludis quibusdam multitudo miseratione mota honores ei restituit, V. 452, 19 *sqq. usque ad* V. 453, 35; *cfr.* V. 413, 33 *sqq.*

Flaminius circus, Romæ; ratio nominis, M. 345, 17; V. 617, 39.

Flaminius (C.) Nepos, consul Insubres fundit et triumphat; religionis causa magistratum abjurare cogitur, V. 357, 34 *sqq.* Magister equitum dictus a Minucio dictatore propter soricis occentum abrogatur, V. 358, 35. Homo natura ferox et ob res magnas præter opinionem bene gestas elatus (V. 209, 7), omnibus et consiliis spretis Hannibalem aggressus apud Trasimenum lacum vincitur et ipse occidit, V. 209, 22 *sqq.*

Flavianus, persona Amatorii libri, M. 914. De familia ejus, M. 915, 14.

Flavius Flaccus, senator, Tib. Graccho concionanti renuntiat divites statuisse Tiberium interficere, V. 993, 30.

Flavius, tribunus militum sub Marcello; egregium ejus facinus, V. 374, 16.

Flavius, cum Marullo tribunus plebis, quod qui Cæsarem regem salutaverint, in carcerem abduxerat, magistratus ei abrogatur, V. 879, 5 *sqq.* Legatus M. Bruti occidit ad Philippos, V. 1201, 47.

Flavius Gallus, in exercitu Antonii contra Parthos militantis, V. 1115, 51; V. 1116, 26.

Flavius Sabinus, Vespasiani Imperatoris frater, urbi præfectus ab Othone, V. 1273, 38.

Flora, meretrix, consuetudinem habet cum Pompejo Magno; pictura ejus in templo Castoris, V. 739 3 *sqq.* *cfr.* V. 771, 49.

Florentia, Lucii Troscii filia, vitiata a Calpurnio Romano et ab eo empta, Contruscum parit, M. 384, 10.

Florus, dialogi persona, M. 788, 23.

Fluviorum et montium de nominibus, Ps. 80, 4 *sqq.*

Focus est ara deorum, *etc.*, Fr. 30, 48.

Fodiendi lex Solonis, V. 109, 13 *sqq.*

Fodii, olim dicti, qui post Fabii, V. 208, 8.

Fœneratorum acerbitas Romæ, V. 257, 37 *sqq.*

Foenus levatum a Cæsare, V. 865, 41.

Fœniculo draco aciem obtusam sibi restituit, M. 1192, 14.

Fœtus, in utero an sit animal, M. 1108, 35; quomodo alatur fœtus, M. 1109, 3; *cfr.* M. 600, 10 *et* M. 1288, 11; quid primum in utero absolvatur, M. 1109, 15; cur fœtus, qui septimo mense in lucem editur, vitalis sit, M. 1109, 23.

Fons Midæ, cur antiquitus diceretur Marsyas, fluvius Phrygiæ, Ps. 88, 3 *sqq.*, *ibid.* 19.

Fons, a dracone custodita, Ps. 81, 8.

Fontejus, in Germania necatus a Fabio Valente, Galbæ Imperatoris jussu, V. 1262, 29.

Fontejus Capito, missus in Syriam ab Antonio, Cleopatræ adducendæ causa, V. 111, 50.

Formica, M. 957, 31; M. 1012, 12; M. 1123, 43; M. 1184, 13 *sqq.*; *ibid.* 48; M. 1192, 18.

Fornicalia, festum Romanum, M. 352, 20.

Fors Fortuna (Αὐτοματία), dea, V. 303, 35; M. 656, 32.

Fortitudo, cur generis sit appellatio, quæ unius speciei erat, V. 256, 13.

Fortunam diei, quo vicerat Cimbros, dedicaturum se vovet Catulus, V. 501, 30. Quæst. Rom. LXXIV, cur Parvæ Fortunæ, quam Brevem vocant, fanum Servius Tullius dedicavit; templa Fortunæ Bonæ Spei, Averruncæ, Blandæ, Primigeniæ, Virilis, Convertentis, Bene Sperantis, Virginis, Viscatæ, M. 347, 15. Templa Romæ, Primigeniæ in Capitolio et Obsequentis a Servio Tullio posita (M. 396, 36); Privatæ in Capitolio (*ibid.* 42); Viscosæ (*ibid.* 43); Virginis ad fontem, qui Muscosus dicitur (*ibid.* 46); Versantis in Abescymis (*ibid.* 47); Bonæ spei ara in Longo Angiportu, M. 396, 48.

Masculæ F. sacellum apud aram Veneris Epitalariæ, M. 396, 49. Quæst. Rom. CVI, cur Fortunam Primigeniam Romani venerantur, M. 357, 1. Primus Virilis Fortunæ templum dedicavit Romæ Ancus Marcius rex, M 391, 47; *cfr.* M. 396, 21. Muliebris Fortunæ templum constitutum a matronis in memoriam victoriæ, quam mulieres de Coriolano obtinuerant, V. 277, 25; *cfr.* M. 391, 51 *et* M. 396, 24. Fortunæ thalamus Romæ juxta Fenestram portam, M. 337, 6. Fortunæ fanum trans Tiberim, V. 1183, 49; *cfr.* M. 392, 14 (Fortunæ Fortis fanum in hortis Cæsarianis). Fortunæ pictura, M. 390, 33. De Fortuna Homeri sententiæ, Ps. 133, 16 *sqq.*; *cfr. etiam* Fors Fortuna.

Fortuitæ casuum fanum Syracusis positum a Timoleonte, M. 656, 32.

Fortunatæ insulæ, *vide* Atlanticæ insulæ.

Forum boarium, Romæ, V. 357, 30; M. 350, 14. Græcorum forum Romæ, M. 1191, 13.

Fossa Mariana, V. 493, 46. Fossæ Cluliæ, V. 272 24.

Francis subditi Britanniæ incolæ, Fr. 20, 43.

Fregellæ, Latii oppidum, V. 376, 22. Fregellana conjuratio, V. 997, 28.

Frentani, populus Italicus, V. 469, 26.

Fructuum venditio Solonis legibus prohibita præter oleum, V. 109, 33.

Frumentariæ legis defensione Cicero Pompejo restituit imperium, V. 769, 37.

Fufidius, ex Sullæ asseclis, V. 564, 6. Bæticæ præfectus superatur a Sertorio, V. 684, 52.

Fuga plebis, V. 42, 43.

Fulcinia, C. Marii mater, V. 485, 31.

Fulmine ictum sepulcrum, V. 70, 29. Fulminis expiatio, V. 84, 6 *sqq.* De fulmine afflatis religio, V. 480, 15. Mithridatis infantis cunas fulmen incendit, rursus illo dormiente fulmen in domicilium incidit, M. 755, 31 *sqq.* Fulmine percussa corpora, M. 808, 10 *sqq.* Cur dormientes fulmine non feriantur, M. 808, 39 *sqq.* Fulmen sacrum cur habeatur, M. 834, 3. De fulminibus placita philosophorum, M. 1090, 8 *sqq.*

Fulvia, Ciceronem monet ut sibi a Cethego et Marcio caveat, V. 1036, 19.

Fulvia, primum Clodii tribuni plebis, postea Antonii uxor, V. 1098, 2 *sqq.* Postquam discordias in Italia movit, fugiens Sicyone mortua est, V. 1108, 24, 32, 39.

Fulvia, V. 861, 28 (?).

Fulvius Stellus, ex equa filiam, Eponam dictam, gignit, M. 384, 34.

Fulvius (Cn.), proconsul in Apulia ab Hannibale victus et interfectus, V. 372, 34.

Fulvius (Q.), dictator dictus in secundo bello Punico, V. 373, 6. Consul Capuam recipit, V. 228, 12.

Fulvius, tribunus plebis, V. 441, 21. Consularis vir Tib. Gracchi temporibus, V. 989, 18. Tribunus plebis cum C. Graccho (*cfr.* V. 995, 38), et collega ejus ad divisionem agrorum electus; ingenium et instituta ejus; suspicio de cæde Scipionis minoris, V. 1001, 6 *sqq.*; V. 1002, 40. Consul bellum in Gallia gessit, V. 1003, 50. Postquam Opimio senatusconsultum factum, u. v. n. q. r. d. c., ipse turbam hominum conducit et Aventinum occupat, V. 1003, 33, 49. Suasu C. Gracchi filium minorem in forum cum caduceo mittit, qui consulem et senatum de pace compellat, quo in carcerem conjecto, pugna conseritur, Fulvius fugiens cum filio majore jugulatur, V. 1004, 23 *sqq.* Minor quoque filius post pugnam necatur, V. 1005, 35.

Fulvius, Augusti Cæsaris amicus, propter verba hujus, quæ communicaverat mulieri, illa Liviæ mortem sibi consciscit, M. 614, 40 *sqq.*

Fundanus, Romanus quidam, Plutarchi æqualis, M. 562, 23. Persona disputationis de cohibenda ira, M. 549, 1 *sqq.*

Funebris lex Solonis, V. 101, 5; *cfr.* V. 107, 44, *ibid.* 50. Numæ de funeribus et de luctu leges, V. 80, 28 *sqq.* Funebrium orationum initium, V. 121, 34 *sqq.* Græci profanos habebant, quibus factum fuerat funus tanquam mortuis, M. 326, 48. Cur parentes efferant filii velatis capitibus, filiæ nudis capitibus, sparsisque crinibus, Quæst. Rom. M. 329, 23. Cur quæ ad funera pertinent, in templo Libitinæ vendant, Quæst. Rom., M. 332, 6. De funere Patrocli, M. 774, 2 *sqq.* Funebria certamina Homerus primus monstravit, Ps. 156, 9. In funebribus epulis laudationes solitæ, Ps. 169, 53 *sqq.* (*vide etiam* Sepultura).

Furcifer, Quæst. Rom. LXX, M. 346, 16.

Furiæ, Ps. 87, 40; Ps. 95, 17; Ps. 98, 8.

Furii, de familia, V. 154, 28.

Furius *vide* Camillus.

Furius (L.), tribunus militum cum Camillo, V. 177, 50 *sqq.*; V. 178, 39.

Furius (L.), Camilli filius, V. 176, 11.

Furius, consul cum C. Flaminio, V. 357, 37.

Furius, Varini legatus, victus a Spartaco, V. 654, 19.

Furnius, orator Romanus, V. 1124. 47.

G.

G littera, a Spurio Carbilio ceteris litteris apud Romanos usitatis adjicitur, M. 342, 21.

Gabena, regio Persidis, V. 706, 19.

Gabii, Latii oppidum, M. 394, 7.

Gabina via, apud Romam, V. 172, 15.

Gabinius (Aulus), tribunus militum, sub Sulla, V. 552, 31; V. 553, 29. Asseclarum Pompeji princeps, legem fert de imperio Pompejo decernendo ad bellum contra piratas, V. 753, 18 *sqq.* (*cfr.* V. 752, 14 — V. 753, 18). Lex contra Pisonem, V. 754, 43. A Cæsaris et Pompeji factione consul constituitur, V. 925, 18; *cfr.* V. 768, 40; V. 1045, 6; V. 1046, 5. Expeditio ejus in Syriam, V. 1093, 25. Exercitibus in Italia relictis a Cæsare præficitur cum Antonio, V. 1096, 16, 18.

Gaditanus fretus (Γαδειρατὸς πορθμός), V. 682, 24.

Gæsatæ, gens Gallica, V. 357, 9; V. 358, 46.

Gæsylus, Spartanus, missus Syracusas ab Heraclide, hunc Dioni reconciliat, V. 1168, 28 *sqq.*

Galata, mons in Phocide, prius Acrurius mons dictus, V. 903, 9.

Galatarum mulieres inter lavandum edunt, M. 895, 21; V. 609, 43. Galatis sunt in usu sacrificia hominum, M. 203, 24.

Galatia, V. 505, 19; V. 756, 30; V. 759, 42.

Galaticæ mulæ, M. 634, 9.

Galaxidorus, Thebanorum exsulum unus, qui redierunt cum Pelopida, M. 700, 24; M. 701, 37.

Γαλάξιον τῆς Βοιωτίας, M. 498, 48.

Galba (Serv), inimicus Æmilii Pauli, non esse concedendum ei triumphum in concione contendit, V. 324, 18; V. 325, 21. Accusatur a Catone Majore, V. 412, 2.

Galba, Sullæ legatus, V. 553, 34. Prætorius vir a Cæsaris militibus interficitur (*idem?*), V. 873, 19.

Galba (Sulpicius Servius). Vita ejus, V. 1255 *sqq.*

Status rerum Romanorum post Neronis mortem, V. 1255, 1 *sqq.* Nymphidius Sabinus promissione facta militibus persuadet, ut Galbam imperatorem creent, V. 1255, 44 *sqq.* Galba et opulentissimus et magni nominis ob nobilitatem gentis Serviorum, præterea ad Catulum pertinebat, Liviam quoque Augusti uxorem cognatione tangebat, qua opera dante, consul ex Palatio progressus

erat; præfuerat exercitui in Germania, proconsul Africam gubernaverat; frugalitas ejus, V. 1256, 14 *sqq.*

Missus a Nerone ad regendam Hispaniam gratus hominibus octavum jam annum provinciæ præerat, quum Junius Vindex Galliæ præfectus contra Neronem insurgit, V. 1256, 28 *sqq.* Jam antea ferunt litteras de defectione allatas ad Galbam a Vindice, qui manifestum quidem parans bellum ad eum scribit, hortans, ut imperium suscipiat; deliberatione instituta Galba diem indicat, quo libertates singulatim petentibus sit daturus; in concione imperator salutatus se solum legati senatus populique Romani nomen accipere dicit, V. 1256, 42 *sqq.* Verginium Rufum, qui Vindicem vicerat, per litteras hortatur, ut sibi socium se adjungat, V. 1258, 6. Ab Icelo liberto et a Vinio nuntius affertur Galbæ, Imperatorem se dictum, Neronem mortuum esse, V. 1258, 13 *sqq.* Verginius exercitui persuadet, ut Galbam Imperatorem pronuntient, ipse Flaccum Hordeonium, successorem sibi missum, admittens Galbæ accedenti occurrit, V. 1259, 40 *sqq.* Galbam apud Narbonem missi a senatu Romano legati conveniunt; Neroniana supellectili, quam Nymphidius ei miserat, primum non utitur, mox autem Vinius ei persuadet, ut civilem simplicitatem exuat, V. 1260, 18 *sqq.* Nymphidio Sabino mortuo (V. 1260, 54 — V. 1262, 17), Galba reliquos qui conspiraverint, interfici jubet, in his Cingonium Varronem et Mithridatem Ponticum; porro Clodium Macrum in Africa, in Germania Fontejum necat; ob Petronii vero Turpiliani interfectionem maximas in reprehensiones incurrit, V. 1262, 18 *sqq.* Romam contendenti Galbæ remiges offendunt, qui justi milites facti a Nerone, jus militiæ confirmari sibi volunt; intempestivius urgentibus Galba equitatum immittit et per cadavera, malo omine usus, in urbem intrat, V. 1262, 34 *sqq.* Ad parsimoniam ostentandam aberrans a decoro male audit, præsertim ob inquisitionem institutam in eos scenicos et xysticos, qui dona a Nerone acceperant; contra Vinius senem imbecillum occupans omnia prodige et accipit et vendit, V. 1263, 1 *sqq.* Supplicio Neronianorum, quorum improbos Galba necari jubet, Tigellinus a Vinio, donis datis, eximitur, V. 1263, 24 *sqq.* Unde factum est, ut et quæ juste agerentur, in reprehensiones incurrerent, ut Gallis remissum tributum et civitas donata; milites indignabantur, quod donarium promissum non persolveretur, maxime autem validæ in Germania legiones ad defectionem inclinabant, V. 1264, 3 *sqq.* Similia de legionibus Tigellino subditis audiens Galba sibi metuens de successore adoptando meditatur, V. 1264, 33 *sqq.* Deliberanti T. Vinius M. Othonem commendat, Galba rem differt, V. 1265, 41 *sqq.*

Adhuc cunctantem Germanicorum militum defectio occupat, qui Vitellium Imperatorem declarant, V. 1266, 3 *sqq.* Galba adoptionem jam non differendam esse sentiens, subito nulloque ea de re facto verbo Pisonem accit et deductum in castra successorem designat; omina iniqua, V. 1266, 51 *sqq.* Othonis autem rem ægre ferentis amici seditionem parant; sexto die Galbæ rem divinam in Palatio facienti haruspex magnum indicat periculum; simul Otho domum vocatur, V. 1267, 16 — V. 1268, 8. Postquam de militum defectione Galbæ renuntiatum est (V. 1268, 9 *sqq.*) in forum progreditur, falso rumore increbrante, Othonem in castris cæsum esse; hic milites Othoniani irruentes senem ejusque socios jugulant, V. 1268, 30 — V. 1269, 51. Corporum mortuorum indigna laceratio, V. 1270, 19 *sqq.*

Galepsus, Macedoniæ urbs, V. 320, 1.

Galerita (κόρυθος), Lemniis honorata, M. 465, 21; *vide etiam* Cassita.

Galli, Celtici generis, propter patriæ inopiam alii ad Rhiphæos montes, alii inter Pyrenæos montes atque Alpes emigrasse traduntur; hos proximos, vino gustato, furore compulsos Italiam contendisse dicunt, Arunte Etrusco duce, V. 162, 1 *sqq.* Prima in Italiam facta irruptione regionem, quam Etrusci antea tenebant, ab Adriatico mari ad mare Etruscum pertinentem occupavere, V. 162, 35.

Clusium Etruriæ urbem oppugnant; legati Romani, cum Gallorum regem a pacificatione alienum intellexerint, cum Clusinis simul in aciem contra Gallos exeunt, quorum uno, Fabio Ambusto, agnito, Brennus Clusinis omissis exercitum Romam ducit Fabiumque sibi ad supplicium dedi poscit, V. 162, 48 *sqq.* Pugna ad Aliam fluvium, V. 164, 1 *sqq.*; *cfr.* M. 398, 45 *sqq.* Secundum Aliensem pugnam Romani urbe relicta Capitolium telis et munitionibus firmant, V. 165, 41 *sqq.* Sacerdotes senesque triumphales et consulares sacris induti vestibus, se ipsos pro patria diis devoventes, in foro hostes exspectant, V. 166, 45. Galli urbem occupant, Capitolium custodia cingunt, senes in foro sedentes interficiunt, urbem diripiunt et impetu facto in Capitolium repulsi hanc ob rem irati incendunt urbem, V. 166, 53. Gallorum agmen, quod populandi causa Ardeam petit, noctu opprimitur a Camillo, V. 167, 49. Pontii Cominii vestigiis deprehensis Gallorum promptissimi per mediam noctem Capitolium ascendunt jamque primi in summo erant, quum anseres sacri Romanos somno excient, quorum primus Manlius hostes proturbat, V. 169, 52 *sqq.*; *cfr.* M. 398, 45 *sqq.*; M. 354, 30. Cum Capitolii obsidio septimum jam in mensem produceretur, inter utrosque transactum est, ut Galli acceptis auri pondo mille, statim ex urbe et regione Romana decederent; mala Gallorum fides in ponderando, Brenni insultatio, unde altercatio oborta; Camillus superveniens pactionem rescindit; postero die Galli prœlio acri sunt fusi et plerique trucidati, V. 170, 53 *sqq.*; V. 171, 42 *sqq.* Occupatam habuerant urbem Galli inde ab Idibus Quintilibus ad Idus Februarias, V. 172, 23. Hoc in bello antiquos temporum commentarios Romanos Clodius dicit perilsse, V. 71, 4. Polybii relatio de pace Gallis cum Camillo pacta, M 400, 17.

Altera invasio Gallorum profectorum ab Adriatico mari; ad Anienem fluvium a Camillo confliguntur, V. 179, 47 *sqq.*

Gallicum bellum post primum bellum Punicum; apparatus et sacrificia Romanorum, V. 357, 3 *sqq.* Narratio hujus belli, V. 357, 34 *usque ad* V. 360, 18. Duo Galli in foro Boario defodiuntur, V. 357, 30.

De Gallorum victoria Pyrrhi epigramma, V. 477, 39 *sqq.* Gallorum avaritia, V. 477, 50. Galli inter auctores Servilis belli, V. 653, 31. Galli deficiunt a Cæsare, V. 858, 18 *sqq.* Cæsi, *ibid.* 39 *sqq.* Altera defectio, *ibid.* 45 *sqq.*

Galli sacerdotes Matris deorum, Ps. 89, 26. Gallos in Magnæ Matris sacris delinquentes flagello nodoso puniunt, M. 1378, 51.

Galliæ, quæ Pado adjacet, Sertorius quæstor, V. 679, 44. Gallia utraque Cæsari decreta, V. 768, 36; *cfr.* V. 851, 51. Galliæ Cisalpinæ M. Brutus præfectus, V. 1176, 19. Gallia Celtica, Ps. 84, 32.

Gallina, postquam ovum edidit, festuca adhibita sese lustrat, M. 853, 15. Gallinæ et felis apologus, M. 594, 13; M. 599, 4. Gallina priusne fuerit an ovum, M. 770, 14.

Gallus ab Ægyptiis Anubi immolatur, M. 459, 16; M. 1212, 30. Cur super Apollinis manu depingeretur, M. 488, 30. Leonis adversum gallum odium, M. 650, 5; M. 1201, 23. Galli sub auroram coire solent, M. 791,

49. Gallus si gallum conscendat, vivus comburitur ex auspicum præcepto, M. 1212, 30. Gallus gallinaceus adspici non potest a Berii ex fratre nepote, Fr. 12, 23; Fr. 14, 49.

Gallus (Cornelius), cum Proculejo mittitur a Cæsare, qui Cleopatram vivam capiant, V. 1135, 47.

Gamelion mensis, M. 1035, 44. Illo mense aguntur Lenæa, Fr. 26, 19.

Gandaritæ, populus Indiæ, V. 834, 51; M. 401, 35 (Gandridæ?).

Ganges, Indiæ fluvius, V. 834, 45; V. 835, 4. De fluviis et montibus IV, Ps. 83, 1 *sqq*. (Unde ita sit dictus, *ibid*. De herba, qua tigridum latibula circumlinunt, *ibid*. 9 *sqq*. De monte Anatole adjacente, *ibid*. 15 *sqq*.).

Ganges, filius Indi et Calauriæ, cum matre concumbit per inscitiam, re reperta se ipsum conjicit in fluvium Chiliarum, qui ab eo Gangis nomen assumpsit, Fr. 83, 1 *sqq*.

Ganyctoris Naupactii filii, Hesiodum interficiunt, M. 1186, 42 *sqq*. *cfr*. M. 192, 33 *sqq*.; M. 1204, 51.

Ganymedes, pater Ballenæi; Ballenæum festum in ejus honorem institutum, Ps. 89, 39 *sqq*.

Garætium, castellum apud Massylos, M. 383, 7.

Garaunus, Rhoxanis satrapa, solus ex omnibus Persis trecentesimum annum attigit, et magnifice sepultus est in monte ab eo nominato, Ps. 99, 30 *sqq*.

Garaunus, mons Tigridi fluvio adjacens, a priore nomen duxit, cum antea Mausorus diceretur, Ps. 99, 30 *sqq*.

Gargarus, mons Troadis, cur Ide postea sit nominatus, Ps. 90, 14.

Gargettus, vicus Atticæ, V. 6, 33.

Garnatho (Argantho?), Ægyptii regina, mater Chrysochoæ vel Nili, Ps. 91, 45 *sqq*.

Garrulitate (de) disputatio, M. 607, 34.

Gaugamela, Assyriæ urbs; vocis interpretatio, V. 814, 48. Pugna ad Gaugamela, V. 816, 26 *sqq*.

Gaza, maxima Syriæ urbs, V. 417, 49; V. 810, 11; M. 401, 30. Victoria Ptolemæi de Demetrio Poliorceta, V. 1063, 45.

Γεδόντες, tribus Attica, V. 109, 11.

Gedrosia, Persiæ provincia, V. 837, 40; V. 838, 8; M. 403, 25; M. 1149, 53.

Gegania, una ex primis Vestalibus a Numa constitutis, V. 79, 16.

Gegasius, a quo genus ducit Porus rex Indiæ, Ps. 80, 41.

Gela, Siciliæ urbs, V. 578, 13; M. 730, 44. Post bellum Atticum a Carthaginiensibus eversa, Timoleontis auguriis incolis instauratur, V. 302, 48; V. 1156, 14.

Gelæ, populus ad Caucasum habitans, V. 761, 5.

Gelanor, rex Argivorum a Danao ejectus, V. 483, 2.

Gellianus, Nymphidii præfecti aulæ sub Nerone amicus, V 1259, 38; V. 1260, 54.

Gellius (L.) Puplicola, dux in bello Spartacio, V. 909, 48; V. 910, 3. Consul Germanos, qui a Spartaciis se divulserant, delet, V. 654, 39. Censore illo Pompejus equum adducit, V. 751, 19; *cfr*. M. 247, 34. Ciceronis in eum dictum, V. 1042, 31.

Gellius (M.), quidam; Ciceronis in eum dictum, V. 1043, 30.

Gelo Dinomenis filius, Syracusanorum tyrannus, aqua intercute vexatur, M. 492, 2; V. 1145, 23 *sqq*. Quomodo sit usus tyrannide, M. 667, 35. Victoria ad Himeram; conditio pacis Carthaginiensibus imposita, M. 208, 5; *cfr*. M. 667, 42. Frumentum dono Romam mittit, V. 264, 6. Statua ejus; victoria ad Himeram, V. 296, 28. Apophthegmata, M. 208, 5 *sqq*.

Gelo, Epirota, V. 459, 41 *sqq*.

Geloi, Gelæ urbis incolæ, V. 1156, 14.

Gemini et tergemini, quomodo nascantur, M. 1107, 11.

Geminius, Terracinensis, Marii inimicus, V. 508, 17, V. 510, 3.

Geminius, ex Pompeji Magni familiaribus, V. 739, 8. Missus a Pompejo Brutum, M. Bruti patrem, interficit, V. 747, 45.

Geminius, Antonii imperatoris amicus, a populo Romano mittitur ad Antonium; mox Cleopatram metuens, Romam redit, V. 1124, 54 *sqq*.

Generatum (τὸ γινόμενον), simulacrum est Eutis, M. 456, 1.

Generis commutatio, Ps. 114, 10 *sqq*.

Γενέθλιος ἡμέρα, de voce, Fr. 9, 20.

Γένεσις, de voce, Fr. 9, 18.

Genii, qui sint, variorum opiniones, M. 441, 29 *sqq*. Medium inter deos et homines genus, M. 505, 31. Luna geniorum simulacrum, M. 507, 30. Genii sacra deorum obeunt alii et orgia, alii circumeunt vindices scelerum, M. 508, 1 *sqq*. De malignis geniis, *ibid*. 13 *sqq*. An mortales sint, M. 510, 8. Geniis, qui oraculis præfecti sunt, diffugientibus, oracula intereunt, M. 509, 33 *sqq*. Geniorum insulæ circa Britanniam, M. 511, 1 *sqq*. De nominibus, M. 513, 15; M. 531, 1; M. 692, 6. Genius hominum, quid sit, M. 714, 41. Genii lunares, M. 1156, 1 *sqq*. Genius sacer, M. 1156, 1 *sqq*. De geniis placita philosophorum, M. 1074, 37. Genius quidam eorum, qui cum Musis choros ducunt, Critheidem comprimit, quæ Homerum parit, Ps. 101, 10 *sqq*.

Genio (de) Socratis, M. 694, 20 *sqq*.

Genitivus in σος pro ους, Ps. 106, 24; in σων pro ων, *ibid*. 25 *et* 28.

Genthius, Illyriorum rex, V. 310, 20. Promissis trecentis talentis ad societatem belli a Perseo pellicitus, legatos Romanos in vincula conjicit; postea a Perseo deceptus et neglectus a L. Anicio cum libris et uxore capitur, V. 312, 25 *sqq*.

Genucius, tribunus plebis, V. 997, 44.

Geometrica, M. 877, 29 *sqq*.; V. 364, 40 *sqq*. (de Archimedis machinis; *cfr*. M. 960, 30). Geometriæ studium Apollo Græcis oraculo commendat, M. 669, 32. Qua ratione dixerit Plato deum semper geometriam tractare, M. 875, 24 *sqq*.

Geomori, ordo Atheniensis a Theseo constitutus, V, 13, 7.

Geomori, optimatium factio apud Samios, post Damotelem tyrannum necatum rempublicam in potestate habent, mox trucidantur, M. 374, 7.

Gephyræi, M. 1048, 42 (ex Herodoto).

Geradas, unus ex antiquissimis Spartanorum; dictum ejus de adulterio, V. 58, 38; *cfr*. M. 280, 46.

Geradas, Spartanus, Platæis cæsus, V. 347, 52.

Geradatas Spartanus, *vide* Geradas.

Geræstus, promontorium et portus in Eubœa, V. 714, 10.

Gerania, mons inter Corinthum et Megaricam, V. 1241, 25; V. 970, 41.

Γέρας, de voce, M. 964, 47.

Gergethus, Asiæ urbs, V. 895, 3.

Germani, V. 490, 34; sub Ariovisto rege victi a Cæsare; mulieres sacræ, V. 855, 1 *sqq*; M. 842, 1.

Germania, vastatur a Cæsare, V. 857, 6 *sqq*., *ibid*. 37 *sqq*.

Germanicus, Drusi filius, Antonia natus, V. 1139, 50. Galli gallinacei neque vocem neque aspectum ferebat, M. 649, 39.

Germanicus, Neronis cognomen, V. 1140, 1.

Γέροντες, de voce, M. 789, 8. Γερουσία Spartæ, V. 712, 46.

Geryon (*vel* Geryones), crura multa et manus et oculos habebat, V. 1000, 8. Boves ejus, M. 330, 24; M. 387, 44.

Getæ, M. 672, 9; V. 1127, 28.
Getania, Servii Tullii regis uxor, M. 397, 22.
Gidica, Comminii Superi Laurentini uxor, de qua narrantur eadem ac de Phædra Thesei uxore, M. 386, 25.
Gigantes, V. 315, 31; M. 203, 43; M. 892, 32. Gigantomachia, pictura, Athenis, V. 1125, 40; Ps. 84, 15; Ps. 95, 26.
Gigis, famula Parysatidis veneficium in Statiram administrasse fertur, V. 1216, 25. Supplicio veneficorum afficitur, V. 1216, 49 *sqq.*
Gisco, Carthaginiensium dux, ab Iceta et Mamerco tyrannis in Siciliam arcessitus, V. 300, 26; V. 302, 14.
Gisco, unus ex Hannibalis comitibus, V. 218, 42.
Glabrio (M. Acilius), *vide* Acilius.
Glauce, fidicina, M. 484, 23; adamatur ab ariete, M. 1190, 39.
Glaucia, Scamandri filia, gravida facta a Deimacho, ejus post mortem ad Herculem confugit, et Eleoni in Bœotia tradita Scamandrum filium enixa est, qui de matris nomine (M. 370, 48 *sqq.*) Glauciam amnem apud Eleonem appellavit, M. 371, 6.
Glaucias, rex Illyriorum, Pyrrhum puerum supplicem recipit et postmodo in regnum reducit V. 458, 15 *sqq.*, *ibid.* 49.
Glaucias et Saturninus, asseclæ Marii (*cfr.* V. 503, 21), Metellum urbe expellunt, V. 568, 35.
Glaucias, Quæst. Conviv. lib. I, 10, persona dialogi, M. 760 *sqq.*; orator, M. 761, 30; Eleusinus, M. 769, 17.
Glaucippus, Atheniensis, Dionysii filius, pater Hyperidis oratoris, M. 1033, 44.
Glaucippus, Hyperidis oratoris filius et ipse orator, M. 1033. 46. Oratio in Phocionem, V. 887, 2.
Glauco, Atheniensis, cum viginti navibus auxilium fert Corcyræis adversus Corinthios, M. 1016, 48.
Glauco, Platonis philosophi frater, M. 587, 39.
Glauco (L.), patricius in pugna Metelli contra Asdrubalem utramque amittit manum, M. 375, 43.
Glaucothea, Atrometi uxor, mater Æschinis oratoris, M. 1023. 35.
Glaucus, Homericus, Corintho oriundus, V. 1143, 3.
Glaucus, Hephæstionis medicus, ob negligentiam ab Alexandro supplicio affectus, V. 840, 39, *ibid.* 46.
Glaucus, medicus apud Antonium imperatorem, V. 1125, 20.
Glaucus, Atheniensis, M. 1027, 29.
Glaucus, Polymedis filius, Atheniensis, 891, 46.
Glaucus, Epicydis filius, M. 673, 13.
Glaucus, medicus, dialogi de tuenda sanitate persona, M. 146, 1.
Glaucus, Italus (Rheginus, M. 1015, 51), *citatur*, M. 1384, 45 (ἐν συγγράμματί τινι περὶ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν τε καὶ μουσικῶν); M. 1386, 8 (ἀναγραφὴ ἡ ὑπὲρ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν); M. 1387, 3, *ibid.* 15.
Glaucus, Samius, faber, qui primus ferri glutinationem invenit, unde proverb., Non Glauci ars, Ps. 172, 36 *sqq.*
Glaucus, Leptine natus (ex Archilocho), Ps. 79, 40.
Glyco, Atheniensis, Periclis æqualis, V. 202, 40.
Glyco, Peripateticus, Trojade oriundus, M. 731, 9.
Gnathænium, sartrix quædam, Persei regis mater fertur, V. 309, 49; *cfr.* V. 1254, 8; M. 928, 26.
Gnatho, Siculus, obsoniorum cupidissimus, M. 862, 38; M. 1379, 25.
Gnome, quid, Ps. 145, 50 *sqq.* Exempla ex Homero, Ps. 146, 3.
Gnomones, Syenæ constituti, umbra carent circa solstitium æstivum, M. 501, 8.
Gobii, pisces, M. 1196, 31.
Gobryas, Persa, M. 762, 29 (ex Xenophontis Cyropædia); *cfr.* V. 581, 3. Cum mago colluctans adstantem Darium per utrumque exigere mucronem jubet, M. 61, 23.
Gomphi, Thessalicum oppidum, V. 868, 28.
Gonatas, cognomentum Antigoni, V. 309, 6.
Gongylus, Corinthius, Syracusanis adventum Gylippi indicat, V. 639, 43; interfectus, V. 640, 20.
Gordium, Phrygiæ urbs, Midæ quondam domicilium; nodus Gordius, V. 804, 19 *sqq.*
Gordius, Ariobarzanem Armeniæ regem expulerat, profligatur a Sulla, V. 541, 44.
Gordyæi montes, in confinibus Armeniæ et Mesopotamiæ, V. 815, 9.
Gordyene, regio Armeniæ, V. 603, 18; V. 607, 38, 54; V. 611, 25 *sqq.*; V. 612, 7; V. 761, 15.
Gorgias, Periandri tyranni frater, M. 190, 17.
Gorgias, Leontinus, Olympiæ orationem recitat, qua concordiam Græcis mandat, M. 171, 21. Isocrates eum audit, M. 1019, 46. E Græcia in Italiam revertitur, M. 704, 21. Effictus in monumento Isocratis, M. 1021, 45; V; 1041, 38 *sqq.* (Ciceronis de eo epistolæ). De vitæ ejus annis, M. 512, 2. M. 6, 44 (Socratem de Persarum rege interrogat).
Citata, V. 579, 16; M. 300, 19; Fr. 31, 38 (τὸ μὲν εἶναι ἀφανὲς μὴ τυχὸν τοῦ δοκεῖν· τὸ δὲ δοκεῖν ἀσθενὲς μὴ τυχὸν τοῦ εἶναι).
Apophthegmata, M. 17, 46 (τραγῳδία ἐστὶν ἀπάτη, *cfr.* M. 426, 20); M. 77, 25 (ὁ φίλος αὐτῷ ἀξιώσει τὰ δίκαια τὸν φίλον ὑπουργεῖν); M. 300, 19 (μὴ τὸ εἶδος, ἀλλὰ τὴν δόξαν εἶναι πολλοῖς γνώριμον τῆς γυναικός); M. 887, 20 (οὐ καλὰ ταῦτα, Φιλομήλα); M. 872, 28 (Æschyli tragœdiam, Septem contra Thebas, Martis plenam esse).
Gorgias, unus ex Eumenis ducibus, V. 760, 8.
Gorgias, archon Atheniensis, M. 1032, 39.
Gorgias, persona colloquii, Septem Sapientum Convivium, inscripti, M. 173.
Gorgidas, Thebanus, Pelopidæ et Epaminondæ socius, V. 339, 31, *ibid.* 46. Bœotarchus cum Pelopida, V. 340, 33. Cohortem sacram composuit, V. 343, 12; V. 344, 9; *cfr.* M. 694; M. 695, 54; M. 698, 29.
Gorgo, Gorgonis os, V. 139, 51.
Gorgo, Cretensis, caput exserens ut amatorem suum efferri videat, in lapidem est conversa, M. 937, 4.
Gorgo, Leonidæ uxor, sapientia celebris, M. 173, 17. Dictum, V. 57, 17 (μόναι γὰρ ἡμεῖς ἄνδρας τίκτομεν, *cfr.* M. 270, 6).
Gorgo, Cleomenis regis filia; apophthegmata ejus, M. 297, 18 *sqq.*
Gorgoleon, Spartanorum dux apud Tegyras, V. 342, 33.
Gorgonophonus, Epidauriorum rex, Mycenas civitatem condit, Ps. 94, 27 *sqq.*
Gorgus, Ceus, colonos Gelam deducit, V. 302, 51.
Gorpieus, mensis nomen, V. 10, 30.
Gortyne, Cretæ urbs, V. 433, 44; V. 478, 50.
Gracchus (Tib. Sempronius), pater, duos consulatus et censuram egit, V. 983, 9. Scipione Majore mortuo maxime dignus habetur, qui Corneliam filiam ejus ducat, V. 983, 12; V. 985, 4. Bellum adversus Hispanos gessit, V. 985, 40. De morte ejus, V. 983, 15. Religionis causa Scipionem Nasicam et Marcium consules designatos, ut revocet senatus, instituit, V. 358, 7 *sqq.*
Gracchus (Tib.) Junior, Tiberii Gracchi filius, summo studio educatus cum fratre et sorore a Cornelia matre, V. 983, 34; V. 1006, 33. Comparatis utriusque ingeniis eadem fortitudo in bello, adversus subditos justitia, in magistratu obeundo diligentia, a voluptatibus abstinentia apparet; Tiberius novem annis major natus in

dicendo placidior, in victu frugalior, moribus mansuetior, Cajus contra vehementior, delicatior et asperior erat, V. 983, 39 — V. 984, 40; V. 1006, 41. Ut primum ex ephebis excessit, in augurum collegium cooptatur, V. 984, 41. Claudiam uxorem ducit, patre offerente, V. 984, 44. Cum Scipione Minore militans in Africa, in eodemque degens tabernaculo, statim inter juvenes primam modestiæ et fortitudinis laudem meruit, V. 985, 8 *sqq.*; V. 1007, 51. Quæstor C. Mancino adversus Numantinos sorte datus, exercitum interclusum ab hostibus fœdere icto servat, V. 985, 20 *sqq.* Tabulas, quibus quæsturæ suæ rationes inscripserat, a Numantiuis repetit, V. 985, 48 *sqq.* *cfr.* V. 1007, 52. Inde magnam gratiam est nactus, ita ut Romani facti turpitudinem iniquius ferentes, Mancino soli imputarent eumque hostibus dederent, ceteris omnibus ob Gracchum ignoscerent, V. 986, 18 *sqq.*

Exponitur, quomodo factum sit, ut Tib. Gracchi temporibus pauperes agris exclusi, totaque Italia barbaricis ergastulis repleta fuerit, V. 986, 49 *sqq.* Variæ feruntur causæ, quæ Tib. Gracchum ad hujus mali correctionem incitaverint, simulac tribunus plebis sit creatus, V. 987, 18 *sqq.* Consilio Crassi pontificis maximi, Mucii Scævolæ jurisconsulti, Claudii soceri sui usus primum legem agrariam fert lenissimam, qua jubet eos, qui agros contra leges habebant, accepto pretio cedere bonis injustis possessis et admittere opis indigentis cives; hac lege populus contentus est, divites calumniæ ei inferunt, V. 987, 45 *sqq.* Citatur locus ex oratione quadam ejus, ubi Romanorum plebejorum paupertatem exprimit, V. 988, 10 *sqq.* Vim ejus oratoriam reformidantes adversarii Tib. Gracchо M. Octavium collegam opponunt, V. 988, 26. Certamina quotidiana cum Octavio, V. 988, 42.

Octavio, qui multum agri publici possidebat, promittit se ei agrorum pretium a suo persoluturum, modo a certamine desistat, Octavio recusante, edicto justitium impetrat, dum lex perferatur privatoque suo sigillo Saturni ædem clausam munit, V. 988, 50 *sqq.* Quum dies venisset legi perferendæ dictus, sitellæ a divitibus raptæ sunt, quumque Gracchi factio vim adhibere posset, Tiberius Manlio et Fulvio orantibus rem senatui permittit, V. 989, 13 *sqq.* Quum in senatu nihil peractum sit, legem fert, qua tribunatus Octavio abrogatur, V. 989, 24 *sqq.* Exinde populus legem jubet et ad discernendos dividendosque agros triumviri delecti sunt Tib. ipse Gracchus, App. Claudius, socer ejus, et Cajus frater; tribunum plebis in Octavii locum Mucium quendam clientem suum sufficit; ceterum P. Scipio Nasica senatui auctor fit decretorum, quibus Tiberio tabernaculum ex publico pro more poscenti abnegatur et in singulos dies noveni tantum oboli sumptuum nomine decernuntur, V. 990, 20 *sqq.* Morte cujusdam Tiberii amici vulgus magis etiam accenditur, suspicans veneficio eum exstinctum, V. 990, 37.

Postquam Attalo Philometore defuncto Eudemus Pergamenus testamentum ejus Romam attulit, in quo P. R. hæres scriptus erat, Tib. Gracchus legem fert, ut pecuniæ regiæ allatæ inter cives agros sortitos dividantur; hoc maxime offendit senatum; Pompejus et Q. Metellus in eum invehuntur; contentio cum T. Annio, V. 990, 52 *sqq.* Citantur capita orationis, qua jure Octavium tribunatu a se motum demonstrat, V. 991, 36 *sqq.* Coitiones adversæ factionis sentiens, rursus aliis legibus animos sibi multitudinis devincit, tempus militiæ remittens et provocationem a judicibus ad populum concedens, et judicibus ipsis, qui erant de senatorio ordine, parem numerum Equitum admiscens; ceterum primam concionem tralit et dimittit, quum adversam partem prævalere sentiat, V. 992, 24 *sqq.* Postridie varia signa sinistra eum terrent, ascendit tamen Capitolium, audito populum ibi convenisse, V. 992, 45 *sqq.* Per Flavium Flaccum certior fit, divites statuisse ipsum interficere, 993, 39 *sqq.* Scipio Nasica factionem suam secum arripit, servis et amicis ad hoc jam paratis; Tib. Gracchus cum trecentis fere trucidatur, V 993, 49 *sqq.* Crudelitas cadaveri ejus illata, V. 994, 35. Persecutiones amicorum, V. 994, 39 *sqq.* Ut animos tamen populi tali in tempore placet, senatus ne agrorum quidem divisionem porro tollit conceditque, ut in Tib. Gracchi locum alius deligatur, qui præsit ei negotio, V. 995, 3 *sqq.* De Tib. et C. Graccho compares etiam, V. 949, 11 *sqq.*

Gracchus (C.), Tiberii Sempronii filius, prioris frater, summo studio educatus cum fratre et sorore a Cornelia matre, V. 983, 35; V. 1006, 33. Ingenia utriusque comparantur; fortitudo in bello, adversus subditos justitia, in magistratu obeundo diligentia, a voluptatibus abstinentia; Tiberius novem annis major natus, in dicendo placidior, in victu frugalior, in consuetudine mansuetior, Cajus contra vehementior, asperior et delicatior erat, V. 983, 39; V. 984, 40; V. 1006, 40. Triumvir ad discernendos dividendosque agros cum fratre et App. Claudio deligitur, ipse hoc tempore sub Scipione ad Numantiam militans, V. 990, 23; V. 1008, 1. Liciniam, filiam P. Crassi, in matrimonio habet, V. 995, 8.

Post mortem fratris a foro se abstinet, juvenis adhuc, V. 996, 1; *cfr.* M. 975, 38. Progressu vero temporis et vita ejus integra et eloquentia in Vettii causa elucens in obscuro mansura jam non videbatur, quum forte fortuna quæstor Orestæ consulis in Sardiniam mittitur; Ciceronis narratio de Tiberio fratre Cajo in somnis viso, V. 996, 10 *sqq.* In Sardinia nullum non virtutis specimen edit inque hieme vehemente a civitatibus, qui postulatæ militibus vestimenta dare erant deprecatæ, impetrat, ut ultro mittant, quibus Romam renuntiatis senatus primum legatos Micipsæ referentes, regem in C. Gracchi gratiam frumentum in Sardiniam misisse, ejicit decernitque, ut militibus in Sardiniam successores mittantur, Orestes autem maneat, Gracchum quoque mansurum putantes; hic vero, cognitis illis, Romam navigat et accusatus apud censores ita animos auditorum circumagit, ut maximis affectus injuriis creditus discedat, V. 996, 38 *sqq.* Deinde in judicium vocatus, quasi Fregellanæ conjurationis particeps fuerit, suspicione penitus diluta, statim tribunatum plebis petit, V. 997, 26 *sqq.*

Tribunus plebis creatus, etsi omnes nobiles petitioni ejus repugnaverunt, statim principem locum obtinet; exempla eloquentiæ ejus, V. 997, 30 *sqq.* Duas fert leges, unam, ut cuicunque magistratum populus abrogaverit, ei nullus alius in posterum concedatur, in Octavium, alteram, ut qui magistratum gerens civem indemnatum solum vertere jusserit, de eo judicium populus facere possit, in Popillium, qui prætor amicos Tiberii in exilium egerat; hic metu judicii ex Italia profugit, alteram legem Gracchus ipse tollit; dicta ejus pro matre in quendam inimicum, V. 998, 3 *sqq.* Aliæ ejus leges: de coloniis deducendis, de agro publico pauperibus distribuendo, lex militaris, de sociis, frumentaria, de judiciis; hac in lege suadenda, cum concionantes ad senatum et comitium respicere consueverint, tunc primum ipse foras ad forum converso ore verba facit, V. 998, 30 *sqq.*; *cfr.* V. 1007, 16. Lege de judiciis probata, ipsum populus judices ex Equitibus eligere jubet, ita ut jam dictatoria potestate præditus videatur et senatus quoque consilia ejus admittat; mirabilis ejus celeritas et efficacitas omnibus in rebus; multitudo conductorum, artifi-

cum, legatorum, magistratuum, militum, litteratorum ab ipso pendentium, V. 998, 53 *sqq.* Vias reficit, singula milliaria dimensa lapideis columnis distinguit, alios disponit lapides, ex quibus equites equum conscendant, V. 999, 29 *sqq.* Comitiis consularibus factis, C. Fannium in campum deducit eumque in petitione consulatus cum amicis sublevat; ipse tribunus plebis iterum creatur, cernens autem senatum aperte sibi offensum, Fannii vero erga se languere studium, novis legibus de coloniis Tarentum Capuamque deducendis et de communicando cum Latinis jure civium devincire sibi animos aggreditur, V. 999, 44 *sqq.* Hic senatus Livio Druso, C. Gracchi collegæ, persuadet, ut gratificando et largiendo superet Gracchum, itaque multitudinis animos ab eo abalienet; Drusi leges, V. 1000, 8 *sqq.* Sorte lectus coloniam Carthaginem deducit, quam Junoniam appellat; interea cum Livium Drusum acrius se adortum audiverit, maxime calumniando Fulvium, quumque L. Opimius videatur consul futurus, omnibus peractis, septuagesimo, quam discesserat, die Romam redit, V. 1001, 1 *sqq.*

Romam reversus primum a palatio in locum, qui sub foro est, commigrat, quo popularior videatur; deinde reliquas leges promulgat; Fannio consule edictum proponente, ne quis sociorum per eos dies Romæ sit, Gracchus contra edicto consulem accusat, sociisque, si in urbe maneant, auxilium promittit, quod vero non facit; accidit hoc tempore, ut collegæ quoque propter ludos quosdam gladiatorios irascantur, quod contribuisse videtur, ut tertium petens tribunatum repulsam tulerit, V. 1001, 52 *sqq.* Opimio consule creato et inimicis Gracchi leges et administrationem Carthaginiensem rescindere conantibus, primum se continet, post factionem adversus consulem contrahere intendit; prima die, qua leges Gracchianas Opimius erat rescissurus, Q. Antyllius, lictorum unus, a Gracchianis interficitur, V. 1002, 36 *sqq.* Postquam senatusconsultum factum, ut Opimius videat, n. q. r. p. d. c., Opimius quoque ac Fulvius arma parant, Gracchus ipse nec arma capit, et togatus ad Fulvium, qui Aventinum occupaverat, contendit, V. 1003, 10 *sqq.*; V. 1008, 17. Discedentem Licinia uxor retinere conatur, V. 1004, 2 *sqq.* Pacem reconciliare conatur, sed Opimius ad pugnam contendit; Gracchus, prosequentibus adversariis in lucum Furiarum fugit ibique perit; pro capite ejus æquale auri pondus Opimius solvit, V. 1004, 23 *sqq.* Interfecti sunt tria millia eorumque bona publicata, V. 1005, 31.

Plebis studium in Gracchos, statuæ eorum, V. 1006, 3. Contentio de sociis et senatu cum Scipione Minore, M. 244, 46 *sqq.* De fistula, qua servus a tergo adstans tonum suggerebat, M. 552, 49. De Tib. et C. Graccho compara, V. 949, 11 *sqq.*

Citatur liber quidam C. Gracchi, V. 987, 35.

Graculus graculo assidet, proverb., Ps. 168, 53.

Græci, prœlio navali apud Salaminem vincunt Xerxem, V. 142, 52 *sqq.* De Persis victoria ad Platæas, V. 393, 36 *sqq.* Platæenses, quomodo parentarent Græcis, qui ibi in acie cecidérant, V. 396, 24. Post Cimonem nihil præclari contra barbaros gessere, V. 586, 38. Græcorum paci obstat Alcibiades, V. 236, 20. Græcorum in Dionem honores, V. 1150, 52 *sqq.* Græcorum ad Chæroneam clades vaticiniis præmonstrata, V. 1019, 51 *sqq.* Græcos Demosthenes contra Alexandrum concitat, V. 1022, 11. Victi ab Antipatro, V. 898, 21 *sqq.* Græcos Pyrrhus juvat contra Demetrium, V. 464, 52. Græcis libertatem Quinctius restituit, V. 447, 10 *sqq.* Honores habiti Quinctio, V. 451, 38 *sqq.* In Græcos Antonii civilitas, V. 1104, 2. Græcorum imperatores, quales, V. 448, 6. Græcas disciplinas Cato Major contempsit, V. 418, 9. Cur ad peregrinos judices aliquando appellarint, M. 597, 1. Græci primos pro diis habuerunt Solem, Lunam, Cœlum, Terram et reliqua elementa, Fr. 55, 34. Græcis antiquis non solitum dividere portiones, Ps. 166, 33 *sqq.* Sepultura infantium, M. 739, 12. Primus locus mensæ honoratus, M. 749, 31.

Græciæ civitates censet Aristides, V. 398, 11 *sqq.* Græciæ salutis Themistocles auctor, V. 137, 38. Græciæ dux contra Persas designatur Alexander Magnus, V. 801, 8 *sqq.* Græciam concitat Demosthenes contra Macedones, V. 1018, 52. Græciæ dux Demetrius declaratur, V. 1074, 33. Græciam liberare Demetrius et Antigonus conantur, V. 1064, 48. In Græciæ libertate confirmanda Quinctii studium, V. 448, 25. Græciæ templa Sulla spoliat, V. 548, 23. In Græcia Pompeji apparatus, V. 778, 36. Græciam liberat Nero, V. 449, 21. Græciæ compedes, V. 447, 4. Græciæ vastitas Plutarchi tempore, M. 504, 20 *sqq.* Rerum status Plutarchi tempore, M. 1005, 38 *sqq.*; M. 1394, 12.

Græcinus, unus de conjuratis Perpennæ contra Sertorium, V. 694, 16.

Grammatici, Ledam Nemesis, Orestem Achæi nomine afficiunt, M. 489, 29. Grammaticorum quæstiones et demonstrationes, M. 500, 32; M. 503, 1. Homericæ quæstiones, M. 514, 27; M. 1383, 19; M. 1236, 27 *sqq.*; M. 1237, 1, *ibid.* 14; M. 1238, 5 *sqq.* Grammatici de voce Τελχῖνες, M. 533, 28. Grammaticus percussus ab Alcibiade, quod Homerum non haberet, V. 232, 51 *sqq.* Grammatici cujusdam recriminatio in Ptolemæum, M. 555, 35. Vocem quomodo definiant Grammatici, M. 1383, 18. Grammatica, quid, *ibid.* 20 *sqq.*

Grando, avertitur sanguine talpæ vel centonibus muliebribus, M. 853, 32.

Granicus, fluvius Mysiæ minoris, V. 595, 46; V. 802, 23. Pugna ad Granicum, M. 379, 29. Victoriæ Alexandri ad Granicum dies, V. 165, 9.

Granius, privignus Marii majoris, V. 508, 3. Comes hujus in fuga, V. 509, 14; V. 511, 26. Prætor Sullæ jussu suffocatur, V. 567, 42.

Granius Petro, quæstor in Cæsaris exercitu, captus se ipsum gladio transigit, V. 853, 22 *sqq.*

Gratiæ, deæ, eodem in fano cum Mercurio a veteribus collocatæ, M. 54, 20. Juxta Suadam collocatæ, M. 164, 15; M. 951, 15; M. 1388, 39 (in manu simulacri Apollinis). Gratiarum nomen salibus inditum, M. 833, 24.

Gravidarum purgatio, V. 60, 34.

Griphi, M. 182, 36 (Homeri); Cleobulinæ, de cucurbitulis, M. 183, 1; quid sit antiquissimum? M. 182, 5 (*cfr.* M. 181, 32); quid maximum? M. 181, 32 (*cfr.* M. 182, 6); quid sapientissimum? M. 181, 33 (*cfr.* M. 182, 9); quid pulcherrimum? M. 181, 33 (*cfr.* M. 182, 8); quid communissimum? M. 181, 34 (*cfr.* M. 182, 10); quid utilissimum? M. 181, 34 (*cfr.* M. 182, 11); quid damnosissimum? *ibid.* 35 (*cfr.* M. 182, 13); quid validissimum? *ibid.* 35 (*cfr.* M. 182, 14); quod facillimum? *ibid.* 36 (*cfr.* M. 182, 15); M. 186, 20 (de luna tuniculam sibi petente); Ps. 101, 51 (ὅσα' ἕλομεν, λιπόμεσθ'· ὅσα δ' οὐχ ἕλομεν, φερόμεσθα).

Grues, M. 1183, 45 *et* M. 1198, 20 *sqq.* Grus vulpem ad convivium vocans, M. 744, 15.

Grus (γέρανος), saltationis genus, V. 10, 51.

Gryllus, Xenophontis filius, M. 142, 13.

Grylius, persona dialogi, M. 1206; M. 1211, 5 *sqq.*

Grypus, de nomine, V. 261, 18; M. 589, 10.

Guras, Tigranis regis frater, Nisibem, quam tenebat, seque Lucullo tradit, V. 613, 52 *sqq.*

Gustatus, ut fiat, M. 1101, 28 *sqq.*

Gyarus, insula ex Cycladibus, M. 727, 27.
et militibus diripienda dat, Græcos eo coactos commigrare dimittit; Arabes, Sopheni, Gordyeni ei se dedunt, V. 610, 53—611, 27. Funus Zarbieno Gordyenorum regi institutum, V. 611, 28 *sqq.* Tigranocerta legatio quoque a Parthorum rege venit, legati autem vicissim ad regem missi eum jam in utramque partem inclinare deprehendunt; Lucullus decernendum ratus in Pontum ad Sornatium mittit mandans, ut sibi copiæ adducantur; ibi milites jam palam officium recusant, quæ ad Lucullum renuntiata istos quoque milites corrumpunt, V. 611, 46—612, 19. Itaque Lucullus expeditionem contra Parthos dimittit rursusque contra Tigranem ducit; superato Tauro Artaxata petit, ut Tigranem ad pugnam alliciat, quod ita evenit, magnoque prælio conserto, Tigranes iterum confligatur, V. 612, 20—613, 23. Exinde in superiores regiones pergere statuit, hieme autem severo ingruente a militibus indigne ferentibus coactus retro ducit; in Mygdoniam descendit et Nisibim urbem capit, V. 613, 24—614, 9. Exinde omnia adversa ei cadunt: Romæ tribuni plebis eum criminantur alii imperium tradere studentes, in castris milites jam ante intractabiles a P. Clodio sollicitantur, ita ut hiemem causantes inertia tempus terant in Gordyena, dum Mithridates Pontum recuperat, V. 614, 10—615, 30. Mithridates, Fabio victo, Sornatium et Triarium petit; milites pudore victi Lucullum sequuntur; Triarium jam a Mithridate victum civium iræ subducit (*cfr.* V. 762, 47); in itinere milites coitione facta discedunt, neque aliud quid precibus obtinet Lucullus, quam ut ea æstate se cum eo mansuros polliceantur; interim nihilo usus iis Mithridatem ferocire, Tigranem Cappadociam vastare videt, jamque Pompejus adest milites ad se vocans, V. 615, 31—616, 30 (belli contra Mithridatem successorem Lucullus lege Manilia accipit Pompejum, V. 756, 22, 33 *sqq.*; V. 757, 8).

Colloquium cum Pompejo in quodam Galatiæ pago habitum nihil ad benevolentiam colligendam confert; Pompejus Luculli constitutiones rescindit et milites omnes adimit mille ac sexcentis relictis, qui triumphantem comitentur, V. 616, 31 *sqq.*; *cfr.* V. 757, 10—758, 6.

Abit Lucullus provincia, V. 758, 7. Romam reversus primum Marcum fratrem defendit a C. Memmio in jus vocatum; quo absoluto in ipsum Lucium se convertit Memmius, populum, ne concedat ei triumphum, irritans; primorum et potentissimorum civium (Catonis præcipue, *cfr.* V. 922, 21 *sqq.*) studio Lucullus obtinet triumphum, qui describitur, V. 617, 26 *sqq.* Nuntio Clœliæ remisso Serviliam Catonis sororem ducit, quam haud minus impudicam propter fratrem aliquandiu tolerat, ad extremum ipsam quoque repudiat, V. 618, 6 *sqq.* A republica totum se abducit, quare a Crasso et Pompejo subsannatur, V. 618, 12 *sqq.*; *cfr.* V. 419, 39; V. 739, 34; M. 960, 2. Ingentes ejus sumptus in ædificia, ambulationum et balneorum apparatus; Luculliani horti; ædificia in ora maris et apud Neapolim; Tusculanæ habitationes rusticanæ, V. 618, 37—619, 9; V. 622, 30; M. 247, 47. Prætori cuidam chlamydes centum petenti ducentas mittit, V. 619, 9 *sqq.* Cœnæ ejus splendidissimæ; Catonis et Pompeji dicta, V. 619, 17 *sqq.* De Luculli cœnis narratiunculæ: Græcos quosdam invitat, solus cœnat, Ciceronem et Pompejum vocat, V. 619, 37 *sqq.* Bibliotheca ejus, liberalitas in Græcos; philosophiæ omnia genera amplexus, Academiam veterem, cujus princeps erat Antiochus Ascalonita, maxime colit, V. 620, 27 *sqq.* Amicitia Ciceronis; nondum totum a republica se abstrahens amicorum causa in forum venire solebat, in senatum, quoties Pompeji alicui conatui obsistendum duceret; constitutiones Pompeji rescindit, divisioni inter milites impedimento est (*cfr.* V. 767, 12 *sqq.*; V. 923, 29 *sqq.*); Vettii indicia, V. 620, 51 *sqq.* Cum Bibulo et Catone et Ciceronе Cæsaris legibus agrariis repugnat, V. 923, 54. Cum Catone et Bibulo e foro ejicitur a Pompejanis, V. 768, 35, *ibid.* 46. Postquam Cicero in exsilium actus, Cato in Cyprum missus est, plane otio se dat (*cfr.* M. 967, 43); mors ejus; mortuum dolens populus corpus in campo Martio sepelire contendit, V. 621, 28 *sqq.*

Varia: Domum Marii apud Misenum emit, V. 506, 49. Ancillas ad quæstionem in Clodium præbet, V. 1044, 26. Commentarios inscribit ei Sulla, V. 543, 4; V. 655, 50; V. 676, 28, Senectus ejus cicuratur a Callisthene liberto, post a Marco fratre, M. 967, 48 *sqq.* Apophthegmata, M. 246, 18.

Lucullus (M.), Lucii frater; mutuus fratrum amor, V. 587, 46; *cfr.* M. 967, 51. Legatus Sullæ apud Fidentiam hostes vincit, V. 560, 34. Macedoniæ prætor, V. 843, 28; V. 676, 24. Accusatus a C. Memmio, V. 617, 26 *sqq.* Non multum temporis fratri supervixit, V. 621, 46 *sqq.*

Lucumo, Etruscus quidam nobilis, V. 162, 22.

Lucus Petelinus, V. 177, 29.

Ludi Magni, V. 156, 37; Nemei, V. 432, 42; Gymnici, V 579, 24; Scenici, V. 812, 52; Equestres, V. 709, 23.

Ludum literarium primus Romæ aperuit Sp. Carbilius, M. 343, 40.

Ludunt par impar pueri, M. 905, 12.

Lugdunus, mons et urbs ejusdem nominis in Gallia Celtica, unde nomen duxerint, Ps. 85, 2 *sqq.*

Lugus, dialecto Celtica dicitur corvus, Ps. 85, 11.

Luna, et Sol feruntur ab Ægyptiis cursus continuare vecti navigiis, M. 445, 36. Luna mater mundi appellatur ab Ægyptiis, M. 450, 34. Aliæ Ægyptiorum fabulæ, M. 455, 32. Nutrices cavent infantulos ostentare lunæ; luna dicitur ad expediendum partum conducere, alia, M. 800, 17 *sqq.*; M. 934, 9 *sqq.* Lunæ et Veneris prata, M. 936, 43. Variæ lunæ partes, M. 1155, 53 *sqq.* Lunæ fabula tunicularn sibi fieri petentis, M. 186, 20. Quovis mense tribus maximis varietatibus mutatur, M. 332, 22. Sub luna, quam sub sole, cur carnes computrescant magis, M. 799, 1 *sqq.* Luna plena, cur non cædendæ sint arbores, M. 800, 19. Ad lunam dormientes, cur obtorpescant, M. 800, 20. Semiplena cur partus facilitatem promovere credatur, M. 800, 24. Placita philosophorum: de natura lunæ, M. 1086, 45 *sqq.*; de magnitudine lunæ, M. 1187, 7 *sqq.*; de forma lunæ, *ibid.* 12; de illuminatione lunæ, *ibid.* 17 *sqq.*; de lunæ defectu, *ibid.* 34 *sqq.*; de aspectu lunæ, M. 1088, 4 *sqq.*; quanto intervallo a sole distet, *ibid.* 17 *sqq.*; causa æstus maris, M. 1095, 19. De facie in orbe lunæ, M. 1126, 5 *sqq.*; de lunæ defectu, M. 1141, 45 *sqq.*; an habitetur, M. 1147, 41 *sqq.* Luna arte magica ex cista spuma repleta leonem progignit, Ps. 94, 3. Lunam solam reveretur Lilæus pastor, et profunda nocte ejus mysteria celebrat, Ps. 100, 17 *et* 18. Luna est Diana, Ps. 158, 20. Lunam aufers tuo periculo, proverb., unde exstiterit, Ps. 171, 46 *sqq.*

Lunulas cur in calceis gestarent nobiles Romani, M. 347, 48 *sqq.*

Lupa, Romulum et Remum gemellos lactat; vocabuli ambiguitas, unde fabula exstitisse putatur, V. 22, 31 *sqq.*; *cfr.* M. 387, 7 (narratio de Lycasto et Parrhasio, quibus mammam præbuerit lupa, comparatur Romuli et Remi historiæ).

Lupercalia sacra; de tempore, de cæremoniis festi et de variis relationibus, unde duxerit originem; vocis interpretatio, V. 36, 27 *sqq.* Quæst. Rom. LXVIII, cur Lu-

perci (hi sunt, qui Lupercalibus nudi solisque præcincti subligaculis discurrunt et scutica obvios feriunt) canem immolant? M. 345, 33 *sqq.*; *cfr.* V. 878, 36 *sqq.*; V. 1098, 43; M. 358, 34.

Luperci, *vide* Lupercalia.

Lupis Athenienses infesti, V. 109, 6. Lupi et pastorum apologus, M. 185, 5. Ubi picus, ibi etiam lupus visitur, M. 331, 46. Lupi sanguine ad Ditis invocationem utuntur Persæ, M. 452, 15. Quare ovis a lupo morsæ caro sit suavior, M. 778, 36 *sqq.* Lupis insidiantes Aristæo vota faciunt, M. 925, 35. Lupi ut fastidium solvant, M. 1192, 27.

Luscinia, M. 1191, 3 *sqq.*; M. 1214, 19.

Luscius, C. Marii sorore natus, interfectus a Trebonio, cujus pudicitiæ intentarat, M. 245, 18; *cfr.* V. 492, 40 *sqq.*

Lusitani, Hispaniæ populus, V. 683, 31; V. 684, 42; V. 850, 28.

Lusius, *vide* Luscius.

Lutatius Catulus, Saturno templum prope Tarpejum montem ponit, M. 379, 5. *Vide* Catulus.

Lycæa Arcadica, V. 878, 40; M. 345, 46.

Lycæum, mons Arcadiæ Jovi sacer; Quæst. Græc., cur qui sponte sua in Lycæum intrant, lapidibus obruuntur ab Arcadibus, qui per imprudentiam, Eleutheras deportantur? Lycæum ingressus umbram nullam a se jacere putatur, cervus dicitur, M. 369, 35; V. 962, 26; V. 1244, 8.

Lycaon; facinus ejus in Jovem; Eleuther et Lebadus filii, M. 369, 42.

Lycaonia, regio Asiæ minoris, V. 605, 34; V. 702, 30.

Lycastus, et Parrhasius, Martis ex Phylonome filii gemini, de quibus eadem fere ac de Romulo et Remo narrantur, M. 386, 53.

Lyceum, gymnasium et lucus Athenis, V. 548, 21; V. 905, 40; M. 1038, 32; conditum a Lycurgo oratore, M. 1025, 23. Syllogismi et pronunciata et ambulationes in Lyceo, M. 402, 41.

Lychnis lapis, in Hydaspe fluvio invenitur, adolescente luna, ad cantum tibiarum, Ps. 80, 15.

Lyciæ, a Bellerophonte pœnas terræ imprecato, ut demat, impetrant, M. 306, 25 *sqq.*

Lycii, populus Asiæ minoris, debellantur a Bruto, V. 1189, 50 *sqq.* Legumlator in luctu veste muliebri jubet uti, M. 135, 1. Piscium præsagia, M. 1194, 41.

Lyciscus, Orchomenios prodit; morbus ejus, M. 664, 4.

Lyco, Syracusanus quidam, unus de Dionis interfectoribus, V. 1172, 15.

Lyco, Scarphensis, histrio comicus celeber, V. 813; 17. Decem talenta ab Alexandro accipit, M. 410, 26.

Lyco, Aristonis liber, M. 17, 2.

Lycomedæ, gens Attica, V. 133, 45.

Lycomedes, rex Scyri, Thesei æqualis, quem peremisse in suspicione est, V. 19, 23 *sqq.*; *cfr.* V. 577, 45.

Lycomedes, Atheniensis, proavus generis Lycurgi oratoris (M. 1028, 8; M. 1038, 8), triremis præfectus in Salaminensi pugna primus navem capit, cujus facti causa publica sepultura honoratus est, V. 143, 10 *sqq.*

Lycophones, cardui genus, V. 59, 48; M. 293, 9.

Lycophron, Corinthius dux, victus et interfectus a Nicia, V. 629, 32.

Lycophron, Iasonis Thessali filius, frater Thebæ, uxoris Alexandri tyranni, V. 355, 24.

Lycophron, Cleombroti Acharnensis filius, ejusque avus ejusdem nominis, M. 1027, 22.

Lycophron, Lycurgi oratoris pater, M. 1025, 1.

Lycophron, Lycurgi oratoris filius, M. 1027, 17; *ibid.* 43, 45; M. 1028, 18. Decretum ejus de honoribus patri decernendis exstat, M. 1038, 1 *sqq.*

Lycophron, cui Leonteus, discipulus Epicuri, epistolam scribit, M. 1356, 6.

Lycophron, *cit.*, Fr. 20, 35; Ps. 75, 48 (de nobilitate).

Lycopolis, Thebaidis urbs in Ægypto, M. 443, 41. Lycopolitæ soli omnium Ægyptiorum ovum edunt, quia lupum pro deo habent, M. 464, 36.

Lycormæ, Heraclidarum dignitatem avitam ambientes, M. 675, 5.

Lycormas, fluvius Ætoliæ, M. 388, 16. De Fluviis VIII, Ps. 86, 26 *sqq.* (cur Evenus fuerit denominatus, *ibid.* 27 *sqq.*; de Sarissa herba in ipso nascente, *ibid.* 34 *sqq.*; de Myeno monte adjacente, *ibid.* 38 *sqq.*; de Leucoio flore in fluvio crescente, qui pronuntiato novercæ vocabulo statim marcescit, *ibid.* 48 *sqq.*).

Lycortas, Achæus, V. 439, 37. Eo duce Achæi vindictam a Dinocrate et Messeniis pro Philopœmenis morte petunt et cineres ejus Megalopolim magnis cum honoribus reducunt; Lycortæ filius Polybius, V. 439, 49.

Lycospades equos cur dicant feroces esse, M. 778, 15 *sqq.*

Lyctus, urbs Cretæ, condita a Tyrrhenis, M. 306, 21; Ps. 92, 25.

Lycurgides dies, quibus socii et familiares in Lycurgi memoriam coibant; V. 70, 45.

Lycurgus, legumlator Spartanorum. Vita ejus, V. 47, 1 *sqq.*

Diversæ narrationes de genere Lycurgi, de peregrinatione, obituque ejus, de legum ac reipublicæ constitutione, ac præsertim, quo tempore vixerit, V. 47, 1 *sqq.* Nonnulli eum in Olympiacis feriis instituendis adjuvisse narrant, V. 47, 6; *cfr.* V. 64, 36. Nomen ejus disco Olympico inscriptum, V. 47, 9. Generis ejus series, ut vulgariter, ut a Simonide et ut a Dieuchida traditur, V. 47, 29 *sqq.*; *cfr.* V. 104, 15. Pater ejus in tumultu civili lanii cultro ictus, V. 48, 9. Polydecta fratre majore mortuo, regnum adit et quidem, ubi fratris uxorem prægnantem comperit, tutoris loco; illius feminæ illicebras eludit; puero nato, suspiciones et calumnias sibi injectas peregrinatione effugere statuit, V. 48, 13 *sqq.*; *cfr.* V. 1008, 40; M. 413, 33. In Cretam venit et reipublicæ constitutiones inspicit; Thaletem Spartam mittit, ad Iones in Asiam pergit, in Homeri carmina incidit eaque colligit; sunt etiam, qui Ægyptum, Africam, Hispaniam, Indiam adisse eum dicant, V. 49, 4 *sqq.*

Spartam reversus initio Delphos proficiscitur et notum illud oraculum reportat (*cfr.* M. 1049, 4); hinc optimates conciliat sibi, die prædicto cum triginta ex primoribus in forum prodit, rege quoque, qui tumultu orto in Chalcioecum confugerat, jurejurando dato socium rei gerendæ se præbente; in primis senatum constituit, V. 49, 45 *sqq.*; *cfr.* M. 964, 43; M. 965, 18.

Rhetra Delphis petita, populi distributio, de concione, V. 50, 54 *sqq.*; *cfr.* M. 492, 24. Agros dividit, V. 52, 14; *cfr.* M. 278, 11. Omnem aureum et argenteum nummum abrogat, soloque uti ferreo jubet, artes inutiles et supervacaneas urbe expellit; frugalitas et simplicitas, quæ inde efficitur, V. 45, 9; *cfr.* M. 278, 18 *et* V. 422, 51. Syssitia instituit, V. 53, 34 *sqq.*; *cfr.* M. 278, 37 *sqq.*; M. 335, 53.

Opulentis syssitiorum institutionem ægre ferentibus, Lycurgo in tumultu a juveni quodam, cui Alcandro nomen, oculus baculo excutitur, quem juvenem sibi deditum ne verbo quidem lædit, sed exemplo et mansuetudine ita devincit, ut familiarissimum sibi reddiderit, cujus rei in memoriam templum Minervæ Optiletidis posuit, V. 54, 6 *sqq.*; *cfr.* M. 279, 10 *sqq.*

Tres ejus leges, qui rhetræ dicuntur, tanquam a deo statutæ, prima (V. 56, 2), ne legibus utantur scriptis;

secunda (V. 56, 4; *cfr.* M. 228, 7; M. 279, 28; M. 352, 1; Fr. 25, 11; M. 1220, 12), ut omnis domus fastigium securi tantum, fores sola serra fabricentur; tertia (V. 56, 22; *cfr.* M. 228, 13; M. 260, 50; V. 728, 19), ne sæpius bellum iisdem hostibus inferant, V. 55, 43 *sqq.* Virginum corpora omnis generis ludis exercet, nudas in pompis et sacrificiis quibusdam procedere et saltare adsuefacit; dicteria et laudationes virginum in juvenes, V. 56, 36 *sqq.*; M. 279, 46; M. 280, 1. Quas pœnas iis instituerit, qui uxores ducere noluerint, V. 57, 27 *sqq.* De nuptiis, V. 57, 36 *sqq.* De conjugiis et de liberorum procreatione, V. 58, 7 *sqq.*; *cfr.* M. 280, 11 *sqq.* De exploratione infantium novorum, de eorum approbatione, vel expositione, de lavationibus vini, de cultu corporis, V. 58, 48 *sqq.* De communi puerorum educatione, V. 59, 19 *sqq.* *usque ad* 62, 3 (de victu eorum duro, V. 59, 19 *sqq.*; de senibus, de magistratibus, qui pueros observabant, V. 59, 51 *sqq.*; de irenibus, V. 60, 8 *sqq.*; *cfr.* V. 60, 46 *sqq.*; de furtis, qui pueris imperabantur, V. 60, 13 *sqq.*; de tenui cibo, qui pueris suggerebatur, ut proceres et venusti fierent, V. 60, 22; de constantia eorum in tolerando dolore, V. 60, 32; de litteris, quas discebant, V. 59, 33; de amatoribus, V. 59, 51; V. 61, 10; de brachylogia, V. 61, 20); *cfr.* M. 618, 15. Lycurgus unum relinquendum esse hæredem existimavit, Fr. 24, 32. Exempla breviloquentiæ Lycurgi, V. 61, 40. Disciplina, quam instituit, canendi, V. 62, 50. Carmen trium chororum, V. 63, 8 *sqq.* In controversia est scriptoribus, utrum Lycurgus bellicam actionem attigerit necne, V. 64, 28. De vitæ ratione, quam usque ad virilem ætatem Lycurgus instituit accurate præscriptam; otium Spartanorum, V. 64, 48 *sqq.* Annos minus quam triginta nati forum omnino non venire, sed res necessarias ministerio cognatorum et amatorum expedire; senioribus indecorum continenter videri his rebus occupatos ac non potissimam diei partem ad gymnasia et leschas consumere, V. 65, 22 *sqq.* Risui simulacrum ponit, V. 65, 34. De modo senatoris subrogandi deque ceteris rebus huc pertinentibus, V. 66, 6. Sepeliendi ratio a Lycurgo ordinata, V. 66, 42. Quare suos peregrinari vetuerit, homines peregrinos nullius utilis negotii causa Spartam confluentes expulerit, V. 67, 7. De Cryptia, quam dicunt, utrum sit Lycurgi institutum annon et quale fuerit, V. 67, 22 *sqq.* Servi vel Helotes, quomodo tractati sint a Spartanis, V. 67, 48 *sqq.*

Civibus universis in concionem convocatis et jurejurando obstrictis, ne quid institutorum suorum immutent, donec ipse Delphis, quo proficisci statuerat, reverterit, Delphis vitam finit abstinentia cibi, ut mortem suam sempiternam bonorum, quæ vivus paravit, custodem relinquat, V. 68, 15 *sqq.*

Quo tempore Lycurgi institutis neglectis Sparta conciderit, V. 69, 2 *sqq.* Templum ei positum et honores habiti, V. 70, 24. Sepulcrum ejus fulmine ictum, V. 70, 28. De loco, quo sit mortuus, variæ relationes, V. 70, 35 *sqq.* Leges de sacrificiis, quæ dux defunctus munere conficere debeat, V. 371, 14 *sqq.* Minimi sumptus sacrificia Spartæ instituit, M. 204, 19; M. 281, 4; M. 876, 30. Cur tam paucas leges constituerit, Charilli dictum, M. 228, 18. Quid boni Spartanis eæ contulerint, M. 255, 46.

Apophthegmata, M. 3, 22 (de catulis diversa educatis ratione; *cfr.* M. 277, 35); M. 184, 29 (de populari imperio; *cfr.* V. 61, 42; M. 228, 4; M. 281, 1); M. 228, 1 *sqq.* 1 (de Lacedæmoniis ad nutriendam comam assuefactis; *cfr.* V. 63, 42; V. 518, 13; M. 281, 27); 2 (*cfr.* M. 281, 1); 3 (de ratione ædificandi; *cfr.* V. 56, 6; M. 279, 29; M. 352, 1; M. 1220, 12); 4 (lex pugilatione et pancratio interdicens; *cfr.* M. 281, 7); 5 (lex sæpius iisdem bellum inferre vetans; *cfr.* V. 56, 22; V. 728, 19; M. 260, 50; M. 279, 47; M. 280, 1); M. 277, 35 *sqq.* 1 (reversi Delphis dictum: ὡς ἡ Λακωνικὴ φαίνεται πᾶσα πολλῶν ἀδελφῶν εἶναι νεωστὶ νενεμημένων); 8 (cur legibus scriptis non utatur); 18 (de unguento); 19 (de fucandi arte); 22 (de sacrificiis); 24 (de crebro movendis castris); 25 (cur turrium et murorum oppugnatione interdixerit); 26 (de Leucothea).

Lycurgus, Pediensium factionis dux, Pisistrati temporibus, V. 113, 16.

Lycurgus, cum aliis Byzantium urbem Alcibiadi tradit, V. 249, 31.

Lycurgus, Lycurgi oratoris avus, interfectus a triginta tyrannis, M. 1025, 1; M. 1038, 9.

Lycurgus, orator Atheniensis, Lycophronis filius. Vita ejus, M. 1025, 1 *sqq.* Genus ejus, *ibid.* *cfr.* M. 1028, 7. Auditor Platonis, Isocratis discipulus fuit, M. 1025, 7. In republica, quæ gesserit, M. 1025, 10 *sqq.* De rebus gestis ab eo deque honoribus ei decretis vide Lycophronis filii decretum, quod exstat, M. 1038, 1 *sqq.* Leges, quas tulerit, referuntur, M. 1025, 48 *sqq.* Varia ex ejus vita, M. 1026, 14 *sqq.*; M. 1028, 20. Posteri ejus enumerantur, M. 1027, 12 *sqq.* Honores a populo ei habiti, orationes ejus, M. 1027, 38 *sqq*; M. 1028, 24 *sqq.* Magister Hyperidis fuit, M. 1033, 48. Tradi sibi postulatur ab Alexandro, V. 1022, 31. Xenocratem philosophum publicanis eripit, V. 448, 41; V. 888, 42; V. 890, 11; V. 893, 47.

Citata, V. 674, 44.

Apophthegmata, M. 655, 28; M. 1026, 14 (quum delatoribus talentum dedisset: Ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν δι δοὺς οὐ λαμβάνων ἑώραμαι); M. 1026, 34 (Ἀλλ' εἴ τίς γε ἐπαγγέλλοιτο τοὺς υἱοὺς ἀμείνους αὐτῷ ποιήσειν, οὐ χιλίας, κτλ.); M. 1026, 41 (Ὦ Κερκυραία μάστιξ, ὡς πολλῶν ταλάντων εἶ ἀξία); M. 1026, 42 (de iis, qui Alcandrum in deos referebant).

Lycuria, Arcadiæ regio, M. 481, 32.

Lycus, Martis filius, regnans in Africa, M. 382, 53.

Lycus, fluvius Phrygiæ majoris, V. 598, 11; V. 1088, 28.

Lycus, fluvius Siciliæ, V. 302, 16.

Lyde, uxor Antimachi poetæ, qua amissa Lyden elegiam scribit, M. 126, 43.

Lydi fame premente alternis diebus cibum sumendo, et jocose lusuque oblectando tempus conterunt, M. 158, 11. Lydi et Phrygii diviserunt semitonium genus ab enharmonico, M. 1387, 46. Lydi potentiores, quo modo thesauros custodiant, Ps. 85, 36. Lydis Smyrna subjecta, Ps. 101, 16. Ab Æolibus bello pressi Smyrnam relinquunt, *ibid.* 23.

Lydorum pompa Spartæ, V. 393, 35.

Lydiades, Megalopolitanus tyrannus, accito Arato urbem Achæorum reipublicæ adjungit; ter deinde alternis annis cum Arato prætor factus tandem propter inimicitias cum illo neglectus est, V. 1240, 35 *sqq.* Contentiones cum Arato propter Aristomachi minoris receptionem in Achæorum civitatem, V. 1243, 36 *sqq.* In pugna contra Cleomenem ad Leuctra interficitur, V. 1244, 32 *sqq.*; *cfr.* V. 963, 12; M. 667, 46.

Lydius tonus, M. 1386, 25; M. 1387, 46; M. 1389, 9; M. 1389, 51.

Lydus, Mardonii servus, M. 502, 21.

Lydus in meridie, proverb., Ps. 170, 49 *sqq.*

Lygdamis, Naxorum tyrannus, ejectus a Lacedæmoniis, M. 292, 1; M. 1047, 13.

Lygdamis, dux Cimmeriorum, V. 490, 51.

Lynceus cum Ida Helenam fertur rapuisse, V. 17, 1. Dici-

tur visu per saxum et quercum penetrasse, M. 104, 8; M. 1325, 50.
Lynceus, Samius, *cit.*, V. 1075, 34 (cœna Lamiæ).
Lynx, lyncurium suum e medio removet, M. 1178, 26 *sqq.*
Lyra in præliis utebantur Cretenses, M. 1393, 52 *sqq.* Lyræ chordæ auctæ a Timotheo, M. 1395, 15. Paridis lyra Alexandro oblata, M. 406, 46. Lyra Orphei in astra translata, Ps. 82, 39.
Lyrceius, mons Argolidis, Coccygius postea dictus, Ps. 94, 46.
Lysander, Alopecensis, Themistoclis socer, V. 153, 19.
Lysander, dux Spartanus. Vita ejus, V. 518, 1 *sqq.*
Statua ejus Delphis, V. 518, 5. Genus ejus, educatio, gloriæ studium, quod testantes narrationes de consuetudine cum Dionysio tyranno offeruntur, V. 518, 16 *sqq.* Quum Alcibiades Athenas revocatus rerum mutationem effecerit, Lysander ut dux optimus navali rei præficitur, V. 519, 14. Ephesi castra metatus, navali hic quoque instituto, hanc urbem primus florentem reddit, V. 519, 14 *sqq.* Sardes ascendit ad conveniendum Cyrum regis filium et ad accusandum Tisaphernem; dono accipit decem millia Daricorum, qua de pecunia stipendio nautico obolum adjicit, unde factum est, ut parvo tempore naves hostium classiariis vacuæ fiant, V. 519, 27 *sqq.* *cfr.* V. 252, 30. Antiochum ab Alcibiade classi præfectum ad Ephesum clade afficit, V. 520, 27 *sqq.*; V. 252, 30. A civitatibus sociis Ephesum vocatus apud audaciores et elatiores occulta decemviratuum et novarum rerum principia jacit; gratia ei has ob spes habita, V. 520, 20 *sqq.* Pecuniæ, quod superfuit, Sardes remittit, Callicrate succedente ei, illumque summis in difficultatibus relinquit, V. 520, 44 *sqq.*
Callicrate mortuo, Lysander a sociis et Cyro petitur, ut classi præsit, quod fit, verbo saltem imperio Araco cuidam collato; Lysandri versutia, V. 521, 30 *sqq.* Testatur Miletus ab eo occupata levitatem ejus in jurando, V. 522, 4 *sqq.* Multam pecuniam accipit a Cyro, V. 522, 28 *sqq.* Dum Cyrus a rege redeat, in otio nonnullas insulas subigit, Æginam et Salaminam incursionibus vexat, in Atticam egressus Agidem salutat, Athenienses insequentes sentiens in Hellespontum fugit et Lampsacum urbem capit, V. 522, 39 *sqq.* Ad Ægospotamos socordibus Atheniensium ducibus supervenit totamque fere classem cum tribus millibus hominum et ducibus capit, V. 523, 45 *sqq.*; *cfr.* V. 252, 47 *sqq.* Tria millia Atheniensium captivos secundum consilii decretum morte afficit; inde circum urbes navigans, quotquot Athenienses reperit, Athenas ire jubet, singulis urbibus unum Lacedæmonium prætorem relinquit et decem præfectos ex iis, quas per oppida instituerat, sodalitatibus, V. 525, 36 *sqq.*; *cfr.* V. 69, 47. His actis in Atticam ad Agidem et Pausaniam reges pervenit, sed quum Athenienses resistant, rursus in Asiam trajicit ad constituendos decemviratus, inter alia Samios et Sestios extorres agit, Æginetas vero, Melios et Scionæos in patriam reducit. Quum jam Athenienses in urbe fame laborare audiverit, ad Piræum venit cogitque eos acceptis, quas ipse velit, conditionibus deditionem facere, V. 526, 20 *sqq.* Atheniensium præter duodecim omnes naves cremat, ad tibiæ sonitum muros dejicit et rempublicam mutat, triginta in urbe, decem in Piræo constitutis præfectis, impositoque in arcem præsidio eique Callibio Spartano prætoris vice præposito, V. 527, 12 *sqq.*; *cfr.* V. 254, 15.
A Critia incitatus, jussus a Lacedæmoniis, ad Pharnabazum mittit de occidendo Alcibiade, V. 254, 36, *ibid.* 46. Pecuniæ, quod supererat, dona et coronas Gylippo Lacedæmonem ferenda tradit, ipse in Thraciam profectus; Gylippo ejecto propter fraudem in eam pecuniam commissam sententia lata est, non esse in civitatem recipiendum argenteum et aureum nummum, sed a majoribus tradito utendum; Lysandri amicis resistentibus decretum factum est, publice eam pecuniam esse recipiendam, si quis privatim possidere deprehendatur, morte puniendum esse, V. 527, 52; V. 528, 20 *sqq.*; *cfr.* V. 69, 13. Statuæ aliaque donaria Delphis ab eo dedicata, V. 529, 12 *sqq.* Fastus ejus, aræ a civitatibus ei positæ, pæanes ei cantati, V. 529, 23 *sqq.* Poetarum laudes ambit, V. 529, 35 *sqq.* Facinora violenta, quæ et suo fastui et amicorum gratiæ indulgens perpetrat, ut in Milesios; a Pharnabazo Spartæ accusatus scytala missa revocatur et amicus ejus Thorax morte afficitur, V. 529, 52 *sqq.* A Pharnabazo, quem alias litteras priores revocantes sibi dare precatur, deceptus et accusatione gravi perturbatus mox, ut eam vitet, sibi ad templum Ammonis ascendendum esse refert apud ephoros et ægre veniam abeundi impetrat, V. 530, 50 *sqq.* Quum eo absente reges consilia inierint de ejiciendis sodalitiis a Lysandro urbibus impositis et Athenienses vicerint triginta tyrannos, Lysander reversus Lacedæmoniis persuadet, ut paucorum in urbibus principatui opitulentur, a Pausania autem, quin triginta tyrannos reducat, impeditur, V. 531, 35 *sqq.* Exempla ferocis Lysandri sermonis, V. 532, 9 *sqq.* Agide defuncto Lysandri maxime opera factum est, ut Agesilaus, quem diligebat, pro Leotychida rex constitueretur, V. 532, 26 *sqq.*; *cfr.* V. 711, 21; V. 712, 11 *sqq.*, *ibid.* 33; V. 790, 28.
Agesilaum ad expeditionem in Asiam suscipiendam incitat amicos, quos in Asia habebat, litteris jubens, ut ad bellum contra barbaros Agesilaum a Spartanis ducem poscant (*cfr.* V. 713, 42 *sqq.*); comitatur eum primus inter triginta consiliarios habitus (*cfr.* V. 714, 6 *sqq.*); cum in Asia autem majore in honore haberetur quam Agesilaus (*cfr.* V. 714, 37 *sqq.*), hic invidia motus sensim omni modo Lysandri potentiam infringere studet (*cfr.* V. 714, 32 *sqq.*; V. 715, 6 *sqq.*; M. 645, 49); colloquium Laconicum, in quod tandem Lysander cum Agesilao venit (*cfr.* V. 715, 26 *sqq.*), V. 533, 3 *sqq.* Exinde ab Agesilao in Hellespontum missus legatum ad eum Spithridatem Persam traducit, V. 534 10 *sqq.*; *cfr.* V. 715, 32 *sqq.* Spartam reversus Agesilao infensus et majoris, quam hoc in reipublicæ statu adipisci possit, honoris dignum se æstimans, regiam dignitatem a duobus Eurypontidarum et Agiadarum familiis ad omnes Heraclidas, vel ut alii autumant, Spartanos traducere statuit, V. 534, 15 *sqq.*; *cfr.* V. 715, 36 *sqq.* Civibus id, quod velit, persuasurus, orationem hac de re scriptam a Cleone Halicarnasseo meditatur (*cfr.* V. 715, 22; M. 258, 46; M. 282, 46); oracula Pythiæ et Ammonis pecunia sollicitans repudiatur, V. 554, 41 *sqq.* Narratur fabula, quam Lysander ad exsequendum suum consilium contexuerat, V. 535, 14 *sqq.* Incidit consiliis ejus bellum Bœoticum, cujus causam alii Lysandro, alii Thebanis, alii utrisque adscribunt, V. 535, 46 *sqq.*
Ephoros ad bellum contra Thebanos incitat, ipse dux creatus cum exercitu per Phocidem profectus, pugna ad Haliartum commissa, occisus est exercitusque fugatus, V. 536, 23 *sqq.*; *cfr.* V. 570, 22. Induciis factis Lysandri corpus in Panopæorum agro humatur, ubi monumentum ejus, V. 537, 19 *sqq.* Oraculum Lysandri fatum indicans, V. 537, 53; *cfr.* M. 497, 35. Oraculum, quod Thebanis pugnam ad Delium et victoriam ad Haliartum prædicavit, V. 538, 13. Paupertas Lysandri post mortem demum patefacta, V. 538, 24. Quum Agesilaus orationem de republica scriptam a Lysandro invenerit eamque ad cives efferre velit, Lacratidas primus inter ephoros eum inhibet, V. 538, 30 *sqq.* (*cfr.* V. 750, 22; M. 258, 46; M.

282, 46). Honores Lysandro habiti; mulcta iis irrogata, qui morte pauperiem ejus arguente, sponsalia, quæ filiabus fecerant, abnuebant, V. 538, 44 *sqq.*; *cfr.* M. 283, 11. Stellæ, quas de navali pugna ad Ægospotamos dedicaverat, ante diem pugnæ ad Leuctra perierunt et ex ipsius statua lapidea tantum pullulavit silvestris herbæ, ut faciem ejus tegeret, M. 485, 24.

Apophthegmata, M. 86, 2 (οἱ λόγοι σου πόλεως δέονται, *cfr.* M. 229, 40; M. 282, 21; M. 259, 19; V. 532, 14); M. 168, 7, *sqq.* (de filiabus; *cfr.* M. 229, 23; M. 267, 32; M. 281, 43; V. 518, 44): M. 229, 23, 2 (ὅπου μὴ ἀφικνεῖται ἡ λεοντῆ, προσαπτέον εἶναι τὴν ἀλωπεκῆν, *cfr.* M. 282, 3; V. 522, 1 *sqq.*; 3 (ὁ τῆς μαχαίρας κρατῶν βέλτιστα περὶ γῆς ὅρων διαλέγεται, *cfr.* V. 532, 12; M. 282, 13); 4 (de lepore fossam transiliente; *cfr.* M. 282, 24; V. 532, 21 *sqq.*); M. 972, 11 (ἐν Λακεδαίμονι κάλλιστα γυρῶσιν); M. 288, 23 (ὅπως ὁ Χάρων ἐνίκησεν αὐτόν; Τῷ πολυμηχανίᾳ); M. 281, 43 *sqq.*, *ibid.* 47 (de veritate et mendacio); M. 282, 5 (τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις δεῖ ἐξαπατᾶν, τοὺς δὲ ἄνδρας ὅρκοις); M. 282, 9 (Ἑαλώκαντι ταὶ Ἀθᾶναι), *ibid.* 17 (πότερον ὀρθοῖς τοῖς δόρασιν ἢ κεκλιμένοις διαπορεύηται τὴν χώραν αὐτῶν), *ibid.* 30 (ad sacerdotem in Samothrace), *ibid.* 36 (de optima reipublicæ forma), *ibid.* 39 (de duobus bobus), *ibid.* 43 (ad convicia in ipsum conjicientem).

Lysander, Atheniensis, ex Lycurgi oratoris genere, M. 1027, 27.

Lysander, Libyis filius, Spartanus, V. 951, 22, *ibid.* 25. Ephorus creatus Agidis legem suadet, V. 952, 26, *ibid.* 42. Leonidam regem in judicium vocat, V. 954, 1 *sqq.*

Lysandra, Simonis filia, M. 915, 20.

Lysandridas, Megalopolitanus nobilis, captus a Cleomene, V. 973, 35 *sqq.*

Lysanias, Lysiæ oratoris avus, Syracusanus, M. 1018, 1.

Lysanias, Mallotes, *cit.*, M. 1049, 27, (περὶ Ἐρετρίας).

Lysanoridas, Spartanus, harmostes Thebarum, quibus amissis pecunia mulctatus Peloponneso excedit, V. 340, 8; *cfr.* M. 695, 50; M. 697, 10.

Lysia, Apharei filii adoptivi Isocratis uxor, M. 1023, 13.

Lysias, orator Atheniensis, Cephali filius, qui Syracusis Athenas commigraverat. Vita ejus, M. 1018, 1 *sqq.* (de genere). Quando natus, *etc.*, M. 1018, 6, 47 (*cfr.* M. 1017, 43; M. 1019, 43; M. 1033, 36). Quindecim annos natus coloniæ Sybarim deducendæ fit particeps, M. 1018, 10 *sqq.* Post cladem Atheniensium acceptam in Sicilia redit Athenas, relegatus a triginta tyrannis Megaram fugit, revertitur cum Thrasybulo et Athenis est mortuus, M. 1018, 20 *sqq.* Amator Melaniræ meretricis, M. 1010, 9. Numerus orationum, M. 1018, 47. Oratio contra Archinum, V. 1018, 51; adversus triginta tyrannos, M. 1019, 1; *cfr.* M. 51, 53; duæ, quas Iphicrati conscripsit in Timotheum, M. 1019, 25; pro filio Antiphontis, M. 1015, 22; contra Eratosthenem, M. 428, 39. Laudantur præterea ejus præcepta artis oratoriæ, conciones, epistolæ, laudationes funebres et amatoriæ, item defensio Socratis, M. 1019, 3. Oratio quam in solemni conventu Olympico recitavit, M. 1019, 31. Scitum de oratione sæpius recitata, M. 610, 17. Variæ de eo annotationes ex scriptoribus, M. 1019, 7. De iis, qui Lysiæ potissimum orationi Catonis similem fuisse pronuntiaverunt, V. 408, 48. Lysiæ dicendi genus gracile, Ps. 120, 3.

Lysias, musicus, M. 1383, 14 (persona dialogi).

Lysicles, ovium caupo, per Aspasiæ consuetudinem principem inter Athenienses locum obsecutus esse fertur, V. 197, 35.

Lysicles, natus Aphareo filio adoptivo Isocratis, M. 1023, 12. Prætor Atheniensis accusatur a Lycurgo oratore, M. 1027, 48.

Lysidice, Pelopis ex Hippodamia filia, Pitthei germana, V. 4, 17.

Lysidonidas, Atheniensis, M. 1015, 26.

Lysimacha, antistita Minervæ Poliadis Athenis; dictum ejus, M. 646, 28.

Lysimachus, Aristidis Justi pater, V. 135, 2; V. 380, 8; V. 399, 13; V. 575, 45.

Lysimachus, Aristidis filius, V. 400, 27, *ibid.* 31.

Lysimachus, Aristidis filia natus, V. 400, 44.

Lysimachus, archon Atheniensis, M. 1019, 42.

Lysimachus, Atheniensis, Isocratem de bonorum permutatione postulat, M. 1022, 51.

Lysimachus, Acarnan, unus de Alexandri Magni educatoribus, V. 796, 1; V. 809, 32.

Lysimachus, dux Alexandri, post Antigoni mortem regum potentissimus, V. 1078, 22. Diadema ferre cœpit, V. 1070, 17. Captus et liberatus a Dromichæta Getarum rege, V. 1083, 3 (*cfr.* V. 1091, 45; M. 672, 7). Pax facta cum Pyrrho, falsa Lysimachi epistola, V. 460, 39 *sqq.* Inita belli societate cum Seleuco et Ptolemæo in superiorem Macedoniam ex Thracia irrumpit, V. 463, 42; *cfr.* V. 1086, 18 *sqq.* Pyrrho Demetrium ejicienti supervenit et ab eo impetrat ut regnum inter se partiantur, V. 464, 32; *cfr.* V. 1087, 6 *sqq.* Debellato in Syria Demetrio statim Pyrrhum aggressus metu proditionis cogit, ut cum Epirotica et sociorum manu abeat, Macedonia Lysimacho relicta, V. 465, 12 *sqq.* Adversus Demetrium Poliorcetam Solos obsidentem castra habens orat, ut machinas ipsi suasque naves navigantes ostendat, V. 1071, 50. Stomachus ejus in Demetrium Poliorcetam; dicteria, V. 1074, 46. Bellum contra Demetrium in Chersoneso, V. 1078, 19. Asiaticas urbes Demetrio Poliorcetæ aufert, V. 1080, 43. Duas Ptolemæi filias unam sibi, alteram Agathocli filio matrimonio junxerat, V. 1078, 29. Plures ejus uxores, V. 1141, 28. Theodori Cyrenaici libertas dicendi erga Lysimachum, M. 732, 19. Varia, V. 824, 30; V. 830, 33; V. 1075, 41; V. 1091, 12; M. 767, 7. Canis ejus Hyrcanus, M. 1187, 34.

Apophthegmata, M. 219, 36 *sqq.* 1 (cum exercitu in potestatem Getarum venit; *cfr.* M. 151, 21; M. 672, 8); M. 414, 15 (νῦν Βυζάντιοι πρὸς ἐμὲ ἥκουσιν, ὅτε τῇ λόγχῃ τοῦ οὐρανοῦ ἅπτομαι).

Lysippe, Amazonum una, mater Tanais, Ps. 90, 28.

Lysippe, Teuthrantis Mysi mater, Ps. 97, 3.

Lysippus, fictor, Alexandri statuam solus fabricari jubetur, M. 410, 45; *cfr.* V. 794, 40. Statuæ militum Alexandri ad Granicum cæsorum, V. 803, 26. Simulacrum Alexandri leonem dejicientis cum canibus et Cratero opem ferente, V. 821, 32. Apellem vituperat, quod imaginem Alexandri fulmen manu tenentem pinxerit, M. 440, 44.

Lysippus, Achæorum prætor, V. 433, 32.

Lysis, Pythagoricus, qui post Pythagoreorum cædem Metaponti editam Thebas se confert, M. 704, 16 *sqq.* Monumentum ejus ad Thebas, M. 698, 49; M. 700, 8; M. 707, 21 *sqq.*, *ibid.* 37. Lysidis anima evocatur, *ibid.* 38. Rite sepultus est ab Epaminonda, M. 707, 41 *sqq.* *Citatur*, M. 1389, 27.

Lysistratus, archon Atheniensis, M. 1023, 4.

Lysitheus, Thebanus de conjuratis Pelopidæ, M. 721, 14.

Lysithides, Atheniensis, Thrasybuli sobrinus, discipulus Isocratis, M. 694; M. 695, 33; M. 1020, 38.

Lysius deus, id est Bacchus, M. 82, 18.

M.

M, littera in sortibus, quid significet, M. 208, 34.

Μάκαρες νῆσοι, *vide* Atlanticæ insulæ.

Macareus, filius minimus natu Æoli regis Etrusci, M. 384, 15.
Macaria, Herculis filia, V. 345, 15.
Macedones barbam cur radant, V. 3, 15. Contra Macedones Demosthenes Græciam concitat, V. 1018, 52. Macedones Alexander uno dicto ad officium reducit, V. 824, 35 *sqq*. In Macedones milites Alexandri clementia et liberalitas, V. 840, 26. Macedonum præsidium Athenarum urbe pellitur, V. 1243, 16. Aratum fundunt, V. 1242, 48. Dedunt se Æmilio Paulo, V. 320, 15. Macedones δάνον mortem appellant, M. 26, 27. Philippi regis de Macedonibus dictum, M. 212, 26. Littera B pro Φ utuntur, Bilippum, Balacrum, Beronicam dicentes Philippum, Phalacrum, Pheronicam, M. 360, 52 *sqq*. Macedonum centum cum totidem Persidibus conjugium, M. 404, 36 *sqq*. Βόρβορος, vox Macedonica, M. 728, 48.
Macedoniam Demetrius occupat, V. 1081, 8 *sqq*. Macedonia Pyrrhus spoliatur a Lysimacho, V. 465, 13 *sqq*. Macedoniæ angustias Nasica occupat, V. 314, 2 *sqq*. Macedonia Romanis quando subjugata, V. 1092, 21.
Macellum, locus Romæ, ubi carnes publice venduntur, M. 342, 17.
Macellus, latro quidam, a quo Macellum, locus, ubi Romæ carnes publice venduntur, nomen usurpavit, M. 342, 24.
Machæra lapis, in Marsya fluvio, Ps. 88, 33 *sqq*.
Machærionas Lacedæmonii dicunt eos, qui ab Anticrate percussore Epaminondæ genus ducunt, V. 734, 41.
Machætes, Macedo; dictum ad Philippum interrogati, ad quem provocet, M. 213, 20.
Machanidas, tyrannus Lacedæmoniorum, in pugna ad Mantineam Philopœmenis manu cadit, V. 431, 47 *sqq*.
Machares, Mithridatis filius, Bospori rex, coronam Lucullo mittit mille aureis confectam, orans, ut inter populi Romani socios recipiatur, V. 605, 42.
Macræ, locus Siciliæ, V. 1156, 47.
Macrinus, de nomine, V. 485, 4.
Macris, nutrix Junonis, occultatam in Cithærone monte quæritat, Fr. 18, 25 *sqq*.
Mæander, tyrannus Sami ob irruptionem Persarum Spartam venit, Cleomenis vero consilio inde cedere jubetur, M. 275, 9.
Mæander, Cercaphi et Anaxibiæ filius, bellum contra Pessinuntios gerens, Matri deorum pollicetur, si victoriæ tropæa reportarit, eum, qui primus sibi congratuletur, sacrificatum iri. Archelaus filius, soror et mater primi occurrunt et mactantur, Mæander præceps decidit in fluvium Anabænta, quem ab eo postea dixere Mæandrum, Ps. 87, 3 *sqq*. Demostrati Apamensis alia hujus historiæ relatio, *ibid*. 20 *sqq*.
Mæander fluvius Phrygiæ. De Fluviis IX, Ps. 87, 3 *sqq*. Prius cur sit vocatus Anabænon, *ibid*. 4; cur denominatus Mæander, *ibid* 3-29; de Sophrone lapide, *ibid*. 30 *sqq*.; de Sipylo monte, unde sit dictus, *ibid*. 37 *sqq*.; de lapide, quem pii filii in templo Matris deorum recondunt, *ibid*. 44 *sqq*.
Mæcenas, M. 252, 20; V. 1111, 20. In Cabbæ convivio, M. 928, 37. Cæsaris Octaviani commentarii ad Mæcenatem et Agrippam, V. 1058, 49. Mæcenatis convivium et mensa, Fr. 56, 19.
Mædi, populus Thraciæ, V. 797, 53.
Mædica, Thraciæ regio, V. 558, 6.
Mægæus, frater Pharnabazi Persæ, V. 255, 2.
Mælius (Sp.), tyrannidem affectans interficitur a Servilio Ahala, V. 1173, 28.
Mæmacterion mensis, V. 397, 27.
Mæmactes, *vide* Jupiter.
Mænis piscis, quo utuntur ad fulminum expiationem, V. 84, 8.
Mæon, Cumæus, ab Apelle fratre tutor relictus Critheidis filiæ, virginitatem puellæ violat, quæ Phemio Smyrnæo in matrimonium data, Homerum parit, Ps. 100, 36, *ibid*. 41 *sqq*.; Ps. 104, 1.
Mæon, Lydorum rex, Critheidem dono datam uxorem ducit, ejusque filium Homerum enutrit, Ps. 101, 14 *sqq*.
Mæotis palus, V. 490, 41, *ibid*. 51; V. 599, 1; V. 760, 37; V. 823, 31; Ps. 84, 3.
Magas, frater Ptolemæi Soteris, Philemonis histrionis cervicibus nudum imponi a lictore gladium jubet, deinde eum dimitti, M. 545, 29; *cfr*. M. 535, 27.
Magas, frater Ptolemæi Philopatoris, V. 978, 49.
Magi, a Septem Persis interficiuntur, M. 1001, 20. Fabulæ eorum de Oromazis et Arimanii bellis, de procreationibus deorum ac dæmonum, de ovo, de futuro sæculo aureo, M. 452, 22 *sqq*. Terrestrem echinum quam maxime venerantur, mures aquatiles oderunt diisque carum et beatum judicant eum, qui plurimos interfecerit, M. 814, 40, *ibid*. 45. Varia, M. 333, 49; M. 861, 15.
Magna Mater, M. 927, 13; M. 932, 40. Magnæ Matris carmina, M. 1395, 5.
Magnes, quo modo ferrum attrahat, M. 1230, 12 *sqq*. Magnetis vim allium ei inunctum debilitat, M. 777, 27.
Magnesia, Thessaliæ regio, V. 448, 31.
Magnesia, urbs ad Mæandrum, V. 151, 49. Themistoclis sepulcrum in foro; honores posteritati Themistoclis habiti, V. 153, 30 *sqq*.; V. 154, 1.
Magnetes, incolæ Magnesiæ, regionis Thessaliæ, V. 352, 18; V. 355, 13; V. 450, 46; M. 777, 26. Hominum primitiis Pythicum donant, M. 490, 24. Chironi primitias offerunt, quod primus medicinam fecisse existimatur, M. 784, 47. Magnetum Cretinæ, Ps. 168, 18.
Magni dei, id est Manes, M. 785, 9.
Mago, dux classis Carthaginiensium, ab Iceta arcessitus Syracusas occupat, V. 292, 29 *sqq*., *ibid*. 51; V. 293, 13. Proditionis suspicione motus Iceta relicto in Africam redit, V. 293, 51 *sqq*. Mortem sibi ipse consciscit, V. 295, 43.
Maja, Mercurii mater, M. 351, 40.
Majus, mensis, a Maja nominatus, Mercurio sacer, V. 86, 29; vel a majore dictus, *ibid*. *cfr*. M. 351, 28 *sqq*. (cur mense Majo mulieres non ducuntur?).
Malaca, urbs Hispaniæ, V. 651, 31.
Μαλαχοειδὴς στίχος, Ps. 173, 33; qualis, Ps. 174, 13.
Malcander, Bybli rex, uxorem habet Astartem, quam et Saosim et Nemanum, id est Minerviam dicunt, M. 436, 50.
Malchus, rex Arabicus, apud Antonium imperatorem, V. 426, 7.
Malcitas, Thebanorum dux adversus Alexandrum tyrannum post Pelopidæ mortem, V. 355, 10.
Malea, promontorium Laconicæ, V. 547, 39; V. 952, 30; V. 1230, 8; M. 1204, 19.
Maledictis (de) lex Solonis, V 107, 19.
Maleo, Arcadiæ vicus (?), M. 486, 9.
Malleus, quo Falerienses percutiunt ægrotantes, M. 386, 40.
Malli (Mallones, Malleoti?) Oxydraci, populus Indiæ, debellatur ab Alexandro Magno, V. 831, 10; V. 835, 24 *usque ad* 836, 9; M. 418, 10.
Mallius (Cn.) Maximus, victus ab Ambronibus, V. 496, 26.
Mallius, ex conjuratis Perpennæ contra Sertorium, V. 694, 2, *ibid*. 11.
Mallones, populus Indiæ, M. 401, 35; *cfr*. Malli.
Mamercus, Pythagoræ filius, V. 77, 49; V. 305, 39.
Mamercus, filius, qui ascribitur Numæ regi quique princeps habetur Æmiliorum familiæ, V. 77, 49; V. 88, 12, *ibid*. 16.
Mamercus, Catinensium tyrannus, V. 289, 28. Societatem cum Carthaginiensibus jungit, V. 300, 19. Victus a Ti-

moleonte apud Molum amnem, cum in Italiam navigarit et Lucanos adduxerit, Catina a comitibus Timoleonti traditur, ipse ad Hipponem Messanæ tyrannum confugit; Messana capta a Timoleonte causam dicit apud Syracusanos et eo, quo latrones solebant, supplicio afficitur, V. 302, 10 *sqq.* Carminibus tragœdiisque componendis jactabat se, elegia ejus in tropæum inscripta, V. 301, 1 *sqq.*

Mamercus, M. 383, 48 (*locus depravatus!*).

Mamertini, circa Messanam habitantes, Martiales dicti, depugnantur a Pyrrho, V. 474, 50 *sqq.*; V. 475, 30 *sqq.*; V. 743, 28. Mamertinis parcit Pompejus, Sthene orante, M. 247, 1; *cfr.* M. 995, 46 *et* V. 744, 2.

Mamurius, *vide* Veturius.

Mana Geneta; Quæst. Rom. LII, cur Manæ Genetæ canem immolant votoque petunt, ne quis domi natorum bonus fiat, M. 341, 42.

Mancinus (C.), dux Romanorum contra Numantinos magnis victus prœliis noctu discedere conatur et in loca difficilia detrusus a fuga intercluditur; Tib. Gracchus quæstor hostibus persuadet; ut fœdus ineant itaque exercitum servat, V. 985, 20 *sqq.* Ceterum Romani fœdus illud iniquius ferentes Mancinum consulem nudum vinctumque Numantinis dedunt, V. 986, 33.

Mandonium, vel Mandurium, Messapiæ in Italia urbs, V. 949, 45.

Mandragora, M. 791, 37; juxta vites nascens vinum soporiferum reddit, M. 18, 18.

Mandres, Mandrolyti filius, Ephesius, Ps. 168, 19. Citius Mandres cretinas vendidit, proverb., unde exstiterit, *ibid.* 17 *sqq.*

Mandro, Bebrycum Pityoessenorum rex, coloniam Phocæensem arcessit, M. 315, 9 *sqq.*

Mandroclides, Spartanus; dictum ejus ad Pyrrhum, V. 478, 39.

Mandroclides, Spartanus, Ecphanis filius, V. 951, 23 *sqq.*; V. 952, 43.

Mandrolytus, Ephesius, Mandris pater, Ps. 168, 19.

Manerotes, Malcandri regis filius, cum Iside avectus irato deæ vultu consternatus perit; canitur apud Ægyptios, musices creditus auctor; de voce, M. 437, 17 *sqq.*

Manes, cultus eorum secundum Numæ leges, V. 80, 30.

Manetho, Sebennita, apud Ptolemæum Soterem, M. 442, 36. Citata, M. 433, 33; M. 454, 7; M. 459, 36; M. 465, 2.

Mania, cognomen Demus scorti, V. 1075, 50.

Manilius, a Catone Majore senatu motus, quod interdiu, vidente filia, uxorem sit osculatus, V. 413, 45.

Manilius (C.), tribunus plebis, legem promulgat, ut Pompejus acceptis ad ea, quæ tenebat jam, Luculli et Glabrionis provinciis, contra Mithridatem et Tigranem bellum gerat, V. 756, 22 *sqq.* Repetundarum postulatus Cicerone prætore, liberatur, quum Pompeji causa, cujus erat amicus, fatigari videatur, V. 1032, 37 *sqq.*

Manipulus; unde ortum sit nomen, V. 25, 36.

Manis, antiquus Phrygum rex, Masses quoque dictus, M. 440, 27.

Manius, a Mitylenæis interfectus, V. 590, 28.

Manlius (M.) Capitolinus, primus Gallos in Capitolium enixos proturbat; præmium virtutis accipit, quod singuli ad quotidianum victum sumebant, V. 170, 38 *sqq.* Primum locum in civitate affectans, adversante Camillo, popularem auram captare coepit; semel jam accusatus et dimissus Camillo tribuno militum iterum in jus vocatus damnatusque de Tarpejo saxo dejicitur, V. 176, 51 *sqq.*; *cfr.* M. 352, 37 (nemini ex ea familia Marci pronomen datur).

Manlius (L.) Torquatus, filio victori et coronato collum securi abscindit, V. 214, 43; *cfr.* M. 379, 51 (ubi appellatur Manlius Imperiosus, dux contra Samnites).

Manlius (T.) Torquatus, quo consule cum M. Atilio belli portæ sunt clausæ, V. 87, 13; *cfr.* M. 395, 52.

Manlius (C.) Vulso, Gallos Asiaticos vincit, M. 319, 26.

Manlius (L.), quidam cum Catone Majore militans, V. 410, 13. Tribunus plebis cum Fulvio, V. 441, 21 (*idem*); Consularis vir, V. 989, 17.

Manlius (L.), ex Narbonensi Gallia auxilio venit Metello in Hispaniam, V. 685, 6.

Manlius (C.), dux Sullanorum militum, qui Catilinam sequuntur, V. 1035, 6.

Mantinea, Arcadiæ urbs; fœdus cum Atheniensibus, quorum contra Lacedæmonios pugna ad Mantineam, V. 237, 20 *sqq.*; *cfr.* V. 733, 23; M. 423, 20. Thebanorum victoria ad M., Epaminondæ mors, V. 334, 30 *sqq.*; *cfr.* V. 734, 36 *sqq.* Exstincta ab Achæis, colonia eo deducta Antigonea dicitur, V. 1249, 27. Institutio musica, M. 1396, 43. Atheniensium adversus Epaminondam equestre prœlium ad Mantineam, M. 423, 40 *sqq.*

Manumissio apud Romanos, V. 450, 6.

Maracanda (Maracatarda? Maraganda?), urbs Sogdianæ, M. 401, 32; M. 417, 49; M. 418, 40.

Marathon, vicus Atticæ, curia tribus Æantidis, M. 761, 27. Pugna adversus Medos ad M., V. 383, 33 *sqq.*; *cfr.* M. 428, 12 (dies festus); M. 1049, 52 *sqq.* (Herodotus refellitur). Dies pugnæ, V. 165, 1. De loci nomine, V. 17, 52 *sqq.*

Marathon, olim dicebatur Eurotas fluvius, Ps. 92, 40.

Marathonius taurus, a Theseo captus Apollini Delphis immolatur, V. 6, 43 *sqq.*; *cfr.* V. 13, 17.

Marathus, vir Arcas, Tyndaridas secutus, a quo nomen duxisse fertur Marathon pagus, V. 17, 52 *sqq.*

Marcellinus, evectus a Pompejo ad Cæsarem transit, M. 248, 13. Pompejo et Crasso consulatum iterum petentibus resistit, V. 770, 51 *sqq.*; *cfr.* V. 658, 4.

Marcellus, sequentis pater, V. 356, 2.

Marcellus (M. Claudius). Vita ejus, V. 356, 1 *sqq.*

De nomine ejus, robore corporis, studiis domi militiæque ab eo cultis, V. 356, 1 *sqq.* Fortitudo ejus maxime excellens in certaminibus singularibus; Octacilium fratrem in Sicilia periculo eripit; ædilis et augur creatus accusationem Capitolini collegæ suscipit, V. 356, 22 *sqq.* Consul creatus (V. 358, 40), ad Clastidium Gæsatarum regem Virdomarum singulari pugna interficit, tertius Romanorum imperator, qui spolia opima tulit; Gallos fundit, Mediolanum caput urbium Gallicarum capit, et Gallos in fidem accipit, V. 358, 50 *sqq.*; V. 359, 33 *sqq.*; *cfr.* V. 32, 6 *sqq.* Triumphus ejus, V. 360, 19 *sqq.* Post pugnam Cannensem ex Sicilia, ubi tum cum classe erat, initio mille quingentos viros Romam præsidio urbi mittit, post ipse ex senatus consulto Canusium venit; de institutis ejus bellicis, V. 361, 14 *sqq.*; *cfr.* V. 221, 27 *sqq*; M. 236, 21. Hannibalis milites victoria elatos et per agros grassantes multos perimit, Neapoli et Nolæ auxilium fert, Bandium Nolensem in fidem Romanis reducit, V. 361, 43 *sqq.* Pugna ad Nolam, V. 362, 28. Iterum consul creatus religione prohibitus magistratum ejurat et proconsul reversus Nolam altera pugna Hannibalem vincit; equites Numidas et Hispanos transfugas excipit, V. 363, 4 *sqq.*

Tertium consul factus in Siciliam transmittit, quam insulam Carthaginienses post belli successus et Hieronymi tyranni mortem iterum capessebant; de Romanis, qui fugerant ad Cannas et a senatu in Siciliam exsulati erant, scribit ad senatum, ut precibus eorum honesta reddatur militia, sed minima ex parte obtinet, qua de re postea senatum reprehendit, V. 363, 35 *sqq.* Leontinos urbem capit, deinde cum omni exercitu ad Syracusas ab

Hippocrate occupatas ducit; machinæ muris intentæ V. 364, 17 *sqq.*; *cfr.* V. 365, 51 *sqq.* Depellitur machinamentis Archimedis, V. 365, 31 *sqq.*; V. 366, 19 *sqq.* Interim obsidione durante Megara diruit, Hippocratem ad Acilas vincit, multas urbes ad defectionem a Carthaginiensibus permovet; dolo tandem Syracusarum plurimas partes, proditione Achradinam capit; urbs militibus diripienda datur, regii thesauri ærario reservantur, V. 367, 28 *sqq.*; V. 368, 4 *sqq.* Humanitas Marcelli Græcis ostentata; Nicias Engyinus patriam precibus servat, V. 368, 51 *sqq.* De donariis, quæ secum abstulit Marcellus, Syracusis ad bellum in Italia gerendum evocatus, V. 369, 54 *sqq.* Quod spectaculum Roma spoliis repleta præbuerit usque ad Marcelli tempora, V. 370, 4 *sqq.* Adversariis tertio triumpho resistentibus, magnum triumphum in Albanum montem ducit, minorem agens urbem intrat, V. 370, 35 *sqq.* Marcellum quartum consulem factum Syracusani, instigantibus ejus adversariis, injuriarum in se perpetratarum accusant; absolutus Syracusanis in gratiam reconciliatur; honores ei in posterum habiti a Syracusanis, V. 371, 22 *sqq.*

Ab hoc negotio adversus Hannibalem se convertit; instituta ejus a Fabii institutis diversa; primum Samnii urbes capit, quæ defecerant ad Hannibalem; prœlium ad Numistronem oppidum, V. 372, 18 *sqq.* Postquam Q. Fulvium dictatorem dixit, ipse in annum sequentem rursus pro consule contra Hannibale mittitur; prœlia ad Canusium, V. 373, 17 *sqq.*; V. 374, 1 *sqq.* Accusatus, quod æstatem Sinuessæ reficiendo exercitu consumat, dum Hannibal vastet Italiam, Marcellus non solum absolvitur, sed et quintum consul creatur, V. 374, 20 *sqq* ; V. 374, 34 *sqq.* Etruriæ motum sedat; omina varia; ardor ejus conflictandi cum Hannibale, V. 375, 7 *sqq.* Cum Crispino collega Hannibalis insidiis interficitur, filius sauciatus servatur, V. 375, 34 *sqq.*; *cfr.* V. 222, 2 *sqq.* Ossa ejus ab Hannibale argentea in urna filio mittuntur, qua de re variæ relationes; monumenta Marcelli Romæ et extra Romam, V. 376, 48 *sqq.*

Comparatio Pelopidæ cum Marcello, V. 378, 1 *sqq.*

Marcellus (Octacilius Claudius), Marci prioris frater, V. 356, 26.

Marcellus (M. Claudius), filius Marcelli, qui quinquies consul fuit, Virtutis et Honoris fanum ponit, votum a patre, M. 391, 37; M. 396, 10.

Marcellus (Claudius), tribunus militum sub Mario, V. 497, 35; V. 498, 4.

Marcellus (M. Claudius), collega Catonis Minoris in quæstura ejusque amicus, V. 915, 28 *sqq.*; V. 1035, 39.

Midæ fons cur antiquitus diceretur Marsyas fluvius Phrygiæ, Ps. 88, 3 *sqq*., *ibid*. 19.
Midas, Phrygiæ rex antiquus, cujus domicilium fuisse Gordium fertur, V. 804, 20. Bonam deam, quam Muliebrem dicunt Græci, matrem habuisse fertur, V. 848, 47. Omnia aurea esse vult, V. 125, 34. Silenum capit, M. 137, 39; M. 138, 5. Auream aram statuit Jovi Idæo consecratam, ubi Anchurus filius in terræ hiatum se dejecerat, M. 377, 26. Ob mœstitiam hausto tauri sanguine, ultro mortem sibi consciscit, V. 454, 21; *cfr*. M. 200, 21; Ps. 69, 39 *sqq*. Pede pulsat terram, ex qua exortus est aureus latex; sitienti vero Bacchus aquæ copiam præbet, quam Midæ fontem dicebant, postea Marsyam fluvium, Ps. 88, 3 *sqq*.
Midias, Atheniensis, oratoris pater ejusdem nominis, M. 1035, 43.
Midias, Anagyrasius, orator, M. 7, 30; M. 1029, 11; accusatur a Demosthene, V. 234, 33 (*cfr*. V. 1016, 17; M. 1035, 43).
Midias, Atheniensis, exsul apud Sullam, V. 550, 26.
Mieza, Macedoniæ urbs, V. 797, 2.
Milesia chlamys, V. 243, 14; M. 405, 28. Milesia domi, proverb., Ps. 164, 5.
Milesiaca, libri obsceni ab Aristide scripti, V. 673, 21, *ibid*. 27, *ibid*. 36.
Milesii, *vide* Miletus.
Miletia, una de Scedasi Leuctrensis filiabus, quarum historia narratur, M. 945, 12 *sqq*.
Miletus, Ioniæ urbs; Milesiorum contentio cum Cois de tripode aureo, V. 96, 3 *sqq*. Bellum adversus Naxios propter Neæram, M. 314, 3 *sqq*. Bellum contra Samios de Priena, V. 198, 19. Populi proceres trucidantur a Lysandro, V. 500, 5 *sqq*. Miletus expugnata ab Alexandro, V. 803, 39. Virgines animi incedit perturbatio et ad vitam suspendio finiendam furiosus agit impetus, M. 308, 3 *sqq*.; *cfr*. Fr. 8, 23. Milesii dejiciunt Thoantem et Damasenorem tyrannos; Plutis et Chiromacha sodalitates; Ἀσινάται, M. 367, 38. Milesii, unde sint orti, M. 1046, 32. Milesios obsidione liberant Eretrienses, M. 1049, 23.
Milichius, *vide* Jupiter.
Milo, Macedo, dux militum Persei regis, V. 314, 41, *ibid*. 48.
Milo (T. Annius), una cum Scipione et Hypsæo consulatum petit, V. 933, 12 *sqq*. Clodium de vi reum facit, V. 1047, 23. Clodium obtruncat, defenditur a Cicerone, verumtamen damnatur, V. 1048, 5 *sqq*.
Milo, socius Plutarchi nostri, M. 760; M. 761, 7.
Miltas, Thessalus vates, Academicus, Dioni expeditionem Siciliensem paranti socius adjungitur, V. 1153, 43; V. 1154, 32.
Miltiades, Atheniensis, Laciadès, Hegesipylam Olori Thraciæ regis filiam uxorem habet, V. 574, 5. In Chersoneso tyrannidem egit, M. 667, 51. Decretum, cujus vi Athenienses in prœlium eduxit Miltiades, M. 761, 37. Pugna ad Marathonem, V. 383, 16 *sqq*.; *cfr*. V. 135, 18; V. 422, 17; M. 375, 28. Pro victoria Marathonia coronam frondeam petit, V. 577, 18. Contra Themistoclem in concione navium parationem dissuadet, V. 135, 52. Damnatio et finis ejus, V. 574, 18; *cfr*. V. 400, 16 *sqq*.
Milto, pellex Cyri minoris, Aspasia ab eo dicta, V. 198, 11 *sqq*.
Mimallones, mulieres Macedonicæ, Bacchicis orgiis obnoxiæ, V. 793, 48.
Mimi, quorum alii ὑποθέσεις, alii παίγνια vocantur, M. 868, 35.
Mimnermus, V. 131, 23 (Solon adversus Mimnermum de vitæ longitudine). Citata, M. 540, 40 *sqq*. *et* 1140, 41. Mimnermus cecinit Cradiam nomum, M. 1386, 16.
Minæ pretium mutat Solon, ut cum ante septuaginta tres, nunc centum valeat drachmas, V. 103, 28.
Mindarus, Spartanorum dux classis (V. 246, 49), ad Cyzicum navali pugna ab Alcibiade victus ipse perit, V. 247, 28 *sqq*.
Minerva, Chalcioecus (*cfr*. M. 254, 8; M. 267, 28), Lacedæmone (narratio de compilatore, qui se ipsum prodiderit), M. 616, 39. — Optiletis, ita dicta a Lycurgo ob oculum sibi excussum, V. 54, 35 *sqq*.; *cfr*. M. 279, 22. — Ἀθηναίων μεδέουσα, tutelaris Athenarum dea, V. 139, 33 *sqq*.; *cfr*. V. 230, 40. — Poliuchis, M. 1046, 44. — Pæonia, Athenis, M. 1026, 53. — Minervæ Pronææ templum Delphis, M. 1006, 38. — Tritogeneia, de nomine, M. 466, 28. — Itonis, V. 477, 40, *ibid*. 42; *cfr*. M. 947, 11. — Ἐργάνη (*cfr*. M. 794, 53), Πολιάς, Βουλαία, M. 979, 35 *sqq*. Minervæ auxiliaris fanum Romæ, M. 379, 26.

Fabula de contentione cum Neptuno, deque olea, qua judicibus demonstrata vicerit; templum Neptuno et Minervæ commune Athenis; exempta secunda dies Boedromionis mensis, V. 145, 30 *sqq*.; *cfr*. M. 592, 49 *sqq*.; M. 904, 20, *ibid*. 24 *sqq*. Sacra Plynteria Athenis, V. 251, 19. Decima portio bonorum publicatorum Athenis Minervæ consecrata, M. 1016, 30. Minervæ aurea lucerna, V. 549, 37; *cfr*. M. 873, 14. Simulacrum a Phidia factum, V. 202, 21 *sqq*. (mundus illius simulacri, *ibid*.; *cfr*. M. 1009, 32; M. 1038, 23). Minervæ simulacro Phidias draconem addidit virgines custodiæ habere opus significans, M. 463, 50; *cfr*. M. 466, 18. Os Gorgonis in Minervæ statua, V. 139, 57. Trojanum Palladium, V. 166, 17. In somnis Periclem medicinam docet, V. 191, 40. Fistulam missam facit, M. 553, 12; *cfr*. V. 230, 40. Elaphebolia Hyampolide celebrata a Phocensibus, M. 302, 28. Templum Minervæ Lindi, V. 377, 22. Statua apud Ilienses cum inscriptionibus, V. 595, 6. Minervæ nomus, M. 1397, 21, *ibid*. 28. Templum Minervæ cum hieroglyphis, quod est Sai, M. 444, 52. Eadem ac Isis esse creditur, M. 433, 28.

Minerva Πολιάς; ligneum simulacrum ab indigenis Atticis ei positum, quod Athenienses hodieque servant, Fr. 20, 13. Statua Lindi posita a Danao, Fr. 20, 18 (in Callimachi versibus). Minerva Chalcioecus Spartæ, ita dicta ob æreum sacellum, Fr. 32, 33. Minerva tibia canentem laudat, Ps. 79, 5; Ps. 81, 12. Minervæ Chalcioeci in templo sunt consecrati Thrasydili lapides, Ps. 93, 5. Sacrarium in Ceraunio vel Athenæo monte apud Argos, conditum a Diomede, Ps. 95, 2. Minervæ pervigilium, Ps. 96, 20. Minerva Marti opposita, rationale irrationali, Ps. 127, 14. Minerva Herculi multis locis submisit calida lavacra, Ps. 146, 41. Minervæ felem, proverb., Ps. 167, 25 *sqq*.
Minoa, oppidum Siciliæ in ditione Carthaginiensium, V. 1155, 42.
Minoa, insula prope promontorium Megarense ejusdem nominis, V. 629, 29; V. 676, 12.
Minos, rex Cretæ, propter Androgeon dolo peremptum bellum facit Atticæ incolis, dum dii sterilitate et morbis regionem fœdant; Apolline præcipiente Minoem placant et fœdus faciunt, ut tributum nono quoque anno mittant septenos impuberes adolescentes totidemque virgines, V. 7, 5 *sqq*.; *cfr*. M. 568, 24 (plura hac de re sub voce Thesei). Clidemo auctore, Minos tempestate et persecutione Dædali in Siciliam ejectus vitæ ibi finem facit, V. 9, 30 *sqq*. Male audiebat apud Athenienses et

in theatris proscindebatur, V. 7, 47 *sqq.* Minos apud inferos, V. 418, 18 *et* M. 145, 17. Comparatur Zaleuco, Zoroastri, Numæ, Lycurgo, V. 74, 18. Minois filii olim Cyclades insulas inhabitabant, M. 728, 32. Minoes duo, V. 10, 35. Jovis filius justitiæ artem a patre didicit, M. 663, 27. Ps. 101, 38. Ps. 152, 27.

Minotaurus, in Creta; vulgaris et maxime tragica fama de isto deque pueris in Cretam deportatis refertur, V. 7, 16 *sqq.* Sequuntur, Philochoro auctore, Cretensium narrationes his de rebus Aristotelisque arbitrium, V. 7, 15 *sqq.* Minotauri unde orti, M. 1212, 43.

Minturnæ, Latii oppidum, V. 509, 8; V. 510, 10.

Minutius (M.) vel Minucius, unus quæstorum, qui lege quæstoria a Poplicola lata, primi sunt creati, V. 123, 28.

Minutius (C.), alius Poplicolæ æqualis, V. 117, 20.

Minutius (L.) Rufus, magister equitum dictus a Fabio Maximo, V. 210, 13. Importune pugnam poscit, V. 211, 34 *sqq.* Absente Fabio parvum successum aufert, V. 214, 1 *sqq.* Metilio referente imperium ejus dictatori æquatur, V. 214, 50 *sqq.* Exercitum cum Fabio dividit, V. 215, 28 *sqq.* Insidiis ab Hannibale structis circumventus summum in periculum adducitur, V. 215, 45 *sqq.* A Fabio periculo eximitur, V. 216, 24 *sqq.*; *cfr.* M. 236, 10 *sqq.* Post prœlium omni cum exercitu ad Fabium redit, patrem eum salutat ejusque se imperio submittit, V. 217, 3 *sqq.*

Minutius, dictator propter soricis occentum abdicare coactus, V. 358, 31.

Minutius (Sp.), pontifex maximus; dictum ejus, M. 107, 14 (μὴ χρῆσθαι λόγοις ἀσεμνοτέροις τοῦ βίου).

Minutius Thermus, Catonis Minoris in tribunatu plebis consul, V. 920, 54; V. 921, 10, *ibid.* 25.

Minyæ et Leleges, Trallianos urbe regioneque pellunt et invicem pelluntur, M. 372, 7.

Minyas, Orchomeni filius, pater Leucippæ, Arsinoæ et Alcathoæ, M. 369, 28.

Miraculis (de) disputatio, V. 157, 41 *et* V. 277, 38.

Miscere, de voce, M. 886, 19.

Miseni promontorium in Campania, V. 506, 44; V. 1109, 22.

Misericordia, quid, Ps. 137, 31.

Mithras, deus medius patatur inter Oromazem et Arimanium, Mesites hac de causa nuncupatus, M. 452, 10. Sacra ejus a piratis in Olympo instituta, V. 752, 47; V. 814, 1; V. 1207, 39. Mithras e petra procreat Diorphum, Ps. 98, 42 *sqq.*

Mithras (Mithrus?), Syrus, cui opem laturus Metrodorus philosophus in Piræeum descendit, M. 1341, 48; *cfr.* M. 1378, 10.

Mithridates, Persa quidam Cyrum minorem primus vulnerat, V. 1211, 25. Muneribus afficitur, quod equi stratum Cyri inventum retulerit, V. 1213, 18. Cum inter convivium verum se Cyri percussorem esse affirmaverit, rex se redargui indignatus eum inter scaphas necari jubet, quod crudelissimum supplicii genus describitur, V. 1213, 14 *usque ad* 1214, 50.

Mithridates, Persa ad Granicum occisus, M. 401, 21.

Mithridates, Ariobarzanis filius, educatus cum Demetrio Poliorceta, certior factus ab hoc de sinistro Antigoni consilio, fuga in Cappadociam abit et mox regnum Ponticum condit, V. 1063, 3 *sqq.*; *cfr.* M. 218, 44.

Mithridates Magnus vel Eupator, Ponti rex, a Marii verbis importunatus ad bellum excitatur, V. 505, 31 *sqq.* Interfectio centum quinquaginta millium Romanorum, V. 558, 40. Mithridates, quum Sulla ad bellum proficiscitur, Pergami degit (Galatarum præstantissimos sexaginta Pergamum evocatos perimit, M. 319, 44 *sqq.*), et imperia et tyrannides inter amicos dividit, Asia Bithynia et Cappadocia regibus adempta; filiorum alter Pontum et Bosporum tenet, Ariarathes Thraciam et Macedoniam magno subigit exercitu, Archelaus ducum maximus totum fere mare obtinet et Græciæ populos ad defectionem pertrahit, V. 547, 18 *sqq.* Archelaus et Taxiles duces ejus a Sulla apud Chæroneam profligantur, V. 551, 26 *usque ad* V. 555, 22. Iterum Archelaus et Dorylaus apud Orchomenum magnum amittunt exercitum et castra, V. 555, 29 *usque ad* V. 556, 40. Colloquium Archelai cum Sulla de pacis conditionibus, V. 556, 52 *sqq.* Dardani in Troade Mithridates cum Sulla convenit et pacem componit iis conditionibus, quæ cum Archelao convenerant; inde in Pontum navigat, V. 558, 16 *sqq.*; *cfr.* V. 590, 19; V. 692, 44.

Post pacem cum Sulla factam denuo bellum parans copias bene instructas cum apparatu utili congerit; deinde in Bithyniam invasionem facit, V. 592, 18 *sqq.*; *cfr.* V. 453, 13 *sqq.* Legatos mittit ad Sertorium; fœdus inter eos ictum, V. 692, 26 *usque ad* V. 693, 27. Pitanæ obsidetur a Fimbria, cui cum Lucullus recusarit classis auxilium, Mithridates elabitur, V. 589, 19 *sqq.* Classis ejus clades apud Lectum et Tenedum, V. 589, 52 *sqq.* Cottam vincit et Chalcedone includit, V. 592, 45 *sqq.* In Phrygia primum apud Otryas cum Lucullo convenit, inde noctu castris motis Cyzicum contendit et hanc urbem in obsidione habet; Lucullo vero insequente et commeatum ei succidente, in necessariorum venit difficultatem; itaque occasione data equos cum jumentis et peditum, qui nullo erant usui, in Bithyniam emittit, quos Lucullus apud Rhyndacum flumen assecutus ingentem edit stragem; Mithridates fugere conatus Aristonicum classis præfectum in mare Græcum ire jubet, quem Lucullus in suam potestatem redigit; ibi jam ipse Mithridates mari aufugit, terrestres ejus copias Lucullus ad Granicum flumen adortus concidit, V. 593, 15 *usque ad* V. 595, 49. Aliam ejus classem sub Isidoro et Mario ducibus apud Neas insulam Lucullus capit, V. 596, 5 *sqq.* Classem, qua ipse in Pontum festinat, tempestas disjicit et submergit, ipse piratico myoparone conscenso præter omnium spem Heracleam Ponticam salvus evadit, V. 596, 33 *sqq.* Æstate proxima Lucullum ad Lycum amnem ad pugnam provocat et equestri prœlio superior discedit; exinde ad Cabira castris oppositis aliquandiu prœlio abstinent, V. 598, 4 *sqq.* Compluribus prœliis duces nonnulli Mithridatis magna cum cæde opprimuntur; itaque inde discedere ratus, militibus tumultuantibus et duces nonnullos interficientibus, castris excidit et parum abest, quin in fuga expetatur a Romanis insequentibus, V. 599, 37 *sqq.* Hoc tempore Bacchidem eunuchum Pharnaciam mittit, ut sorores regias et uxores ad mortem adigat, V. 600, 40 *sqq.* Ipse ad Tigranem aufugit, V. 601, 23. Post Appii demum legationem in regiam vocatur, ubi cum Tigrane mutuas componit suspiciones, quod inter alios Metrodoro Scepsio et Amphicrati rhetori morti fuit, V. 604, 9 *sqq.* Secretæ ejus litteræ, V. 604, 33. Tigranem frustra a pugna dehortatur, V. 607, 47. Post pugnam ad Tigranocerta Tigranem convenit, V. 610, 4 *sqq.* Turpiter in pugna ad Artaxata fugit, V. 613, 16. Dum milites Luculli militiam detrectant, regnum recuperat et Fabio superato Sornatium et Triarium petit, V. 615, 26 *sqq.* Triarium, Luculli legatum, superat et castra ejus capit, V. 615, 33 *sqq.*

Bellum contra Pompejum; victus ad Euphratem, primum ad castellum Sinora et hospitio a Tigrane recusato per Colchidem fugit, V. 758, 7 *usque ad* 759, 17. Litteræ secretæ ejus de veneficiis et aliis rebus reperiuntur

a Pompejo, V. 761, 512 *sqq.* In Bosporo copias colligit, V. 762, 20. Cum jam bellum resuscitaturus ac per Pannonios et Scythas Italiam versus profecturus crederetur, (V. 764, 2 *sqq.*), mota a Pharnace filio seditione, sua ipsius manu mortem oppetit, V. 764, 24; *cfr.* V. 624, 2. Rei medicæ studuit; adulatores ejus, M. 69, 49 *sqq.* Sarmatica et Bastarnica ejus bella, M. 398, 32. Bibacitas ejus, cognomentum Dionysii; fulmen infantis cunas, rursum adolescentis sagittas incendit, M. 755, 25.

Mithridates, Parthus, Monæsis consobrinus, Antonium in reditu de periculis monet, V. 1118, 16; V. 1119, 8.

Mithridates, rex Commagenæ, Antonio contra Cæsarem belligeranti subditus, V. 1126, 5.

Mithridates, Ponticus, apud Nymphidium in calvitiem rugasque Galbæ ludit, V. 1261, 28; Galbæ jussu interficitur, V. 1262, 21.

Mithrobarzanes, primus amicorum Tigrani regi de L. Luculli adventu indicere ausus et contra Romanos missus facto prœlio occidit, V. 606, 52 *sqq.*

Mithropaustes, Persa, regis consanguineus, V. 151, 33.

Mitius, Argivus, cujus statua ærea in percussorem incidit, M. 669, 34.

Mitylenæi, Pittaco tyrannidem offerunt, V. 102, 30. Bellum contra Athenienses de Sigeo, M. 1045, 22. Liberantur a Pompejo Theophanis in gratiam, V. 764, 52. Ob Manium interfectum expuguantur a Lucullo, V. 590, 26 *sqq.*

Mixolydius tonus, M. 1389, 19 *sqq.*; M. 1394, 32 (additus a Terpandro); M. 1397, 2.

Μιξαργαγέτας, Castor apud Argivos appellatur, M. 365, 42.

Mnamias, dux Thebanorum adversus Persas in Tempe missorum, M. 1053, 34.

Mnaseas, Ciliensis, Zenonis philosophi pater, *citatur*, M. 447, 24.

Mnasigito, *citatur*, M. 364, 31.

Mnasitheus, unus de sociis Arati Nicoclem subvertentis, V. 1227, 38, 48.

Mnemosyne, mater Musarum, M. 11, 5; apud Apollinem versatur, M. 480, 42; Fr. 12, 12; Fr. 15, 3.

Mneno, solus e ducibus Græcorum, qui cum Cyro minore erant, morti eximitur, V. 1216, 3. *Lege* Meno.

Mnesalces, Armenius, filias suas ab Araxe rege mactatas ulciscens regis filias necat et in Scythiam transfretat, Ps. 98, 18 *sqq.*

Mnesarchus, Samius, Pythagoræ philosophi pater, M. 1067, 45.

Mnesareta, *vel* Phryne; aurea ejus statua Delphis, quam amasiæ suæ Praxiteles donum dedit, M. 489, 16, *ibid.* 21, *ibid.* 48; *cfr.* Phryne.

Mnesicles architectus, Propylæa exstruxit, V. 191, 32.

Mnesiphilus, Phrearrhius, philosophus neque rhetoricam neque physicam professus, sed qui sapientiæ sectam quandam a Solone propagasse putatur, Themistoclis fuit magister, V. 134, 26; *cfr.* M. 183, 9; M. 971, 38. Persona colloquii Septem Sapientum, M. 173 *sqq.* Colloquitur cum Themistocle, M. 1059, 25 (ex Herodoto).

Mnesiptolema, Themistoclis filia, Archeptoli fratri nupta, V. 152, 7, *ibid.* 23; V. 153, 25.

Mnesitheus, medicus, *cit.*, M. 1124, 9.

Mnestra, mulier quædam a Cimone Atheniensi culta, V. 575, 6.

Mnevis, bos niger Osiridi sacer, qui Heliopoli nutritur et proxime secundum Apin colitur, cujus pater est nonnullorum sententia, M. 445, 26.

Moderatus, Pythagoricus, *cit.*, M. 886, 37.

Modestus, communicata cum Sosicle opera versus compingit, M. 749, 14.

Modorum verbi variatio apud Homerum, Ps. 116, 31 *sqq.*

Mœragenes, Atheniensis, dialogi persona, M. 816, 2.

Mœrocles, orator Atheniensis, V. 1017, 19; tradi sibi postulatur ab Alexandro, V. 1022, 32.

Molæ, quid, M. 173, 8.

Molionidæ, quorum corpora in unum coaluisse existimatum est, M. 580, 5; *cfr.* M. 1325, 37; ab Hercule apud Cleonas occiduntur, M. 489, 3.

Mollis versus, Ps. 173, 33; qualis, Ps. 174, 13.

Molon, Apollonii Rhodii rhetoris pater, V. 845, 9; *cfr.* V. 1029, 41.

Molossi, Æacida ejecto Neoptolemi liberos in regnum reducunt, V. 457, 26; V. 17, 20; V. 148, 9, *ibid.* 20. Series regum Molossorum, V. 457, 1 *sqq.*

Molossis terra, in Epiro, M. 366, 18.

Molossus, dux Atheniensis contra Philippum in Eubœa, re infeliciter gesta vivus in hostium manus pervenit, V. 892, 9.

Molpadia, Amazon, V. 15, 7.

Molpagoras, Ion, M. 174, 48.

Molpus, tibicen, falsum testimonium contra Tenem dicit, M. 366, 43.

Molus, amnis, præter Chæroneam fluens, V. 553, 11; V. 555, 11.

Molus, Merionis pater; simulacrum ejus, quod Cretenses in sacrificio quodam ostendunt, M. 508, 39.

Molycria, Ætoliæ urbs, M. 192, 46.

Momorus, et Atepomarus, principes Galliæ Celticæ a Seseroneo regno dejecti Lugdunum urbem condunt, Ps. 85, 4 *sqq.*

Monæses, Parthus nobilis et potens, confugit ad Antonium imperatorem, qui tres ei urbes dono dat; mox moritur, V. 1112, 23.

Moneta Juno; ædes ejus Romæ, V. 35, 35; V. 177, 38.

Monime, Milesia, Mithridatis regis uxor, ab eo ad mortem adigitur, V. 600, 44 *sqq.*; *cfr.* V. 762, 7.

Monophagi; Quæst. Græca, qui sunt, qui in Ægina Monophagi dicuntur? M. 371, 28.

Monoschemus, figura versus, Ps. 174, 39; qualis sit, Ps. 175, 1 *sqq.*

Mons sacer, V. 258, 10. De Fluviorum et Montium nominibus, Ps. 80, 4 *sqq.*

Monstra, ut nascantur, M. 1106, 40 *sqq.*

Mopsi oraculum in Cilicia; narratur de præfecto quodam, qui oraculo illuserit, M. 528, 5 *sqq.*

Mora, nomen cohortis apud Lacedæmonios; de numero moræ, V. 342, 29.

Moralis philosophia, quid Stoicis, M. 1065, 21, *ibid.* 23. Moralis scientia, philosophiæ pars, Ps. 124, 43.

Morbus sacer, M. 923, 12.

Moriam, id est, ficum sacram exscindi ab Atheniensibus prohibitum, M. 857, 17.

Moriseni, Ps. 77, 50 (*vide versionem*).

Μωρότερος Διονύσου, proverb, Ps. 166, 54 *sqq.*

Mors colitur Spartæ, V. 964, 15; δάνος dicitur Macedonibus, M. 26, 27. Mors et somnus ad animamne an ad corpus pertineant, M. 1112, 15. Mortis quæ sint causæ, M. 1111, 37 *sqq.* De optimo mortis genere Cæsaris dictum, M. 251, 36. De vocabulis mortis notionem exprimentibus, Fr. 9, 6, 23, 30, 32 *sqq.*

Mortuis maledicere vetat Solonis lex, V. 107, 19. Cur, quos peregre mortuos falso fama nuntiavit, reversos non per fores admittant, sed ipsi conscenso tecto in domum se demittant, M. 326, 33. Mortuorum supplicia apud inferos, M. 684, 54 *sqq.* Mortuorum animæ in Britanniam insulam transfretari feruntur, Fr. 20, 41 *sqq.*

Morychi Bacchi, proverb., Ps. 166, 54 *sqq.* Morychus cur dicatur Bacchus, Ps. 167, 3 *sqq.*

Μωρύξαι, quid, Ps. 167, 5.
Moschici montes, pars Caucasi, V. 760, 9.
Moschio, medicus, M. 799, 13; persona dialogi de tuenda sanitate, M. 146 *sqq.*
Motu (de) placita philosophorum, M. 1077, 37. Motuum sex circumstantiæ, M. 1094, 16. Varia de motu, M. 1314, 1 *sqq.* De motibus terræ, Ps. 128, 35-51. Homerus quid de terræ motibus et de deliquiis senserit, Ps. 128, 45, *ibid.* 51—129, 32.
Mucia uxor Pompeji nuntium ab eo remissum accipit, quod per ejus absentiam intemperantius vixerit, V. 765, 16.
Mucianus, exercitus præfectus in Syria, Othoni adstipulatur, V. 1272, 51.
Mucius Scævola, Porsenam interficere suscipit; manum igni imponit; dictum ad Porsenam, V. 126, 39 *sqq.*; *cfr.* M. 376, 17; M. 390, 25. De cognomine Scævolæ et alio de nomine ejus Postumi, V. 127, 1 *sqq.*
Mucius (Q.) Scævola, socer Marii junioris, V. 507, 54; V. 508, 5.
Mucius, cliens quidam Tib. Gracchi, ab hoc in M. Octavii locum tribunus plebis suffectus, V. 990, 27.
Mucius (P.) Scævola, jurisconsultus, consul, primæ legis agrariæ a Tib. Graccho latæ assensor, V. 987, 47; V. 993, 26. Morbo pediculari exstinctus fertur, V. 567, 21.
Mucius (Q.) Scævola, jurisconsultus, senatus princeps, Ciceronis patronus, V. 1028, 38.
Mugilis piscis astutia, M. 1195, 35. Mugil jejunat, proverb., Ps. 164, 30.
Mulierum in honorem quæ sint constituta apud Romanos, V. 35, 24 *sqq.* Lycurgi leges de mulieribus, V. 56, 39 *sqq.*; V. 66, 30; V. 91, 47. Solonis leges de mulieribus, V. 107, 43. Varia, V. 159, 5; V. 197, 32 *sqq.*; V. 479, 6. Germanorum mulieres sacræ, V. 855, 27. Cur cognatos osculo salutarent mulieres Romanæ, M. 327, 15. Eædem cur antiquitus neque molerent, neque coquerent, M. 351, 21. Mulier sæpius concumbens cur non concipiat, M. 1106, 49 *sqq.* Plutarchi ex libro, quod mulieres etiam erudiendæ sint, Fr. 41, 37. *Vide etiam* Feminæ.
Mullus, piscis, M. 1204, 1 (leporem marinum interficit, Junoni Argivæ sacer).
Mulus Athenienſium decreto publice nutritus, M. 1187, 14. Mulus Thaletis, M. 1188, 32. De mulo Lydo suam in flumine imaginem contemplante fabula, M. 178, 10. Mulæ cur steriles, M. 1108, 20 *sqq.*; *cfr.* M. 1177, 35.
Mummius (L.) Achaicus, Corinthum cepit et delevit, V. 484, 37 (*cfr.* V. 440, 25; V. 676, 1; M. 898, 42). Scipionis collega in dedicatione Herculei fani non adhibetur, M. 996, 25. Versu quodam Homerico a puero exarato ad misericordiam movetur, M. 898, 42 *sqq.*
Mummius (C.), Sullæ legatus, V. 546, 20.
Mummius, Crassi legatus, victus a Spartaco, V. 654, 54 *sqq.*
Munatius Plancus, defenditur a Cicerone, absolutus Ciceronis socium Sabinum accusat, V. 1041, 49. Ambitus accusatus et damnatus, V. 934, 5. Cum Antonio in Gallia se conjungit, V. 1102, 1. Catonem minorem sequitur in Macedoniam, V. 910, 16 *sqq.* (*cfr.* V. 919, 21; V. 922, 48, 53; V. 936, 6). Ex rebus in Cypro gestis Catoni offensus postmodo, Marcia intercedente, ei reconciliatur, V. 926, 47 *sqq. usque ad* V. 927, 37. Edidit librum de Catone, V. 927, 2.
Munda, Hispaniæ urbs, V. 875, 41.
Mundus, fossæ nomen Romæ circum Comitium ductæ, V. 27, 22.
Mundus, quid sit theologis, M. 474, 40. Mundi conflagratio, M. 506, 30, *ibid.* 38. De pluribus vel infinitis mundis, M. 515, 8 *sqq.* De mundi unitate Aristotelis argumenta, M. 516, 7 *sqq.* Mundorum varii motus, M. 517, 1 *sqq.* Mundi quinque cur, M. 519, 4. Placita philosophorum: quomodo coaluerit mundus, M. 1069, 50 *sqq.*; an unicus sit, M. 1070, 33 *sqq.* Ad dei nos deduxit cognitionem, M. 1071, 39. Non a deo conditus, M. 1073, 25. De mundo, quid sit, M. 1080, 1 *sqq.* De figura mundi, M. 1080, 17 *sqq.* An expers interitus sit mundus, *ibid.* 35 *sqq.* Unde alatur mundus, *ibid.* 46 *sqq.* A quo elemento mundi opificium sit orsus deus, M. 1081, 7 *sqq.* De ordine mundi, M. 1081, 31 *sqq.* De inclinatione mundi, M. 1082, 3 *sqq.* De eo, quod est extra mundum, an id vacuum sit, M. 1082, 14 *sqq.* De partibus mundi, *ibid.* 24. Mundus a deo factus, M. 1240, 44 *et* M. 1241, 8. Ante mundum creatum quid fuerit, M. 1241, 14. Mundus orbicularis, Ps. 125, 19. Mundum finitum et unum esse quomodo ostendat Homerus, Ps. 127, 22 *sqq.*
Munitus, Demophontis ex Laodicea filius, Trojæ educatus ab Æthra, V. 18, 39.
Munychia, arx Atheniensis, V. 899, 16. Epimenidis de ea dictum, V. 101, 12 *sqq.*
Munychion, mensis Atheniensis, V. 527, 14; V. 905, 7; M. 428, 17.
Muræna, Crassi, humanam vocem intelligens, M. 1194, 24. A muræna polypus sibi metuit, M. 1198, 3.
Murcus, miles, percussor Pisonis a Galba imperatore adoptati, V. 1269, 46.
Murena (L. Licinius), Sullæ legatus, V. 553, 3, *ibid.* 33 *et* 50; V. 554, 45. Luculli legatus Amisum urbem obsidet, V. 598, 6. Precibus a Sulla impetrat Tyrannionem grammaticum, quem libertate donat, V. 602, 16 *sqq.* Tigranem ad Taurum recedentem adortus majorem exercitus partem concidit et capit, V. 607, 21 *sqq.*; V. 608, 39.
Murena (L. Licinius), consul designatus cum Silano (*cfr.* V. 1035, 33), accusatur largitionis a Catone, defensus a Cicerone absolvitur, V. 917, 23 *sqq.*; *cfr.* V. 1048, 20; V. 1058, 11; M. 109, 18. Catonem contra Cæsaris et Metelli factionem defendit, V. 921, 34 *sqq.*
Mures, chrysitidem vorant, M. 636, 45. Magi Persarum, Arabes et Æthiopes eos aversantur, M. 649, 40. Mus araneus; fabula de eo et veneratio ab Ægyptiis ei habita, M. 814, 23. Mures in Ægypto e terra nascuntur, M. 772, 15; cur in navibus salem vehentibus copiosi, M. 834, 17. Muribus cantharis, proverb., Ps. 170, 6.
Murus longus Athenis, V. 191, 12. Murus ab Argis ad mare deductus, V. 237, 34. Murorum urbis Romæ designatio; muri sacri, V. 27, 23 *sqq.* Muri cur omnes sacri, portæ non item, Quæst. Rom., M. 334, 16 *sqq.* De muro ligneo oraculum, M. 1010, 8. Murus Chelidonius, Ps. 92, 19.
Mus, *vide* Mures.
Musæ; Spartanorum rex ils ante prœlium rem sacram faciebat, V. 63, 31 *sqq.* Prata iis consecrata, ubi Numa cum iis communicare solebat, V. 81, 41 *sqq.* Musæ Ardalides, M. 178, 4. Communis earum et Herculis ara Romæ, M. 343, 36. Delubrum in templo Delphis, M. 490, 49. Musæ ita dicuntur quasi ὁμοῦ οὖσαι, M. 582, 52. Quæstio de numero Musarum, alia; M. 908, 1 *sqq.* Μνείας vocari dicunt, M. 908, 14. Festum quinquennale Thespiensium, M. 914, 40; M. 1259, 35. Musarum fructus, V. 256, 7. Musarum mater Mnemosyne, M. 11, 5. Musarum templum ad Heliconem montem, Fr. 28, 3. Musarum delubra antiquitus in locis solitariis consecrata, Fr. 40, 22. Musarum sedes Helicon mons, Ps. 82, 3. Musarum cum Geniis chori, Ps. 101, 12.
Musæus, *citatur*, V. 509, 2.
Muscæ ala currum tegens, M. 1325, 54.

Musco et alga purpuræ vescuntur, M. 1199, 49.
Muscosus fons Romæ, M. 396, 46.
Musea Athenis, M. 899, 31; *cfr.* V. 1080, 25. Museum Chæroneæ, V. 553, 26. Musea antiquorum ab urbibus remota, M. 631, 16.
Musica : quinque symphoniæ, ἐπίτριτος, ἡμίολος, διπλάσιος, τριπλάσιος, τετραπλάσιος; memoratur quoque, quam harmonici addunt, διὰ πασῶν καὶ διὰ τεσσάρων appellantes; quinque intervalla, δίεσις, ἡμιτόνιον, τόνος, τριημιτόνιον, δίτονον, M. 475, 22 *sqq.*; M. 522, 42; M. 537, 30; M. 798, 5 *sqq.* Quæstiones VII, VIII, IX (deperditæ) libri IX Quæst. Convival., M. 904, 33 *sqq.*; M. 1248, 54; M. 1258, 47 *sqq.* Musica certamina, V. 191, 27. Musicam bellicis exercitiis adjunxit Lycurgus, M. 294, 26; cur in studia induxerit Pythagoras, M. 536, 1 *sqq.*; nil magis depravavit quam saltatio, M. 914, 22; a Chirone edoctus Achilles, M. 1400, 40. Musica instrumenta in manus simulacrorum deorum cur ponerentur ab antiquis, M. 1260, 19 *sqq.* *Vide etiam* disputationem de Musica, M. 1382, 38 *sqq.* Musicam maxime coluit Pythagoras, Ps. 142, 14; *cfr.* Ps. 143, 44. Laudibus eam prosequitur Homerus, Ps. 143, 44 *sqq.* Musica est excisa, proverb., unde exstiterit, Ps. 166, 45 *sqq.*
Musonii dicta, M. 550, 3 (δεῖν ἀεὶ θεραπευομένους βιοῦν τοὺς σώζεσθαι μέλλοντας); M. 1012, 5 (ad Rutilium).
Mustela, M. 1192, 12; M. 1201, 34 (erga prolem amor).
Muth, vocant Ægyptii Isidem nomenque interpretantur matrem, M. 457, 26.
Mathias, Siculus (?), M. 383, 53.
Mutilatis (de) in bello Pisistrati lex, V. 115, 12.
Mutilus, Lucanus, M. 395, 29.
Mutina, citerioris Galliæ urbs, V. 747, 34.
Mycale, mons Ioniæ; quo die vicerint Græci ad Mycalen, V. 165, 2; V. 183, 27; M. 373, 47.
Μυκᾶσθαι, onomatopocticon, Ps. 108, 5.
Mycenæ, urbs Argolidis, V. 683, 22; V. 1240, 9; condita a Gorgonophono, cur ita sit nominata, Ps. 94, 33; *cfr.* *ibid.* 24 *sqq.*
Mycenæ, mons Argolidis, cur ita nominatus, cum Argium antea diceretur, Ps. 94, 14 *sqq.*; *cfr.* Ps. 93, 47.
Myconius vicinus, proverb., Ps. 165, 29.
Myconus, de Cycladibus una, M. 746, 7; Ps. 165, 31.
Myenus, Telestoris et Alphesibœæ filius, adulterii insimulatus a noverca, patris minas præveniens se præcipitem dat, Ps. 86, 38 *sqq.*
Myenus, mons Ætoliæ, a Myeno dictus, Alphius antea vocatus, Ps. 86, 38 *sqq.*, *ibid.* 41 *et* 46.
Mygdon, pater Sagaris, Ps. 89, 24.
Mygdonia, pars Mesopotamiæ, V. 613, 47.
Mylæ, Siciliæ oppidum, V. 304, 27.
Mylasia, Cariæ urbs, V. 895, 3.
Myndan (*al.* Modon), lapis, nascitur in Tigride flumine, quem si habeat quis, non possunt ei feræ bestiæ officere, Ps. 99, 26.
Myopes muscæ, Fr. 12, 25.
Myops, herba, nascitur in Calydone monte, quam qui in aquam jecerit, visum amittit, Ps. 97, 49 *sqq.*
Myra, Lyciæ urbs, M. 1194, 43.
Myricæ usus in vitris parandis, M. 800, 6.
Myrinæi, messem auream Delphis dedicant, M. 490, 22.
Myrionymos, feminea naturæ pars vocatur et formalis, M. 455, 45.
Myrmecides et Callicrates, dicuntur fabricati esse currus, qui muscæ ala tegerentur, M. 1325, 54.
Myro, filia Aristotimi, Eleorum tyranni, M. 313, 11.
Myron, Phlyensis, quo accusante Megaclis asseclæ damnati et expulsi sunt, V. 100, 41.
Myron, tyrannus Sicyoniorum, M. 669, 6.
Myron, militum dux in Mithridatis exercitu, V. 599, 44.
Myron, exemplum edit reminiscentiæ rerum ante vitam cognitarum, Fr. 12, 20.
Myronides, dux Atheniensis, V. 193, 27; V. 198, 7 (in Eupolidis Demis); V. 227, 36; V. 395, 28 (in Platæensi pugna). Victoria apud Œnophyta, M. 423, 1; *cfr.* apophthegma, M. 222, 50.
Myrrham Ægyptii meridie soli adolent, M. 455, 25; M. 468, 14; Bal eam vocant, M. 468, 30.
Myrrha, *vide* Smyrna.
Myrrhina, scortum apud Hyperidem oratorem, M. 1035, 4.
Myrsilus, Lesbius, historiographus, Pittaci amicus, M. 178, 2; *citatur*, V. 1225, 46; M. 1205, 4.
Myrtila, vates Delphica, in lebetem aquæ calidæ conjicitur a Thebanis, Ps. 164, 38.
Myrtilus, Pyrrhi regis pocillator, V. 459, 43 *sqq.*
Myrtis, Anthedonia poetria, *cit.*, M. 370, 32.
Myrto, Menœtii filii filia, soror Patrocli, Herculis uxor, V. 396, 12.
Myrto, filia Aristidis nata, traditur a nonnullis Socratis Sapientis fuisse uxor, V. 400, 37.
Myrtus, Veneris arbor, V. 171, 2; *cfr.* M. 331, 32; cur non inferretur in ædem Bonæ deæ, M. 331, 20 *sqq.* Myrti natura, M. 787, 52.
Mysala, Cariæ urbs, M. 371, 53.
Mysi tibicines quidam veteres νόμον Ἁρμάτιον invenisse dicuntur, M. 1386, 12. Mysi papavere utuntur ad explorandam fertilitatem vel sterilitatem futuram, Ps. 96, 31 *sqq.* Mysorum rex Teuthras, *ibid.* 42.
Mysia, Ps. 96, 18.
Myso, Spartanus sapiens; dictum ad Chilonem, M. 350, 48 (δεῖ παρασκευασαμένους πράττειν, ἀλλὰ μὴ παρασκευάζεσθαι πράττοντας).
Mysta, persona in Mysteriis, V. 200, 3. Mystæ, mysteriis initiati, V. 240, 12; V. 242, 38. Eleusinii mystæ mullum venerantur, M. 1204, 1.
Mysteria, V. 165, 28 (quo tempore celebrentur Athenis); V. 240, 7 *sqq.*; V. 242, 31 *sqq*; V. 888, 16 *sqq.*; V. 814, 53; V. 899, 38 *sqq.*; V. 899, 51 *sqq.* Mysteria magna et parva, epoptica, V. 1075, 4; M. 12, 24; M. 935, 14; M. 1044, 35. Τελεταὶ μεγάλαι morti comparantur, Fr. 9, 35 *sqq.* Μυστηριώδης θεολογία, Fr. 17, 44; Fr. 18, 2 *sqq.* In Eleusiniis initiationibus dicebatur : ὑπέριθι, κόρη, γεφύραν ὅσον οὔπω τριπόλεον δέ, Fr. 25, 5. Mysteria Veneris, Ps. 85, 25. Mysteria et Machæra lapis, Ps. 88, 33 *sqq.* Mysteria Rheæ, Ps. 90, 4. Mysteria deorum et Cryphius lapis, Ps. 90, 22 *sqq.*
Myus, urbs Cariæ, V. 151, 49. Bellum cum Milesiis, V. 313, 33 *sqq.*

N.

Nabatæi, Nabataeæ incolæ, regionis Arabiæ, V. 781, 21.
Nabis, tyrannus Lacedæmoniorum, Messenem capit, Philopœmene autem appropinquante effugit, V. 433, 28 *sqq.*; *cfr.* V. 456, 38 *et* M. 998, 7. Debellatus ab Achæis et Romanis, V. 434, 35 *sqq.* Pactus cum Quinctio Flaminino tyrannidem retinet, mox ab Ætolis per fraudem cæditur, V. 435, 36; *cfr.* V. 449, 24 *sqq.*
Nais, mater Acheloi ex Oceano, Ps. 97, 29.
Namertes, Spartanus; apophthegma ejus, M. 283, 16.
Nanarus, Babylonis satrapa, M. 1339, 53.
Naphtha, in Babylonia, V. 817, 37 *sqq.*; V. 818, 26 *sqq.* Medica naphtha ignem ex intervallo ad se rapit, M. 828, 46.
Narbo, urbs Galliæ Transalpinæ, V. 1260, 18. Narbonensis Gallia, V. 685, 7.

Narcissus; vocis interpretatio, M. 785, 6. Cur a Sophocle vetus magnorum deorum corona vocetur, *ibid.* 8.

Narnia, Umbriæ urbs, V. 441, 15.

Narratio de Romano quodam et garrula ejus uxore, M. 613, 49 *sqq.* Narrationes amatoriæ, M. 943, 23 *sqq.*

Narthacium, mons Thessaliæ, V. 721, 35; M. 258, 16.

Narthecium, e narthecio Ilias, V. 797, 33.

Natalis patriæ dies, quem Romani festum habent, V. 27, 37 *sqq.* Natali suo mortui, V. 165, 32.

Natalitia Ori, titulus libri cujusdam, M. 455, 22.

Naturalis philosophiæ utilitas, V. 185, 9 *sqq.* Naturalis philosophia, quid, M. 1065, 12 *sqq.*; *cfr.* Ps. 124, 42. Quæstiones Naturales, M. 1114, 19 *sqq.*, 1 (cur arbores aqua marina non aluntur? M. 1114, 20); 2 (cur a pluviis aquis potius quam a fluentibus arbores solent nutriri? M. 1115, 1); 3 (cur pastores pecori salem proponunt? M. 1115, 45); 4 (cur aquæ imbrium, quæ inter tonitrua et fulgura decidunt, *etc.?* M. 1116, 15); 5 (cur cum sint octo species saporum, solum salsum in nullo fructu nascitur? M. 1116, 30); 6 (cur, qui crebro per roscidas arbores transit, *etc.?* M. 1117, 16); 7 (quamobrem hieme navigia in fluviis tardius incedunt, in mari non item? M. 1117, 31); 8 (cur mare commotum incalescit? M. 1118, 1); 9 (cur per hiemem minus amarum est gustatu mare? M. 1118, 11); 10 (cur vino aquam marinam affundunt? M. 1118, 28); 11 (cur magis nauseant, qui in mari navigant, quam qui in fluviis? M. 1118, 46); 12 (cur mare oleo conspersum pellucidum fit et tranquillum? M. 1119, 5); 13 (quamobrem hieme magis quam æstate piscatorum retia putrescunt? M. 1119, 23); 14 (quare Dorienses optant malam fœni congestionem? M. 1119, 42); 15 (quapropter pinguis et profunda terra tritici est ferax, hordei ea potius, quæ tenuior est? M. 1120, 1); 16 (cur dicunt: triticum in cœno seratis hordeumque in pulvere? M. 1120, 11); 17 (cur equorum potius quam equarum, *etc.?* M. 1120, 25); 18 (quare loligo conspecta signum est magnæ tempestatis? M. 1120, 32); 19 (cur colorem mutat polypus? M. 1120, 45); 20 (cur lacrima silvestrium suum dulcis, cervi salsa? M. 1121, 45); 21 (cur sues domesticæ sæpe pariunt, silvestres semel? M. 1123, 10); 22 (cur ursæ manus est suavissima? M. 1123, 36); 23 (quare verno tempore vestigia ferarum difficulter indagantur? M. 1122, 45); 24 (cur circa pleniluuia minime indagantur e vestigiis feræ? M. 1123, 11); 25 (cur indagationem difficilem reddit ros? M. 1123, 22); 26 (de remediis, quæ bruta animalia suis morbis quærunt, M. 1123, 36); 27 (quamobrem mustum, si vas a frigore ambiatur, dulce permanet longo tempore? M. 1124, 18); 28 (cur ursa retia non corrodit? M. 1124, 30); 29 (cur calidas admiramur aquas, frigidas non? M. 1124, 44); 30 (cur vites steriles, sed ramis et frondibus vigentes dicimus τραγᾶν? M. 1125, 6); 31 (cur vitis vino, maxime quod ex ipsa natum sit, madefacta arefit? M. 1125, 16); 32 (palma arborum una contra pondus assurgit); 33 (aqua de puteis hausta minus alit quam cœlestis aut fontana); 34 (zephyrus ventorum omnium celerrimus); 35 (apibus fumus hostis); 36 (apes aculeo in mœchos sæviunt); 37 (canes relicto homine lapidem insectantur); 38 (lupæ omnes certo anni tempore pariunt); 39 (aqua in superficie alba, in fundo nigra).

Naucrates, orator, Lycios ad defecti onem a Bruto pertrahit, V. 1189, 51.

Naumachiæ spectacula, V. 875, 28.

Naupactus, Locridis urbs, obsidetur a M'. Acilio, V. 450, 48 *sqq.*

Nauplia, Argolidis urbs, V. 481, 51.

Nauplia, petra ad Delphos, M. 673, 50.

Nauplius (Palamedis pater), supplex factus Chalcidensibus adversus Achæos persequentes, M. 367, 48.

Nausicles (Lysicles?), orator Atheniensis, M. 1034, 11; *cfr.* M. 1029, 34 (Demosthenis socius).

Nausicrates, rhetor, *citatur*, V. 587, 2.

Nausinica, Adimanti Corinthii, clarissimi ducis, filia, M. 1061, 13.

Nausithous, gubernator, quem Theseus, auctore Philochoro, a Sciro ex Salamine accepit; fana Nausithoi et Phæacis a Theseo apud Sciri sacellum posita; Cybernesia solennia, V. 8, 37 *sqq.*

Navis Thesei trigintaremis, V. 11, 43. Naves inusitatæ molis, V. 1085, 53. Navium numerus, quæ ad Salaminæ depugnarunt, V. 142, 20 *sqq.* Navalis lex tempore Minois, V. 9, 27. Navis prora aut puppis cur prisco nummismati impressa, M. 338, 42. Navem ut retineat remora pisciculus, M. 777, 14 *sqq.* Naves cur hieme in fluviis tardius incedant, in mari non item, M. 1117, 30 *sqq.*

Naxii historici, *citantur*, V. 10, 35; M. 314, 42; M. 1058, 50.

Naxus, insula, oppugnatur ab Atheniensibus Themistoclis tempore, V. 148, 44. Pericles coloniam in Naxum emittit, V. 189, 29. Apud Naxum, quo die navali pugna vicerint Athenienses, duce Chabria, V. 165, 4; *cfr.* Fr. 47, 21. Naxiorum statua in Delo, V. 627, 26; V. 638, 3. Bellum cum Milesiis propter Neæram, M. 314, 3 *sqq.* Otus et Ephialtes in Creta, M. 727, 41. Quid gesserint in bello Medico Naxii, M. 1058, 37 *sqq.*

Neæ, insulæ, apud Lemnum, V. 596, 10.

Neæra, Hypsicreontis Milesii uxor cum Promedonte amato in Naxum navigat et inter utrosque bellum excitat, M. 314, 4.

Neæra; Demosthenis oratio contra Neæram, M. 1019, 10.

Nealces, pictor Sicyonius, V. 1230, 51.

Neander, Epirota, unus ex iis, qui cum Pyrrho infante fugiunt, V. 457, 35.

Neanthes, Cyzicenus, *cit.*, V. 133, 37; V. 151, 50; M. 761, 2 (ἐν τοῖς κατὰ πόλιν μυθικοῖς).

Neapolis, Campaniæ urbs, V. 361, 47; V. 1031, 49.

Neapolis, in agro Agrigentino, V. 1168, 10.

Neapolis, pars Syracusarum urbis, V. 368, 2.

Nearchus, Alexandri adolescentis socius, expellitur a Philippo, V. 799, 10. Dux classis ex India redeuntis, V. 837, 28; *cfr.* V. 696, 9. In Gedrosiæ regia cum Alexandro convenit rursusque ad mare dimittitur, V. 838, 15 *sqq.*, *ibid.* 33 *sqq.*; V. 842, 31, *ibid.* 48.

Nearchus, Cretensis, est cum Antigono rege, V. 709, 2.

Nearchus, Pythagoricus, Tarentinus, V. 402, 31.

Necessarium, a possibili et contingenti ut differat, M. 689, 31 *sqq.*

Nectanabis, Tachi Ægyptii cognatus, ab eo desciscit et ab Ægyptiis rex creatur, V. 736, 6. Agesilaum sibi conciliat, cujus opera Tachum fugat et Mendesium vincit, V. 736, 9, *ibid.* 29 *et* 37; V. 736, 38 *sqq. usque ad* 737, 45; *cfr.* M. 262, 15. Dimittit Agesilaum præter alios honores ac dona ad bellum ei ducenta triginta talenta largitus, V. 737, 51.

Necyia Homeri, V. 10, 8; M. 904, 9; Ps. 133, 40.

Nefasti dies, V. 164, 43 *sqq.*; M. 332, 4 *sqq.*

Neleium sacrum, Milesii in Dianæ honorem celebrant, M. 313, 42.

Neleus, Codri filius, Miletum condidit, M. 313, 34. Ejus et Androcli fratris victoriæ Ioniam erigunt, M. 428, 2. Nelei progenies Cyclades insulas inhabitavit, M. 728, 33; Ps. 101, 9 (Codri pater?).

Neleus Scepsius, cui Theophrastus libros suos reliquit, V. 559, 22.

Nemanus, Malcandri regis uxor, Astarte quoque et Saosis dicta, M. 336, 50.
Nemea, mulier ab Aristophane picta Alcibiadem in ulnis suis sedentem tenens, V. 238, 29.
Nemea certamina, quorum victores apio coronantur, V. 297, 43; *cfr.* M. 823, 1; V. 448, 32 (Quinctius Flamininus Græciæ libertatem præconis voce confirmat); V. 1239, 37 *sqq.*
Nemeum Locrense, templum Jovis Nemei, M. 192, 39; M. 193, 2; M. 1205, 1.
Neo, Corinthiorum dux, arcem Syracusarum obtinet, Achradinam capit, V, 293, 1.
Neo, Bœotus, apud Perseum regem, V. 319, 48.
Neochorus, Haliartius, Lysandrum interficit, V. 538, 6; *cfr.* M. 497, 40.
Neocles, Themistoclis pater, V. 133, 30; V. 381, 21; M. 376, 3; M. 601, 29.
Neocles, Themistoclis filius, V. 153, 23.
Neocles, Epicuri philosophi pater, M. 1069, 1; Fr. 16, 43.
Neocles, Epicuri philosophi frater, M. 1342, 36; M. 1345, 25. De ejus morbis, M. 1333, 27.
Neomeniæ dies sacer, M. 1009, 27. *Vide* Novilunia.
Neoptolemus, Achillis filius, Thesprotis et Molossis imperavit et auctor fit generis regii, V. 457, 6 *sqq.* Maternus avus Alexandri Magni, V. 793, 22. Arbitrium ejus inter Ulyssem et procorum necessarios, M. 362, 53.
Neoptolemus, stipatorum dux Alexandri, V. 695, 37. Armeniæ satrapa Perdiccæ per Eumenem mansuetus redditur, V. 697, 39 *sqq.* Jussus a Perdicca in Eumenis arbitratum rem contra Antipatrum gerere, proditionem moliens non fallit; acie commissa ab Eumene fugatur et paucis comitantibus ad Antipatrum pervenit, V. 698, 4 *sqq.* Cum Cratero contra Eumenem ducit, V. 699, 1. In pugna cum Eumene congressus occidit, V. 700, 6 *sqq.*
Neoptolemus, histrio Atheniensis, M. 1029, 27.
Neoptolemus, Anticlis filius, Atheniensis, M. 1028, 24.
Neoptolemus, Molossorum rex, V. 458, 52. Regnum communicat cum Pyrrho ex Ægypto redeunte; tempore post ab eo interficitur, V. 459, 26 *sqq.*
Neoptolemus, Mithridatis dux (V. 507, 13) apud Tenedum navali pugna victus a Lucullo in fugam conjicitur, V. 589, 54 *sqq.*
Νηπενθές, medicamentum, M. 743, 44.
Nephalia, apud Græcos, M. 816, 54; M. 158, 4.
Νέφος, unde dictum, M. 1161, 21.
Nephthys, quinta die ex Rhea procreatur, patre Saturno; nubit Typhoni, nominatur et Finis et Venus et Victoria, M. 435, 16 *sqq.* Cum Osiride Anubim procreat, M. 436, 21 *sqq.* Nephthyn Ægyptii appellant extremas terræ partes, quæ mare attingunt ideoque eam ultimam nominant et Typhonis dicunt uxorem; cum autem Nilus exundans etiam in istas partes diffluit, hoc Osiridis cum Nephthy coitum nuncupant, unde Anubis nascitur, M. 447, 45 *sqq.* In descriptione successionis regum scribunt Nephthyn Typhoni nuptam principio fuisse sterilem, M. 448, 3 *sqq.*; *cfr.* M. 458, 36. Nephthyos facies in sistro, M. 460, 22.
Nepos, Hispaniæ proconsul, apud Cæsarem Lucæ, V. 856, 43.
Nepos (Cornelius), *citatur*, V. 378, 33.
Neptunus, Trœzeniis est tutelaris deus, cui et primitias frugum libant et tridentem habent nummi notam, V. 3, 20. Isthmia in honorem ejus instituta, V. 13, 30. Neptuni filius Theseus habitus, V. 20, 12. Octavis diebus cur celebretur Neptunus, *ibid.* 13. Ἀσφάλιος et Γαιήοχος, *ibid.* 16 *et* 17. Equestris, V. 29, 41. Stirpibus prosper, M. 188, 12. Oraculum ejus in Tænaro, M. 190, 19. Irenam procreat ex Melantheia, M. 364, 24. Hippolyto taurum immittit, M. 386, 21. Symbolum Stoicorum, M. 449, 23. De tridente, Amphitritis et Tritonibus, M. 466, 22. Contentio cum Minerva, quam Athenienses secunda die Boedromionis mensis fuisse statuunt, M. 592, 49; *cfr.* V. 145, 30 *et* M. 904, 11 *sqq.* Delubra ejus, Isthmicum, Tænarium, in Calauria, V. 752, 43; *cfr.* M. 1025, 44. Neptunus et Ceres cur eodem in templo habeantur, M. 812, 33. Pinus sacra, Quæst. Conv. III, 5; Neptunus Phytalmius, M. 821, 34 *sqq.*; *cfr.* M. 891, 5. Primigenius, M. 891, 6. Quid innuat fabula de victo Neptuno, Athenis a Minerva, Delphis ab Apolline, Argis a Junone, in Naxo a Libero patre, M. 904, 11 *sqq.* Commune templum cum Minerva Athenis habet; secunda dies Boedromionis mensis cur sit exempta, M. 904, 24 *sqq.* Neptuni sacerdotes Lepti nullo marino vescuntur, M. 1203, 52. Lycurgi oratoris lex de certamine in Piræeo faciendo, M. 1025, 7. Neptunus Erechthiensis, M. 1027, 30, *ibid.* 30. Festum in Ægina ei celebratum, quod Thiasi dicitur, M. 371, 38. Bœoti pater, Ps. 81, 22. Melanis pater, Ps. 91, 34. Neptunus in universi distributione aquæ essentiam sortitus, Ps. 126, 17; est humidum et frigidum, Ps. 127, 12 *sqq.*; *cfr. ibid.* 19.
Nereides, M. 193, 25.
Nero, imperator Romanus, Germanicus appellatus a Claudio imperatore, qui eum adoptavit L. Domitium nomine, filium Ahenobarbi ex Agrippina, V. 1139, 54 *sqq.* Corinthi Isthmiis celebratis, Græcos liberos pronuntiat, V. 449, 18. Scelerati procuratores provinciarum, carmina in eum composita et divulgata, V. 1256, 32 *sqq.* Vindicem defectum a se contemni simulans, prandens, ut de Galba inaudit, mensam subvertit, ceterum ludificans et animosum se ostentans bona Galbæ vendi jubet, V. 1257, 25 *sqq.* De morte ejus, V. 1258, 17 *sqq.* Dona ab eo scenicis et xysticis facta, V. 1263, 7. Seductor ejus Tigellinus, V. 1263, 36. Amicitia Othonis, Poppææ nuptiæ, propter quas uxori sororique necem infert et Othonem in Lusitaniam dimittit, V. 1264, 45 *sqq.* Interfecerat Crassum et Scriboniam, quorum filium Pisonem Galba adoptat, V. 1267, 1. Nero in scena tragica, M. 68, 30. Plauti et familiarium peremptio, M. 114, 45. Peregrinatur Delphos, M. 470, 19. Octangula scena pretiosa, Senecæ de illa dictum, M. 560, 11. Conjuratio in eum, M. 611, 28. — M. 989, 1 *sqq.* (dictum de Thrasea); M. 73, 6. Neronis anima apud inferos, M. 686, 14.
Nervii, populus Galliæ, victus a Cæsare, V. 856, 9 *sqq.*
Nesiochus, expeditionis dux, M. 497, 26 *sqq.*
Nesiota, M. 979, 26.
Nessus, centaurus, ejectus fertur a mari in regionem Locrorum, M. 363, 23.
Nestor, Homericus, V. 412, 3; Ps. 103, 21.
Nestor, persona Quæstionis Convivalis, M. 891, 1.
Netes ratio in cithara, M. 1390, 24 *sqq.* Nete ad hypaten dupla, M. 1392, 21.
Nicæa, Bithyniæ urbs, V. 14, 4.
Nicæa, uxor Alexandri, qui Acrocorinthum possidebat, quo necato, spe nuptiarum ab Antigoni filio Demetrio decepta, Acrocorinthum amittit, V. 1232, 41 *sqq.*
Nicagoras, Trœzenius, cujus decreto Athenienses Persas fugientes publice recipiuntur, V. 139, 44.
Nicagoras, Messenius, Cleomenis Lacedæmoniorum regis inimicus, delationibus et calumniis Ptolemæi in eum irritat odium, V. 979, 40 *sqq.*
Nicandas, sutor coriarius, Fr. 8, 10.
Nicander, rex Lacedæmoniorum; apophthegmata ejus, M. 283, 20 *sqq.* 2 (de Spartanis comam alentibus; *cfr.* M. 228, 24).
Nicander, Colophonius, *cit.*, M. 1056, 18.
Nicander, Clarius, *cit.*, M. 19, 4 (Theriaca); v. 64, M. 66,

30; Fr. 36, 35 *et* 44. Commentarii in Theriaca, Fr. 36, 35 *sqq.*

Nicander, sacerdos Delphicus, M. 471, 39; M. 532, 32. Plutarchus ei disputationem Περὶ τοῦ ἀκούειν dedicat, M. 46, 1. Euthydami filius, Peripateticus, M. 1181, 24.

Nicanor, detractor Philippi regis, dono ab hoc afficitur, M. 211, 31.

Nicanor, missus ab Antigono Eumenem proditum abducit, V. 708, 11.

Nicanor, successor Menylli Athenas missus a Cratero, V. 901, 36. Litteris Polysperchontis allatis, primum Phocioni se credens concilio in Piræeo coacto accedit, mox Dercylli insidias præsentiens se proripit, post Piræeum circumvallare cœpit, V. 902, 5 *sqq.*

Nicanor, Samius, *cit.*, Ps. 93, 6 (ἐν β' περὶ Ποταμῶν).

Nicarchus, philosophus Corinthius, persona colloquii Septem Sapientum Convivium inscripti, M. 178, *sqq.*

Nicarchus, proavus Plutarchi nostri, V. 1130, 35.

Nicator, cognomentum, V. 384, 23.

Νίκη, *vide* Victoria.

Nicedium, mulier ex Epicuri horto, M. 1142, 27.

Niceratus, Heracleota poeta, cum Antimacho Colophonio Lysandria poemate decertat, V. 529, 39.

Niceratus, Atheniensis, Niciæ ducis pater, V. 235, 23; V. 626, 8; *cfr.* M. 1004, 51.

Niceratus, Niciæ filius, Atheniensis, interfectus sub triginta tyrannis, M. 1221, 7.

Niceratus Macedo, Plutarchi sodalis, M. 823, 32.

Niciæa pax, V. 236, 18 *sqq.*; V. 632, 13.

Nicias, Nicerati filius, Atheniensis (*cfr.* V. 235, 23). Vita ejus, V. 625 *sqq.*

Cleonis in republica adversarius; naturæ ejus timiditas gravitati admixta, V. 626, 8, *ibid.* 16 *sqq.* Choragiis, gymnasiarchiis, muneribus Athenienses sibi conciliat; Palladium in arce, ædes in Bacchi templo, donaria ejus; chorum in Delum insulam ducit; palmam æream Apollini ibi dedicat agrumque ad sacrificia et solenne convivium instituenda consecrat, V. 626, 38 *sqq.*; V. 675, 2; M 882, 47. Religionibus deditus, V. 627, 31. Secturas argentarias in Laureotico agro habebat, V. 627, 38. Timiditatem ejus Comici cavillantur, V. 627, 42 *sqq.* Vita ejus ob metum calumniatorum solitaria, solito consuetudinis commercio diligentissime exempta, V. 628, 17 *sqq.* Multorum oratorum et ducum infelicem respiciens exitum, maxime se continet prosperasque res, quas gessit, ad fortunam et deos refert, V. 628, 51 *sqq.* Enumerantur res prospere ab eo gestæ: Cythera cepit, multa in Thracia, quæ defecerant, recepit, Minoam insulam, Nisæam occupavit, Corinthios vicit, populatus oram Laconicæ maritimæ Thyream cepit, V. 629, 24 *sqq.* Spartani trecenti in Sphacteria insula intercepti; Nicias, quem Cleon propter belli tarditatem culpat, ipsi civibus jubentibus imperium concedit, V. 629, 48 *sqq. usque ad* 630, 25; *cfr.* V. 676, 15. Res feliciter præter opinionem gesta a Cleone magnam Niciæ infamiam conciliat; Aristophanis cavillatio in eum, V. 630, 40 *sqq.* Curam Nicias captivis illis habet, V. 631, 41 *sqq.*; V. 633, 10 *sqq.*

Cleone et Brasida uno eodemque prœlio juxta Amphipolim cæsis, pacem cum Spartanis conciliat, quæ Niciæa est dicta, V. 631, 22 *sqq. usque ad* V. 632, 13; *cfr.* V. 236, 18. Sortes pecunia corrupisse fertur, ut priores Lacedæmonii secundum pacis conditionem urbes et captivos reddant, V. 632, 14 *sqq.* Bœotis et Corinthiis indigne pacem ferentibus, sociale fœdus ut inter Athenienses et Lacedæmonios jungatur, agit; sed Alcibiadis fraude pacificatio confunditur (*cfr.* V. 236, 10 *sqq.*); Nicias quoque re infecta Sparta, ubi qui ad Bœotos inclinabant, prævalebant, domum redit, V. 632, 19 *sqq. usque ad* 633, 13. Coitione facta cum Alcibiadis factione, ostracismum alterutri impendentem in Hyperbolum Periclidem vertunt, V. 633, 19 *sqq. usque ad* 634, 23; *cfr.* V. 235, 52; V. 385, 8 *sqq.*

